
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
10 S
24

Dn. LUDOLPHI SCHRADERI IURISCONSULTI CLARISSIMI

Commentarius DE CONTRACTIBUS

NATURAM OMNEM RATIONEMQ; EORUM TAM AD FORENsem quàm scholasticum usum luculenter explicans, & certis titulis ferè ex institutionum Imperialium ordine distinctus.

Nunc primùm in lucem editus studio & opera

JOANNIS BRANDES J.C.

Materiarum catalogum pagina post præfationem indicabit.

16 05.

Ex legato

CUM PRIVILEGIO S. CÆS. MAIEST.

Lipsiæ,

Curâ & sumtibus HENNINGI GROSII.

Nobilissimo Viro,

Dn. ADRIANO DE VVRISBERG, IN HOLTENSEN ET BRUNKENSEN, &c. HEREDITARIO amico veteri.

Iohan. Brandis, IVD.



S. P. D.

IUrisprudentiæ studiũ qualem inter cæteras philosophiæ partes obtineat locum, vir Nobilissime, demonstratione operosa indigere non arbitror. Vix enim quidquam est, quod ad bene beateq; viuendum hominũ societati magis prosit, quàm Iurisprudentiæ noticia, justi atq; injusti scientia. Et sanè extra controversiam est positum, & te minime latet, ubivis gentium illam Justiciæ speciem præcipuam haberi & esse, quam Dd. nostri commutativam appellant. Quandoquidem pleraque hominum negotia, cùm in contractibus supremis voluntatibus & Judicijs consistant, fatendum utiq; contractus in quibus ipsa commu-

tativa Justicia cotidiè versatur, cæteris magis utiles & necessarios esse. Nam è vita migrant homines sæpè & ut plurimum intestati, contrahunt verò quotidie, nec dies abit, quo non vel emant, vendant, vel conducent, locent, mutuent, commodent, deponant, vel quem alium contractum nominatum innominatumve celebrent.

Præterea, contractus non ut voluntates ultimæ, ab unius pendent arbitratu, sed à consensu duorum pluriumve. Inde etiam est, ut illæ ab uno facile retractentur, hi verò nisi utriusque partis dissensus intercedat non item, sed perpetui sint & irrevocabiles, præcisè & specificè servandi, In tantum, ut etiam, teste Jasone, in contractibus innominatis correspectivis pœnitentia locum non habeat. Judicia verò quod attinet, prædictis negotijs inserviunt, & hæc ut matrem filiæ sequuntur. Quinimo, ut verbo dicam quod res est, materia contractuum plena est auro & honore, & de ejus utilitate verè dici potest, quòd seipsam ostendat, nec commendatione indigeat.

Et quia Dn. Ludolphus Schraderus p. m.

affinis

affinis meus carissimus, opere precium duxit huic materiæ lucem addere, atque id, quod multorum opinionibus est involutum, explicare, eamque totam sic temperare, ut etiam Juris Tyrones per spinosum ejus campum cum voluptate simul & fructu spaciari facile queant: mei muneris esse putavi, hanc de contractibus Tractationem pro communi omnium utilitate in lucem edere.

Cæterùm, quoniam sic consuetudine q. receptum video, novos libros, vel principibus viris, vel studiorum cultoribus, vel singularibus amicis inscribi & dedicari, ego eundem morem secutus tibi novum hunc affinis mei libellum perelegantem nuncupáre volui, Tibi dico, viro virtute & genere verè nobili, cum quo mihi intercedit vetus quondam in Schôlis Italicis contracta & firmissimo glutino juncta & confirmata amicitia. Accipe igitur hoc munusculum quamvis exiguum, tesseram amicitiæ, & bene vale meumque singularem amorem, ut facis, ama. Hildesij Calend. Ianuar. an. Christi 1605.

Ex Li-

EX LIBRO TERTIO INSTITUTIONUM.



Dn. LVDOLPHI SCHRADERI ICti

Commentarius

DE OBLIGATIONIBVS ET CONTRACTIBVS.

SVMMARIA.

1. *Obligationum contractuumq; vsus quam frequens & necessarius sit.*
2. *Horum cognitio quàm latè pateat;*
3. *Et quàm illa conueniens sit, cuiuis homini in primis literato.*
4. *Parentibus, amicis & sanguine iunctis consilio non succurrere vel segnius negligentiusq; subuenire, sceleris & impietatis nota non caret.*
5. *Auctoris in hac materia tradenda methodus & modus.*



Bligationum contractuum- 1
que vsum & frequentem & necessarium esse, dubio omni caret; nec vel nostra vel vllius alterius commendatione indigent, cum illorum vtilitas adeò perspicua atq; manifesta sit, vt ipsa sese ostendat, & in oculos atq; sensus nostros quodammodo incurrat. Nam nihil in tota vita nostra frequentius est contractibus, commercijs atq; negotiationibus, non tantum inter negotiatores vel mercato-

res, sed etiam inter homines cuiuscumq; sortis aut conditionis. Imò, hæc vita nostra atq; communis hominum societas, subsistere vel conseruari nequit absq; contractibus atq; commerciis. Vnde præclarè inquit Imperator Valentinianus, contractum emendi vendendiq; interci-
2 pere fas prohibet. Ideoq; contractuum obligationumq; cognitionem quàm latissimè patere certum atq; manifestum est. Nam si quid incautius vel imprudentius in contrahendo obligandoq; egerimus, quod ipsis qui horum vim, naturam atq; proprietatem non intelligunt, sæpissime euenire necessarium est, facilimè in promptum incidimus periculum, & vel lucrum quod honestè atq; legitimè adquirere poteramus, perdimus; vel damnum quod evitare nullius laboris, artis vel ingenij erat, incurrimus: immò sæpissimè in periculum totius nostræ substantiæ imprudentes delabimur, atq; ea ratione fit, vt nonnunquam bona à maioribus suis adquisita, ac multis non modò annis, sed & seculis possessa, interdum etiam ædes, in quibus maiores sui defecerunt, ipse ortus fuit atq; creuit, in quibus deniq; maiorum imagines aut non videre fixas, aut videre reuulsas satis lugubre est, vendere atq; distrahere quis compellatur, imò etiam interdum à coniuge charissima atq; dulcissimis pignoribus, liberis nempe, quis in exilium, quod sæpissime hominibus extremæ miseriæ atq;
3 mortis causam præbet, pellatur. Quid, quod huius materiæ cognitio maximè cuilibet homini ingenuo ac præsertim literato conueniat: Cum & latæ culpæ annumeretur, id ignorare quod in communi vita tritum atq; consuetum est, & propria negotia vel non intelligere vel non prudenter administrare extremæ vecordiæ atq; stultitiæ imputetur. Quin & hac scientia instructi, sæpe etiam parentibus,

rentibus, item sanguine vel amicitia coniunctis, consilio
succurrere possimus, ne quid incauti damnum vel detri- 4
mentum sentiant; quòd vel negligere vel segnius curare
sceleris atq; impietatis notâ non caret: Itaq; ego, domi- 5
ni, libentissime precibus vestris motus hanc materiam interpretandam explicandamq; suscepi; in qua hoc vobis polliceor me totam hanc materiam breuiter, summatim atq; dilucidè tractaturum, ita tamen, ne vel propter nimiam breuitatem, obscuritas aliqua dictis vel scriptis meis obrepat, & vt quoq; quæstiones vtiles quotidianæ & necessariæ, quas indicare ex re vestra esse perspexero, non omittantur: nonnunquam etiam in quibus jus Saxonicum à Iuris communis regulis discrepet, indicabimus. Quare vestri officij, munerisq; erit, diligenter dictata mea excipere, explicationẽ attente audire, diligenter repetere atq; animo & memoriæ infigere. Ego pro vt ratio mei officij efflagitat vobis non deero, sed ita stilum meum moderabor, vt & illi qui prima legum elementa discere nituntur, facilimè omnes illas materias quas tractabimus, percipiant, & illi qui jam aliquot annis, in legum floridissimo campo versati sunt, ex meis dictis fructum non pœnitendum sentiant.

AD TIT. XIV.

Institution:

DE OBLIGATIONIBVS.

SVMMARIA.

1. *Continuatio tituli sumpta ex tribus jurium obiectis.*
2. *Ad specialium cognitionem non, nisi cognitis generalioribus, perueniri potest.*

3. *Dispositio & argumentum huius tituli.*
4. *Definitio obligationis in hoc tit. posita vnde conflata, cuiusmodi sit, & quibus obligationibus conueniat.*
5. *Rei appellatio quam latè pateat, itemq; solutionis.*
6. *Imperator cuiusmodi obligationem hîc definiat.*
7. *Naturalis obligatio quotuplicis generis sit: & quæ prima eius sit species, deq; huius effectu, usq; ad n.* 10.
8. *Donatio remuneratoria facta benemerenti, propter ingratitudinem reuocari non potest.*
9. *Vt & feudum concessum propter benemerita egregiaue seruitia domino præstita, ob feloniam vel aliam ingratitudinem Vasallo posterisúe eius auferri nequit.*
10. *Cautela notabilis pro vasallis, quibus novum feudum conceditur, vel antiquum confirmatur.*
11. *Secunda species naturalis obligationis quæ, & quando illa dicatur nuda vel sola.*
12. *Inter patrem & filium, & duos fratres sub eiusdem patris potestate constitutos qualis obligatio oriatur: itemq; seruus qualiter obligetur.*
13. *Effectus naturalis obligationis siquidem semper ab initio fuerit nuda.*
14. *An propter hanc naturalem obligationem pignus datum ob aliud debitum retineri possit?*
15. *Effectus naturalis obligationis si ab initio fuit coniuncta ciuili obligationi, sed ciuilis ex post facto sublata sit sola naturali obligatione remanente:*
Sublatio illa quibus modis fiat. Ibid.
16. *Quibus casibus hac naturalis obligatio non habeat illos effectus, quos naturali obligationi soli peculiares esse auctor supra ostendit.*
Quomodo per ciuile remedium superueniens, non tantum ciuilis obligatio, sed etiam omnis effectus naturalis obligationis tollatur. Ibid.
17. *Inefficacia huius obligationis naturalis effectus varij, & qui illi sint.*
18. *Ciuilis obligatio quæ?*

Quando

19. *Quando dicatur sola & n. seq.*
20. *Naturalis obligatio, cui ab initio ciuilis coniuncta fuit, quomodo & quibus modis postea tollatur.*
21. *Obligatio ciuilis quæ ab initio semper sola fuit, an actionem producat?*
22. *Ciuilis hæc obligatio sola constitui nequit, neq; eius prætextu compensatio obijci potest, & pecunia isto modo debita, quocumq; errore soluta, repetitur.*
23. *Fideiussor tamen & pignus huic obligationi accedere possunt.*
24. *Effectus naturalis & ciuilis obligationis simul coniunctæ, & quando dicatur simul coniungi vtraq; obligatio.*
25. *Quando ex pacto nudo & naturali obligatione actio ad exigendum efficax oriatur.*
26. *In omnibus obligationibus à iure ciuili efficaciter inuentis & introductis concurrit & ciuilis & naturalis obligatio.*
27. *Ex contractu à legibus ciuilibus probibito vel reprobato, nec ciuilis nec naturalis actio oritur.*

Ad princ. Tit.

IMperator Iustinianus totum jus 1 nostrum diuidit in tres partes, personas nempe, res & actiones §. *fin. Instit. de jur. natur. gent. & ciuil.* Ius personarum retulit in 5. lib. in secundo libro incepit tractare de rebus. Et quia res non vnius, sed multiplicis generis sunt. Nam aliæ sunt corporales, aliæ incorporales, *Instit. de reb. corpor. & incorpor. in prin.* & incorporales rursus diuiduntur ab Imperatore in seruitutes, hereditates & obligationes. *Instit. de reb. corpor. & incorp.* §. *incorporales.* Imperator materiam rerum corporalium plenè & perspicuè explicauit *in tit. de rer. diuis.* item *& in tit. de vsucap. Donat. Quib. alien. lic. vel non. & tit. per quas personas nob. adquir.* Materiam verò seruitutum tractauit *in tit. de seruit. rustic. præd. de vsufruct.*

item, de vsu & habitat. Ea verò quæ materiam hereditatis tam ex testamento quàm ab intestato respiciunt, quæq; illi annexa sunt, vt sunt legata & fideicommissa, item, quæ ad similitudinē hereditatis deferuntur, vt sunt bonorum possesſiones, adquisitio, quæ fit per arrogationem, addictio bonorum libertatum conseruandarum causa facta, item & de succesſionibus sublatis, quæ per venditionem bonorū debitoris, vt & quæ ex Sc^to Claudiano fiebant; hæc omnia inquam hereditatis materiam respicientia, Imperat. à tit. de Testam. incepit, atq; ad hunc vsq; tit. prosecutus fuit, summariè & breuiter totam materiam explicando. Itaq; cum Imperator ea quæ ad materiam rerum corporalium spectant, item & duas species rerum incorporalium hactenus explicasset; reliquum fuit, vt & tertiam speciem rerum incorporalium, obligationes nempe interpretaretur. Ideoq; in hoc tit. nostro orditur tra-
2 ctare materiam obligationum. Sed quia non nisi cognitis generalioribus ad specialium cognitionem peruenire pos-
3 sibile est. *l. 1. & ibi Bart. & Dd. ff. si cert. petat.* in hoc titulo nostro in primis præmittit generalia de obligationibus, postea singulas species in singulis titulis explicaturus: Ac in hoc titulo nostro Imperator omnino methodicè atq; dialectico more procedit: Nam principio ponit definitionem obligationis, deinde eam in certas species di-
4 uidit. Et sciendum est definitionem obligationis, quam hîc ponit Imperator, ab officio & effectu obligationis conflatam esse, *Pro vt notat. hîc Minsing.* eaq; generalis est, & omni obligationi siue ex delicto siue ex contractu, siue ex
5 alia æquitate descendat, conuenit. Nam & rei verbum generale est, *l. 1. ff. si cert. pet.* & omnes res complectitur, tam corporales quàm incorporales, *l. 1. ff. de rer. diuis. l. rei*

la. 2.

la. 2. ff. de verb. signif. item illas quæ in patrimonio & quæ extra patrimonium nostrum sunt, *l. rei appellatio ff. de verb. signif.* æstimabiles etiam, & inæstimabiles, *arg. l. libertas inæstimabilis ff. de reg. Iur.* quin & ad facta extenditur, *glos. hic in prin. verb. rei. glos. d. l. 1. ff. si cert. petat.* Simili quoq; modo & verbum solutionis latissimè patet, & omnem liberationem, omnemq; satisfactionem, quocunq; modo factam complectitur, *l. solutionis ff. de solution. l. solutionis ff. de verb. signif.* Cæterum dum Imperator in definitione obligationis dicit, obligationem esse juris vinculum, quo necessitate astringimur alicuius rei soluendæ secundum nostræ ciuitatis jura, sciendum est, definiri hîc obligationem efficacem, cuius ratione quis ad soluendum inuitus cogi potest, *glos. 1. hic*, quæ ex duabus quasi partibus conflatur, ex ciuili nempe & naturali obligatione, *glos. hic in verb. necessitate.* Et vt hanc materiam melius & plenius intelligatis, omnino vtile atq; necessarium est, naturam, proprietatem atq; effectus vniuscuiusq; obligationis tam naturalis quàm ciuilis indicare. Quare vt à naturali obligatione incipiamus sciendum est, duplicis generis esse naturalem obligationem. Prima est, quæ ex mero instinctu juris naturæ descendit, qualis est illa, vt benefacienti benefaciamus, *l. sed & si §. consuluit ff. de petit. heredit.* & hæc, nisi ad necessitatem juris ciuilis redacta sit, quo casu efficax est & officium judicis producit, *arg. l. si non sortem §. libertus & ibi Bart. & Dd. ff. de condict. indeb.* nullius penè momenti est: nam neq; actionem neq; exceptionem producit, & tale debitum solutum, quocumq; errore repetitur, *Bart. l. ex hoc jure num. 11. & ibi Ias. num. 52. ff. de just. & jur.* neq; ei fideiussor vel pignus accedere vel eius ratione compensatio obijci potest, *Ias. d. l. ex hoc jure num. 73.*

(margin: 6 at "Cæterum"; 7 at "Quare vt à naturali")

habet

habet tamen quosdam alios notabiles effectus, quorum octodecim recenset *Ias. d. loc. n. 53. & in d* §. *libertus n. 8.* Tiraquel. verò *in repetit. l. si vnquam, verb. donatione largitus. C. de reuocand. donat.* recenset quadraginta quinque,
8 quos quia sunt vtiles ipsi ibidem videte. Vnum tamen indicare volui, quod est admodum vtile & sæpe euenire potest, donationem remuneratoriam factam benemerenti propter ingratitudinem reuocari non posse, *l. si pater*, §. *fin. & ibi glos. verb. irreuocabilis, ff. de donat. Bald. l. si cùm*
9 *mihi arg. ill. text. ff. de dol.* Vnde inferunt Dd. feudum concessum vasallo à domino propter benemerita vel seruitia egregia domino præstita, propter nullam feloniam, nullamue ingratitudinē vasallo vel eius posteris auferri posse,
10 *Bald. c. 1. si vasall. feud. priuet. Ias. d.* §. *libertus, num. 8.* Vnde, domini, consulo vobis, qui habetis feuda, vt si contingat vobis à principibus concedi noua feuda, itemq; si petatis mortuo forsan parente vestro vel domino feudi inuestituram antiqui vel paterni feudi renouari, vt curetis instrumento inuestituræ inseri hæc verba, feudum vobis, vel concessum esse vel etiam confirmatum propter vestra seruitia vel etiam benemerita in principem collata, nam tunc neq; vobis neq; posteris vestris, hoc feudū vllo modo vel ratione auferri potest: faciatis tamen atq; curetis aliqua seruitia vel benemerita in inuestitura nominatim exprimi: nam alioquin per instrumentum inuestituræ benemerita vel seruitia non probarentur, *Bald. c. sciscitatus, num. 3. extra de rescript. Bald. l. si tibi. ff. si cert. petat. Ias. l. si*
11 *donatione, num. 6. C. de collat.* Secunda species naturalis obligationis est, quæ ex contractu, delicto vel æquitate aliqua iurisgentium oritur, *l. cum amplius*, §. *is natura debet. ff. de reg. Iur.* Nam & naturalis ratio suadet pacta & conuentiones

tiones

tiones seruare, *l. 1. in princ. ff. de pact.* & delicta puniri jure naturæ æquum est, *l. non solum*, §. *1. ff. de iniur. l. quæsitum, ff. de sepulch. viol.* & jus gentium sanxit, vt & superioribus obtemperemus, *l. veluti, ff. de justit. & jur.* & ne cum alterius damno vel jactura locupletemur, *l. jure naturæ, ff. de reg. Iur.* Et hæc naturalis obligatio dicitur nuda vel sola, quoties lex ciuilis eam neq; approbat neq; improbat, *Bart. d. l. ex hoc jure, num. 12. & ibi. Ias. nu. 51.* Ideoq; inter pa- 12
trem & filium, & inter duos fratres sub eiusdem patris potestate constitutos hæc tantum naturalis obligatio oritur, *l. frater à fratre, ff. de condict. indeb.* Similimodo & servus, quia quo ad juris ciuilis constitutioné mortuo æquiparatur, *l. quod attinet, ff. de reg. Iur.* naturaliter tantum obligatur, *l. naturaliter, ff. de condict. indeb.* itidem & ex pacto nudo, *l. jurisgentium*, § *sed cum nulla, ff. de pact.* & ex stipulatione alteri facta, quia lex illis neq; assistit neq; resistit, placuit naturalem obligationem tantum oriri. Hæc au- 13
tem naturalis obligatio, siquidem semper ab initio fuit nuda, non actionem, sed exceptionem quidem producit, *d. §. sed cum nulla*, eiq; pignus, *l. quæsitum, ff. de pignorib.* & fideiussor accedere potest, § *in omnib. inst. de fidejussor.* item ad constituendum, *l. 1. §. debitum, ff. de constit. pecun.* nouandum *l. 1. ff. de nouation.* compensandumq; efficax est, *l. etiam, ff. de nouat.* præterea & per errorem juris naturale debitum solutum repeti non potest, *l. cum quis, & ibi glos. Bart. & Dd. C. de jur. & fact. ignorant. glos. Bart. & Dd. l. 1. ff. de condict. indeb.* His addit Bart. *in d. l ex hoc jure, nu. 12.* pro- 14
pter hanc naturalem obligationem pignus datum ob aliud debitum retineri posse, *arg. l. 1. C. etiam ob chirogra. pecun.* ego tamen hanc sententiam Bart. veram non judico, tum quia textui expresso, *junct. glos. antep. ibid. in l. per retentio-*

B

tentionem C. de vſur. refragatur, tum quia ille ipſe Bart. contrarium tenet, *in l. 1. nu. 19. ff. de condict. indeb.* pro vt latius dixi in repetitione mea quam ſcripſi, *l. 1. ff. de condict.*
15 *ex leg.* Sin verò hæc naturalis obligatio ab initio fuit conjuncta ciuili obligationi, ſed ciuilis obligatio ex poſt facto fuerit ſublata, remanente ſola naturali obligatione, quod fit per ſententiam judicis. *l. Iulianus. ff. de condict. indeb.* Iuſiurandum neceſſarium, quod à judice defertur parti vel in ſupplementum ſemiplenæ vel in defectum plenæ probationis, *Bart. l. Stichum. §. naturalis. ff. de ſolution.* item & præſcriptionem *l. at cum natura. in princ. ff. de negot. geſt.* his caſibus naturalis obligatio ſola, actionem non quidem producit, ſed productam conſeruat, ideoq; qui hanc naturalem obligationem habet, eius nomine actionem inſtituere poteſt, licet exceptione repellatur, *§. item*
16 *ſi in iudicio inſtit. de except.* Et hæc naturalis obligatio omnes effectus naturalis obligationis ſupra enumeratos retinet, excepto eo, quod huius nomine compenſatio obijci non poſſit, *l. quæcunq. & ibi Bart. ff. de compenſat.* Item hoc verum eſt, niſi per ciuile remedium ſuperueniens, non tantum ciuilis obligatio, ſed etiam omnis effectus naturalis obligationis fuerit ſublatus, quod fit per præſcriptionem 30. vel 40. annorum, *Bart. l. fin. §. fin. ff. Rem rat. haber.* item & per ſententiam, quando Iudex videlicet reum non ſimpliciter, ſed ideo, quia vel contractum de quo agitur dicit non celebratum, vel dicit illud quod petitur nullo modo debitum, abſoluit, *Bart. d. l. Iulianus. num. 30. vsq. ad num. 34. ff. de condict. indeb.* itidem & per jusiurandum neceſſarium, quando videlicet reus vel ſuper facto, vel ſimpliciter jurauit, quo caſu ſuper facto juraſſe intelligitur, *l. fin. in prin. ff. de jureiur.* quia ſententia & jusjurandum eiusdem

eiusdem efficaciæ sunt, *l. 2. ff. de jureiurand. l. post rem ff. de re judic.* his inquam casibus naturalis obligatio non habet illos effectus, quos naturali obligationi soli peculiares esse supra indicauimus, ideoq; illi neq; pignus vel fideiussor accedere potest, *l. si quis posteaquam. & ibi Bart. ff. de fideiussor.* & indebitum hoc casu, quocunq; errore solutum repeti potest. *l. fin. §. fin. & ibi Bart. ff. Rem rat. haber.* Sed 17
tamen hæc obligatio naturalis inefficax remanens, conseruat actionem quæ ex ipsa juncta ciuili obligatione semel nata fuit. *Bart. l. Iulianus num. 33. ff. de condict. indeb.* item, propter hanc inefficacem naturalem obligationem res præscripta per denunciationem euangelicam recuperari potest, *Bart. in constit. ad reprimend. verb. denunciationem num. 11.* Item, multi effectus obligationis antidoralis qui enumerantur à Ias. *in d. l. ex hoc jure & in d. §. libertus,* huic obligationi inefficaci conueniunt; & ideo judico, licet quis prætextu huius naturalis obligationis debitum soluat, licet illud ipsum maximè summam à legibus taxatam excedat: hoc tamen insinuatione non egere, item nec propter ingratitudinem, nec propter liberos postea natos retractari posse. Quia cum hæc solutio propter præcedens debitum, & non ex mera liberalitate fiat, propriè donatio dici nequit, *l. 1. & ibi Bart. l. hoc jure. §. pen. ff. de donat. idemq; Bart. l. Aquilius. ff. eod. tit.* Præterea hæc obligatio inefficax facit, vt donatio inter virum & vxorem, licet aliâs ipso jure nulla sit, procedat & valeat, *Abb. in Rubr. extra de donation.* Ciuilis obligatio illa dicitur, quan- 18
do lex vel obligationem jurisgentium approbat, vel obligationem nouam de jure gentium incognitam inuenit, *Bart. d. l. ex hoc jure. num. 13. arg. l. legitima. ff. de pact.* Cœ- 19
terum hæc obligatio ciuilis, tunc dicitur sola, quando vel

lex ciuilis inducit nouam aliquam obligationem absq; conuentione vel alia jurisgentium æquitate, sed tamen contra eam simili modo exceptionem opponi concedit, vt patet in literarum obligatione, si videlicet in chirographo ego scribam me accepisse à Titio decem spe futuræ numerationis, atq; is eum chirographum accipiat neq; pecuniam soluat: nam ex tali chirographo jus ciuile statuit oriri obligationem literarum: Quia tamen ante biennium elapsum, leges ciuiles permittunt, mihi contra hunc chirographum obijcere exceptionem non numeratæ pecuniæ, *l. si ex cautione, & l. in omnibus, in prin. C. de non numer. pecun.* ex hoc chirographo ante biennium non naturalis, sed ciuilis tantum obligatio descendit, *glos. verb. obligetur in prin. & ibi Ang. num. 13. infra De liter. oblig. Bart. Jas. & Dd. l. 1. ff. de condict. indeb.* Eodem modo ciuilis obligatio sola dicitur, quando ab initio naturali obligationi quidem conjuncta fuit, sed naturalis obligatio postea sublata est, quod fit per pactum nudum de non petendo, *l. si vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact.* item per jusjurandum voluntarium vel judiciale, quod à parte parti defertur, *l. Stichum, §. naturalis, ff. de solut. glos. & Bart. l. vbicumq. ff. eod. tit.* simili modo & per temporis lapsum, quando videlicet me obligaui ad certum aliquod atq; præfinitum tempus, dare certam pecuniæ summam; nam illo tempore elapso naturalis obligatio sola ciuili remanente tollitur, *Bart. d. l. vbicumq. n. 13. & l. fin. §. fin. ff. Rem rat. haber. arg. l. eum qui, §. qui ita, ff. de*
1 *verb. obligat.* Et licet Dd. velint obligationem ciuilem, quæ ab initio semper sola fuit, actionem non producere. *Bart. & Dd. l. cum quis, C. de jur. & fact. ignor. Bart. & Dd. l. 1. ff. de condict. indeb. Ang. hîc:* Ego tamen vnà cum Mynsing. hîc concludo, obligationem ciuilem solam, non tantum, quando

quando naturali obligationi ab initio coniuncta fuit, quo casu eam actionem parere & omnes fatentur & indubitati juris est, *d. §. pactus, & §. preterea. infra De except.* sed etiam quando semper sola fuit, eam actionem producere, licet ista actio exceptione excludatur: quod satis patet in literarum obligatione, in qua *vt supra quoq; diximus*, ante biennium non naturalis, sed ciuilis tantum obligatio oritur, & tamen illa actionem parit, *arg. d. l. si ex cautione, & d. l. in contractibus, in prin.* Porrò hæc ciuilis obligatio so- 22
la, neq; constitui, *l. 3. ff. de constit. pecun.* neq; eius prætextu compensatio objici potest, *l. quacumq; in prin. ff. de compensat.* item, res vel pecunia isto modo debita, quocumq; errore soluta repeti potest, *l. si non sortem, §. indebitum, & §. adeo instit. de condict. indeb.* Huic tamen obligationi ci- 23
uili solæ fideiussor & pignus accedere potest, *l. fideiussor obligari, §. fideiussor, ff. de fideiussor. §. in omnibus, infra De fideiussor. l. si cui, junct. glos. C. de non numerat. pecun.* eadem tamen exceptio quæ obstat creditori, si contra debitorem principalem agat, ea quoq; ipsi opponi potest, quando vel fideiussorem conuenit, vel pignus persequitur, *d. l. si cui l. si stipulatus esse, prin. & l. ex persona rei, ff. de fideiussor. Bart. l. 1. ff. eod. tit.* Sin verò obligatio naturalis & ciuilis simul con- 24
jungantur, ex ijs actio & exactio quoq; oritur, *Bart. l. ex hoc jure, num. 11. ff. de justit. & jur. arg. l. legitima, ff. de pact. & text. nostri hic.* Et tunc demum intelliguntur coniungi, quando lex obligationẽ jurisgentium siue nominatam siue innominatã approbat, *Bart. d. l. ex hoc jure, n. 11. & ibi Ias. n. 51.* Ideoq; etiam ex pacto nudo, quando à ciuili jure ap- 25
probatur actio ad exigendũ efficax oritur, *l. etiã, ff. de vsur. l. ad exactionem, C. de dot. promis.* Simili modo ex obligatione naturali vestita, vel cohærentia contractus, *l. jurisgentium,*

um. §. quinimo. ff. de pact. vel traditione rei, *l. traditionibus. ff. de pact.* vel vi geminationis, actio oritur *l. fin. C. ad leg. Falcid. l. 1. §. debitum. ff. de constit. pecun.* quia omnibus his casibus obligatio naturalis à jure ciuili approbatur. Itidem & quando obligationi naturali lex ciuilis nouam formam addit, vt patet in stipulatione, emphyteusi, feudo, quorum contractuum forma à jure ciuili inuenta est, *glos. Bart. & Dd. d. l. ex hoc jure*: Nam propter hanc formam naturalis obligatio, conuentio nempe, quæ his contractibus subest approbata intelligitur, ideoq; actionem producit, *Bart. d. §. quinimo. num. 16. & 19. & ibi Ias. l. legitima. ff. de pact.*
26 Similiter & in omnibus obligationibus à jure ciuili efficaciter inuentis & introductis, vt est in obligatione descendente ex sententia, *Bart. l. 1. num. 24. ff. de condict. indeb.* ex chirographo conscripto spe futuræ numerationis post biennium elapsum, *infra De literar. obligat. tot. tit.* item ex præscriptione, *Bart. l. cum de in rem verso, num. 2. ff. de vsur. Abb. c. peruenit extra de censib.* quia præscriptio à jure ciuili inuenta est, *supra de vsucap. in princ.* Idem est si statutum caueat, vt quis propter debitum vel contractum alterius tertij conueniri possit, quod statutum aliquibus casibus validum atq; firmum esse receptum est, *glos. Rubr. C. de decret. decurion. lib. 10. Ias. l. si quis in suo. §. fin. C. de inoffic. testa.* Nam licet hoc casu deficiat consensus illius qui obligatur, quia tamen hîc subest alia æquitas jurisgentium, quæ suadet vt superioribus, item & legibus pareamus, *l. veluti. ff. de justit. & jur.* ex qua oriri naturalem obligationem certum est, *l. cum amplius. §. is natura debet. ff. de reg. Iur.* placuit in hisce omnibus vel similibus obligationibus concurrere & ciuilem & naturalem obligationem, *Bart. l. Iulianus, numer. 26. & ibi Ias. nu. 23. in fin. ff. de condict. indeb.* Porrò
27 dum

dum Imperator hîc in textu dicit, Secundùm nostræ ciuitatis jura, ſciendum eſt, ſi lex ciuilis prohibeat vel reprobet aliquem contractum vel obligationem, ex ea neq; ciuilem neq; naturalem obligationem oriri, *l. ſi non ſortem. in princ. & ibi Bart. ff. de condict. indeb. l. cum lex. & ibi Bart. ff. de fideiuſ.*

Ad §. omnium.

SVMMARIA.

1. *Obligationis prima diuiſio à partibus juris deſumpta: Obligationes ciuiles quæ ſint. Ibid.*
2. *Omnes obligationes regulariter inuentione jurisgentium ſunt: exceptis ibid.*
3. *Obligationes item ex maleficiis deſcendentes jurisgentium ſunt, ſed approbatione juris ciuilis.*
4. *Ex quaſi verò maleficio vel quaſi contractu deſcendentes, à jure ciuili inuentæ ſunt, vnica excepta.*
5. *A conſuetudine vel ſtatutis ciuitatum obligationes introductæ juris ciuilis ſunt.*
6. *Conſtitutionibus ducum, marchionum, comitum introductæ, prætorij juris eſſe cenſentur.*
7. *Vtrum obligatio aliqua juris prætorij ſit vel ciuilis, quanti momenti ſit remiſſ. Actiones ciuiles perpetuæ ſunt, prætoriæ annales. Ibid.*

IN §. omnium, Imperator ponit primam diuiſionem obligationis à partibus juris ſumptam, & dicit obligatio- 1
nes aut eſſe ciuiles aut prætorias. Ciuiles verò eſſe eas quæ à legibus conſtitutæ aut certo jure ciuili comprobatę ſunt. Circa quod ſciendum eſt, omnes obligationes regu- 2
lariter inuentione jurisgentium eſſe, *l. ex hoc jure, ff. de juſtit. & jur.* ſiue illę obligationes deſcendant ex contractu, *d. l. ex hoc jure*, excepta tamen ſtipulatione, §. *de conſtituta inſtit.*

instit. de Action. emphyteusi, §. *adeo infra locat.* sponsalitia largitate, *Auth. de sponsal. largit. in prin.* item literarum obli-
3 gatione, *infra De lit. obligat. in prin.* Similiter & omnes obligationes ex maleficiis descendentes à juregentium inuentæ sunt, *Bart. d. l. ex hoc jure, num. 13.* & sunt tantum appro-
4 batione juris ciuilis, *Bart. d. l. ex hoc jure, num. 18.* Obligationes verò ex quasi maleficio, vel ex quasi contractu descendentes, à jure ciuili inuentæ sunt, *Bart. d. l. ex hoc jure, num. 16. & 17.* excepta tamen illa quæ oritur ex quasi contractu indebiti soluti: nam illa à jure gentium introducta
5 est, *l. indebiti, ff. de condict. indeb.* Præterea quoq; annotandum est, omnes obligationes à consuetudine introductas, vt est feudum, *Bart. l. jurisgentium, §. quinimo, num. 19. ff. de pact.* Liuellarius contractus, *c. 1. §. etsi clientulus de aliena. feud. c. 1. §. donare Qualit. feud. olim*, & precaria, *c. 1. & ibi Abb. extra de precar.* juris ciuilis, non prætorij esse, quia consuetudo jus ciuile dicitur, *Bald. l. fin. col. 5. C. vnd. legit. Ias. l. de quibus, num. 83. ff. de legib.* Idem est in obligationibus inuentis vel introductis à statutis ciuitatum: quia & leges vel statuta ciuitatum jus ciuile appellantur; *l. omnes populi, ff. de justit. & jur. Bart. l. 5. in prin. ff. de verb. obligat.*
6 Obligationes verò introductæ constitutionibus ducum, marchionum, comitum prætorij juris censentur, quandoquidem & constitutiones illorum jus prætorium dicuntur, *Bart. & Ias. d. l. 5. in prin. ff. de verb. obligat. Ang. §. sed*
7 *ista, & ibi Ias. num. 27. instit. de action.* Porrò vtrum aliqua obligatio sit juris prętorij vel ciuilis maximi momenti est, *Sicut annot. Ias. in d. l. 5. in prin. nume. 9. Gomes. in d. §. sed ista.* Et inter cætera vnam vtilitatem tenete menti, quia actiones descendentes ex obligationibus ciuilibus sunt perpetuæ, eæ vero, quæ ex obligationibus præteriis oriuntur

tur regulariter anno concluduntur, *igitur de perpet. & tempor. action. in princ. l. in honorariis. ff. de action. & obligat.*

Ad §. sequens.

SVMMARIA.

1. *Obligationum altera diuisio à causa ex qua nasci obligationes certum est, desumpta.*
   Obligationis iuris sunt, contractus & delicta facti, ibid.
2. *Subdiuisio obligationum ex contractu ortarum in quatuor species, sumpta à causa contractuum formali.*
3. *Definitio contractus eiusq; explicatio vsq; ad num. 6.*
4. *Verbum, factum, cuiusmodi sit & quid comprehendat.*
5. *Obligationum substantia quæ, & quod illarum subiectum.*
6. *Quasi contractus cur propriè & strictè contractus appellatione non contineantur.*
7. *Vt nec stipulatio, nec donatio, nec distractus, nec liberatio, nec renunciatio, nec de pace facta conuentio: nec confessio.*
8. *Substantialia contractuum quæ.*
9. *Solennia quæ.*
10. *Naturalia quæ.*
11. *Accidentalia quæ.*

IN §. Sequens Imperator ponit secundam diuisionem obligationum sumptam à causa: quia certum est obligationes nasci ex contractu vel quasi, item ex maleficio vel quasi, *arg. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procurat. l. 2. §. fin. ff. si cert. petat. l. si ex plagis. §. in cliuo capitolino. ff. ad leg. Aquil.* & sic patet aliud esse contractum & maleficium, aliud esse obligationem ex contractu & maleficio descendentem, *glos. fin. in §. seq.* Quia obligatio est jus, *supra hoc tit. nost. in prin.* contractus verò, *l. consilio. §. fin. ff. de curat. furios.* & delicta facti sunt, *d. §. in cliuo capitolino. In vers.* PRIUS, Imperator obligationes ex contractu descendentes subdiuidit 1 2

uidit in quatuor ſpecies, quæ diuiſio ſumpta eſt ex cauſa formali contractuum. Namq; omnes contractus formam atq; perfectionem ſuam accipiunt vel re vel verbis, vel literis, vel conſenſu. Circa hunc §m. quia Imperator in ſequentibus titulis eſt explicaturus materiam, omninò declarandum eſt, quid ſit contractus, ne non conſtituta de-
3 finitione veluti in ignota regione verſemur. Itaq; ſciendum eſt contractum eſſe factum legitimum, quod interueniente conuentione ſuper re certa ad hoc interponitur, vt ex eo vterque contrahentium obligetur. Et ſingula membra huius definitionis legibus expreſſis probantur. Nam primò, quod dixi contractum eſſe factum, ideo dixi, tum quia contractus facti ſunt, *l. conſilio. §. fin. ff. de curat.*
4 *furioſ.* Tum quia hoc verbum FACTUM, eſt generale verbum comprehendens omnem actum, quocumque modo, etiam verbis celebratum, *l. verbum facere. ff. de verbor. ſignif. gloſ. l. licet. in prin. ff. eod. tit.* Legitimi ideo mentionem feci, quia niſi contractus habeat formam atq; ſolennitatem à legibus requiſitam, nullus eſt, *arg. l. non putauit. §. non quauis. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabul. Iaſ. l. 1. §. fin. ff.*
5 *quod quiſq. iur.* Deinde quoq; requiritur vt conuentio ſiue conſenſus interueniat: nam obligationum ſubſtantia eſt conuentio, nec vllus contractus niſi mediante conſenſu & conuentione iniri poteſt, *l. 1. §. adeo. ff. de pact. l. obligationum ſubſtantia. ff. de action. & obligat.* Præterea cum ſubiectum obligationum ſit materia ſiue res, *Bald. l. ad comparandus. C. Mand.* nullus contractus niſi reſpectu rei celebrari poteſt, *l. nec emtio. in prin. ff. de contrah. empt.* Eſt quoque neceſſarium hoc factum ideo interponi vt quis ex eo obligetur: nam alioquin, licet omnia ſolennia contractus interueniant, niſi iſta ad eum finem intercedant, vt quis ex ijs obli-

ijs obligetur, contractus dici vel tueri nomen suum nequit, *d. l. obligationum substantia. & l. non omnis in prin. ff. si cert. petat.* Vltimo quoq; loco opus est ad hoc vt contractus propriè dicatur, vt ex eo vterq; contrahentium obligetur, *l. labeo. §. contractum. & ibi glos. & Bart. ff. de verbor. signif.* Ex hoc infertur, cum in quasi contractibus non interueniat conuentio siue consensus, *§. 1. cum 4. sequentib. infra de obligat. quæ ex quas. contr. oriunt.* quasi contractus, propriè atq; strictè contractus appellatione non contineri, *sicut communiter volunt Dd. Bart. Bald. Alex. & Ias. l. more. ff. de adquir. heredit. Ias. l. Barbarius. numer. 6. ff. de offic. prætor.* Simili modo nec stipulatio, *glos. verb. contrahendarum. §. conuentionales. infra de prætor. stipulat. glos. verb. repellere. vers. item si semel. & ibi Ias. l. 2. C. de jur. emphyteut. Ias. l. 5. in prin. num. 2. arg. ill. text. ff. de verbor. obligat.* nec donatio, *Bald. l. contractus. num. 2. C. de fid. instrum.* nec distractus, *l. fin. C. si tutor non gesser.* nec liberatio, *Ang. & Alex. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact.* nec renunciatio vel refutatio, *Bald. l. tres fratres. ff. de pact. idemq; in l. 1. C. si aduers. donat.* nec de pace facta conuentio: quia ex his vterq; contrahentium non obligatur, propriè contractus dici nequeunt, *Abb. cons. 108. lib. 2.* Similiter nec confessio, licet confessus ex quasi contractu obligatus censeatur, *l. de ætate. §. qui interrogatus. ff. de interrogat.* cum tamen tantum confessus non autem aduersarius eius ex illa confessione obligetur, *l. publia. §. fin. ff. depos. l. de ætate. §. 1. junct. glos. verb. contra se. ff. de interrogat. action.* contractus proprium nomen non meretur. Circa hoc aduertendum est, quædam dici substantialia contractuum, quædam solennia, quædam naturalia, quædam accidentalia. Substantialia contractuum ea sunt, quæ secundum originalem

(margin numbers: 6 at "signif. Ex hoc infertur"; 7 at "prætor. Simili modo"; 8 at "proprium nomen")

naturam, vniuscuiusq; contractus dant esse, formam atq; perfectionem ipsi contractui, atque sine quibus contractus subsistere nequit, *glos. & Bald. l. pacta conuenta. ff. de contrah. empt. Zas. in tract. feud. in pri. part. prin.* vt sunt, in contractu emptionis & venditionis, consensus, pretium & merx. Nam simul atq; hæc in contractu emptionis interueniunt, emptio perfecta & absoluta dicitur, *infra de empt. vendit. in prin.* & si quid horum desit in contractu emptionis & venditionis, contractus omnino nullus est. *l. 2. & l. nec emptio. ff. de contrah. empt. §. pretium. infra de empt.*
9 *vendit.* Solennia contractuum ea dicuntur quæ ad robur siue validitatem alicuius contractus à lege vel statuto requiruntur, vltra vel præter originalem formam siue substantiam alicuius contractus, *vt est de mente Bald. in l. ad exactionem. num. 3. C. de dot. promiss. Bald. l. fin. C. de fideicommiss. Matth. de Afflict. c. 1. in prin. quæst. 24. nu. 105. de prohib. feud. alien. per Frider.* Exempli gratia si pupillus vel minor absq; consensu tutorum, item & absq; judicis decreto rem immobilem vendat, licet illa venditio habeat omnia sua substantialia: tamen quia in ea venditione non interuenit auctoritas tutoris, item nec decretum judicis, hic contractus à minore celebratus non valet, *l. obligari. in prin. ff. de auctor. tutor. l. 1. & tot. tit. ff. de reb. cor. qui sub tutel. vel cur. sunt. l. si prædium. C. de præd. minor.* Nam decretum judicis, item & tutoris auctoritas, quia vltra formam atq; perfectionem contractus venditionis, in venditione à minore celebrata requiruntur, solennia contractus dicuntur, *glos. & Bald. l. quæcumq. §. fin. ff. de publician. in rem*
10 *act.* Naturalia verò contractus ea dicuntur, quæ secundum naturam vniuscuiusq; contractus tacitè in vnoquoq; contractu veniunt, licet illa non fuerint expressa: tamen pacto

pacto expresso vel tacito remoueri possunt ab illo contractu citra eius corruptionem, *Bald. d. l. pacta conuenta in lectur. antiq. Ias. l. cum quid. num. 2. ff. si cert. petat. Bald. l. 1. num. 1. C. commod.* Exempli gratia, secundum naturam venditionis, venditor obligatur de euictione, etiamsi hoc non sit expresse actum, *l. exempto in prin. ff. de action. empt.* & tamen in contractum, absq; eo quod contractus emptionis vitietur, partes pacisci possunt, ne venditor de euictione teneatur, *d. l. pacta conuenta. & l. emptorem. §. quod autem. ff. de action. empt.* Itaq; euictio dicitur naturale emptionis.
Accidentalia contractus ea dicuntur, quæ contractui præter illius naturam pacto contrahentium accedunt, *glos. & Bald. d. l. pacta conuenta.* Exempli gratia, si is qui vendit domum paciscatur cum emptore, vt is sibi domum emptam pro certo pretio ad definitum tempus locet, *l. fundi partem. ff. de contrah. empt.* Nam hoc non est de substantia emptionis & venditionis, neq; ad hoc emptor secundum emptionis naturam tenebatur, ideoq; dicitur emptionis accidentale. 11.

Quibus mod. re contrah. obligatio.

TIT. XV.

SVMMARIA.

1. *Materia tituli.*
2. *Annitendum semper vt nomina rebus conueniant.*
3. *Contractus quomodo re celebrari dicantur, & quatenus debitor ex his obligetur.*
4. *Aliud contractus est, aliud promissio de contrahendo: ex hac enim si per stipulationem solennem facta fuerit, verborum obligatio descendit; sin pacto nudo, naturalis saltem obligatio.*
5. *Quot, & qui contractus propriè re celebrentur, & cuius gratia singuli celebrari dicantur.*
6. *Ex indebiti solutione obligatus, ex quasi contractu obligatus dicitur.*

In Rubricam.

1 IN hoc titulo Imperator tractat materiam contractuum,
2 qui re celebrantur: Et cum semper annitendum sit, vt
nomina rebus conueniant, *l. à nullo. C. de fer.* §. *est & aliud.*
3 *supra de donat.* aduertendum est, hos contractus de quibus
in hoc titulo nostro fit mentio, non nisi re interueniente
& re vera tradita celebrari posse, nec ex his contractibus
etiam vltra eam rem quæ tradita est, debitorem regulari-
ter obligari posse, *l. si tibi. in prin. ff. de pact. l. cum vltra. C.*
4 *de non numer. pecun. l. rogasti.* §. *si tibi. ff. si cert. petat.* Ideoq;
cum aliud sit contractus, aliud verò promissio de contra-
hendo, *l. in bonæ fidei & ibi Ias. ff. de eo quod cert. loc.* receptum
est, si quis rei traditione non interueniente promittat se
velle alteri mutuam pecuniam dare, vel summam certam
ipsi commodare, vel apud ipsum deponere, ex tali promis-
sione, neq; mutui, neque commodati vel depositi obli-
gationem oriri, sed ex tali promissione si per stipulatio-
nem solennem facta fuerit, verborum obligationem de-
scendere, *l. si pœnam. ff. de verb. oblig.* Sin verò ea pacto
nudo facta fuerit ipsam ad actionem producendam inef-
ficacem esse, sed ex ea solummodo naturalem obligatio-
5 nem oriri, *Bart. l. si fideiussor. num. 5. ff. de fideiussor.* Porrò,
quatuor sunt tantum contractus proprij qui re celebran-
tur, Mutuum nempe, commodatum, depositum & pi-
gnus, quorum duo primi solius debitoris siue accipientis
gratia celebrari dicuntur. Nam & mutuum, *c. consuluit &*
c. conquestus extra de vsur. & commodatum, gratuiti con-
tractus sunt, §. *item is cui infra h. t. n.* Depositum verò so-
lius deponentis vtilitatem respicit, *d.* §. *nunc videndum*:
Pignus autem vtriusq; contrahentis gratia interponitur,
6 §. *fin. infra h. t. n.* Cæterum is, qui ex indebiti solutione
obli-

obligatur, non propriè ex contractu sed ex quasi contractu obligatus dicitur, *infra h. t. nostro.* §. *is quoq.* & §. *item is cui infra De oblig. quæ quasi contract.*

Ad princ. tit.

SVMMARIA.

1. *Mutui definitio eiusq; plena explicatio vsq; ad num. 34.*
2. *Contractus innominati qui dicantur.*
3. *Mutuum quibus rebus contrahatur.*
4. *Mutuum vt contractum dicatur, non sufficere, rem aliquam concessam alicui ad pondus, numerum mensuramúe, sed requiri etiam vt vel natura sua vel consuetudine res ad mutuum contrahendum apta sit.*
5. *Res quæ pondere, numero mensuraúe constant, ad certam tantum speciem dans, pecuniam puta in sacculo signatam, mutuum non contrahit: quod tamen declaratur, ibid.*
6. *In mutuo dominium cum in accipientem transferendum sit, aliena pecuniæ datione id non contrahitur.*
7. *Quid verò si quis rem quam cum alio communem habet alteri mutuo det?*
8. *Quidq; si pecuniam mutuo dans rerum suarum administrationem non habeat?*
9. *Mutuo acceptam pecuniam tertio iterum mutuo dando mutui contractus celebratur.*
10. *Ficta dominij translatio in mutuo sufficit, Illustratur hoc ibid.*
11. *Mutuum quod ab initio non valuit, quando ex post facto reconcilietur, & ad quid, & cui inde actio quæratur.*
12. *Consumpta pecunia quomodo intelligatur.*
13. *Commistione quæ res mutuo data consumi intelligatur.*
14. *Dominium quoq; in mutuo transferendum est non simpliciter, sed vt accipiens obligetur.*
15. *Et quidem ad reddendum idem genus.*
16. *Quid verò, si vt eadem res restitueretur à contrahentibus pactum sit?*
17. *Et quid si tradens paciscatur sibi non eadem res sed alias in diuerso genere restitui?*

18. *In*

18. *In mutuo item tantundem in eodem genere eiusdem bonitatis atq; qualitatis reddendum est.*

19. *Nec valet pactum vt recipiens mutuam pecuniam plus in quantitate vel bonitate restituat. Ratio ibid.*

20. *Quod in alius rebus mutuo datis secus est, etiam de jure canonico certo tamen casu, vt ibid.* (sit.

21. *Hoc pactum etiam nudum quando ad actionem producendum efficax*

22. *Pactum in mutuo vt minus reddatur indistincte valet. Ratio redditur, num. 29.*

23. *Mutui denominatio & diuisio in duas species, alteriusq; speciei subdiuisio.*

Ibid. Mutuum merè naturale quod dicatur.

24. *Mutuum non merè naturale quod, & qui casus ad hanc speciem pertineant deq; eius effectu.*

25. *Ciuile mutuum quotuplex & quale sit merè ciuile.*

26. *Mutuum non merè ciuile quod, & quis eius effectus.*

27. *De quo mutuo potißimum hic tractetur: quæq; huius sint substantialia.*

28. *Substantialia huius mutui pactum nullum admittunt.*

29. *Naturalia mutui quæ sint & quare sic dicantur.*

30. *Solennia quæ, quodq; pacto contrahentium tolli vel remoueri non poßint.*

31. *Accidentalia contractus mutui quæ.*

32. *Mutuum qui dare & accipere poßint vel non poßint.*

33. *Et quatenus filius familiâs pecuniam mutuo accipiendo efficaciter obligetur.*

34. *Ex hoc contractu mutui quæ qualisq; actio oriatur.*

35. *Condictionis definitio eiusq; diuisio, & quæ sit condictio incerti.*

36. *Certi condictionis subdiuisio: Specialis vnde oriatur, item generalis quando competat.*

37. *Mutuam pecuniam simpliciter non in diem certum accipiens, quando huius ratione conueniri poßit, & qualiter in mora constituatur, deq; eius purgatione.*

38. *Mora contracta si purgata non fuerit, ad quid debitor creditori teneatur, siquidem mutuum aliis rebus quam pecunia numerata contractum sit.*

39. *Et*

1 IN principio huius tituli explicat Imperator naturam contractus mutui: Itaq; ſciendum eſt mutuum eſſe cõtractum nominatum, ſtricti juris, in quo earum rerum quæ pondere, numero menſuraúe conſtant dominium verè vel fictè ea conditione in accipientem transferimus, vt is nobis obligetur, non ad reſtituendum eandem ſpeciem, ſed ad reddendum tantundem in eodem genere, eiusdem tamen bonitatis & qualitatis. 2 Namq; primo contractum mutuum, nominatum eſſe, cum ei nomen ſpeciale, neque aliis contractibus communicabile additum ſit, clari atque aperti juris eſt: quia omnis is contractus nominatus dicitur qui ſpeciale atq; peculiare nomen habet, *gloſ. Bart. & Bald. Rubr. C. de rer. permutat.* Deinde cum hic contractus non recenſeatur inter contractus bonæ fidei, *in §. action. infra De action.* dubium non eſt hunc contractum ſtricti juris eſſe, *arg. gloſ. d. §. actionum. verſ. bonæ fidei, & ibi. Ang.*

 & Iaſ.

3 *& Iaf. num. 27.* Mutuum quoq; contrahi non poteſt, niſi ijs rebus, quæ conſtant pondere, veluti argento, auro, *vt hic in prin.* item ſtanno, plumbo, ære & ſimilibus, *Bart. l. 2. §. 1. num. 16. ff. ſi cert. petat.* numero, pecunia numerata, *vt hic in prin.* pane vel tegulis per conſuetudinem vel ſtatutum loci limitatis, *Bart. d. §. 1. num. 16.* vel menſura, vt
4 eſt vinum, oleum & frumentum, *vt hic in prin.* Neq; ſufficit ad hoc vt mutuum contractum dicatur, aliquam rem eſſe conceſſam alteri ad pondus, numerum vel menſuram, ſed etiam requiritur, vt illa res vel natura ſua vel conſuetudine apta ſit ad mutuum contrahendum, *gloſ. hic verſ. mutui. Bart. l. 2. §. 1. num. 13. & 14. ff. ſi cert. petat.* Ideoq; ſi quis dederit alteri librum aliquem ad pondus, vt ipſi librum alium eiusdem ponderis reddat, vel ſi quis dederit alicui boues vel oues ad numerum, vt totidem alios boues vel oues reddat, mutuum nõ contrahitur, *gloſ. hic verb. appendendo. gloſ. l. 2. §. 1. verſ. ſin creditum. ff. ſi cert. petat.* quia hæ res ad contrahendum mutuum aptæ non ſunt, cum vtilitas atq; ſubſtantia harum rerum in pondere vel in numero non conſiſtat, quod in mutuo requiritur, *vt hic*
5 *in prin. & d. l. 2. §. 1.* Rurſus etſi has res, quæ pondere, numero, menſuraúe conſtant, non ad pondus, numerum menſuramúe, ſed vt ſpeciem certam dedero, vtputa, ſi dedero alicui pecuniam in ſacculo ſignato, mutuum non cõtrahitur, *gloſ. hic verb. mutui.* Quod tamen ita demum verum eſt, ſi dedero alicui ſacculum pecuniæ ſignatum, & conuenerit inter nos, vt accipiens alium ſacculum pecunię ſignatum mihi reſtituat, nulla facta mentione ponderis vel numeri: ſecus eſt, ſi dedero alicui ſacculum pecuniæ ſignatum ad pondus, vt is mihi alium ſacculum pecuniæ eiusdem poderis reſtituat, *Bart. l. 2. §. 1. num. 14. in fin. ff. ſi cert.*

ſi cert. pet. vel ſi ei dedero ſacculum pecuniæ ſignatum ex-
primendo numerum pecuniæ, atq; cum ipſo paciſcens, vt
mihi tantundem pecuniæ vel ad numerum vel in ſacco ſi-
gnato reſtituat, tunc enim mutuum contrahitur, *Alex. d.*
l. 2. §. mutui. & ibi Iaſ. nu. 8. ff. ſi cert. petat. arg. l. certi con-
dictio. § fin. ff. ſi cert. petat. cum nihil interſit quid de æqui-
pollentibus fiat, *l. mulier in prin. ff. ad* SC*tum. Treb. Bart. &*
Od. in l. gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſth. Præ- 6
terea requiritur quoq; ad mutuum contrahendum, vt do-
minium earum rerum quæ pondere, numero & menſura
conſtant, in accipientem transferatur, *vt hic in fin. l. 2. §.*
appellata. ff. ſi cert. petat. Ideoq; mutuum non contrahitur,
ſi pecuniam alienam alteri dedero, *l. nam et ſi fur. in prin. ff.*
ſi cert. petat. l. non nude. C. eod. tit. Idem eſt ſi pecuniam 7
cum alio communem alteri mutuo dedero: nam non niſi
pro dimidia parte mutuum contrahitur, *d. l. nam et ſi. §. fin.*
Simili modo mutuum non contrahitur, ſi is pecuniam ſu- 8
am mutuo dederit, qui rerum ſuarum adminiſtrationem
non habet, quiq; dominium rei ſuæ in alium transferre
non poteſt, vt eſt furioſus, prodigus, pupillus, *l. ſi à furioſo.*
ff. ſi cert. pet. l. non omnis. §. pupillus. ff. eod. tit. item & minor
25. annorum qui curatoris conſilio regitur, *arg. l. ſi curato-*
rem. C. de integr. reſtit. minor. Cæterum, ſi quis pecuniam 9
alteri debitam, cuius tamen ipſe dominium habet, tertio
mutuo dederit, mutui contractus celebratur, *l. ſi ſocius.*
ff. ſi cert. petat. Neq; verò neceſſario requiritur ad mutu- 10
um contrahendum, vt verè dominium earum rerum, qui-
bus mutuum contrahitur in accipientem transferatur ab
eo, qui ex mutuo ſibi alium obligare vult; ſed ſufficit ſi
per ipſum ficte fiat, *Bart. d. l. 2. §. in mutui donatione. nu. 8.*
ff. ſi cert. petat. Itaq; mutuum contrahi dicitur reſpectu

nostri, si seruus vel filius noster, peculiares suos nummos etiam insciis nobis mutuo dederit, *d. §. in mutui donatione*, vel si aliquis absens me ignorante nummos suos meo nomine mutuo dederit, *l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cert. petat.* vel si debitor meus petenti à me mutuum meo mandato pecuniam mihi debitam soluat, *l. singularia. ff. si cert. petat.* vel etiam expromittat & habeat pecuniam solutioni paratam, *d. l. singularia. ff. si cert. petat. Bart. ibid. nu. 18. & Ias. num. 31.* vel si petenti à me mutuam pecuniam, dedero lancem vel aliam speciem vt is eam vendat, nam re vendita, statim mutuum contrahitur, *l. rogasti. in prin. ff. si cert. petat.* Idem est si petenti à me mutuum, certam speciem dedero æstimatam, & conuenerit inter nos etiam pacto nudo, vt ipse ad æstimationē illius rei, tanquam ex mutuo obligetur, *l. si pro mutua. C. si cert. petat.* Item si creditor paciscatur cū debitore, vt is id, quod ipsi ex alia causa emptionis puta vel simili debet, tanquam mutuam pecuniam retineat, quod etiam nudo pacto fieri potest, si vel pecunia sit solutioni parata, *arg. d. l. certi condict. §. fin. junct. l. seq. l. singularia. & ibi Bart. num. 21.* vel hoc partes in continenti juxta primum contractum paciscantur, *d. l. si pro mutua*: alioquin hoc non nisi stipulatione interueniente fieri pos-

11 se receptum est, *l. si ex pretij. C. si cert. pet.* Simili modo mutuum hac ratione contrahitur omnibus illis casibus, in quibus ab initio rei mutuo datæ dominium, neq; fictè neq; verè transferimus, *sicut supra annotauimus*: Sed tamen mutuum ex post facto reconciliatur, *glos. hic in verb. tuum*: Quod fit, si pecunia aliena vel etiam propria à pupillo, furioso vel prodigo mutuo data vel consumpta sit à recipiente, *l. rogasti. §. fin. & l. nam etsi fur. in prin. ff. si cert. petat. l. si quis pro eo. §. si nummos. ff. de fideiussor.* vel vsucapta, *glos.*

§. *item*

. item is cui. ver. mutuum. infra eod. tit. arg. l. indebiti. §. sed si. ff. de condict. indeb. vel si conditio, sub qua pecunia ıutuo data est extiterit, l. proinde. ff. si cert. petat. vel is qui ienam pecuniam mutuo dedit, postea ex causa quæ reotrahitur illius rei dominus efficitur, d. l. proinde, vel si ɔminus rei alienæ, mutuo datæ, hoc mutuum ratum ha:at: tum enim huius rei dominium in accipientem transrtur, & mutuum reconciliatur, Bart. d. §. appellata. nu. 6, ·n quidem vt ex eo domino ratum habenti, arg. l. si pupil- §. si ego. ff. de negot. gest. sed ei qui pecuniam numerauit ligatio & actio quæratur, arg. l. si fundus. §. 1. & ibi Bart. de pignor. Consumpta quoq; pecunia intelligitur, siue 12
n accipiens in vsus proprios conuertit, siue eam vtilitagratia per partes expendendo, Bart. d. §. mutui. num. 6. e eam perdidit, glos. l. non omnis. §. pupillus. vers. eius. & Bart. & Ias. ff. si cert. petat. siue eam suæ pecuniæ comcuit, l. si alieni. & ibi Bart. ff. de solut. siue etiam eam peiam malitiose consumere noluerit, d. l. nam et si fur. in ver. consumpseris. & ibi Bart. & Ias. Cæterum hoc 13
d diximus, commistione rem mutuo datam intelligi sumptam, tantum in pecunia numerata mutuo data edit: verùm in alijs rebus mutuo datis non item. Idee si quis tegulas, lateres, panes vel frumentum mutuo m cum suis rebus eiusdem generis commisceat, tales onsumptæ non intelliguntur, nec mutuum contraı dicitur, §. quod si frumentum. supra de rer. diuis. l. idem onius scribit, in prin. ff. de rei vindic. Simile est in vino, & similibus mutuo datis: nam licet accipiens illud vivel oleum confundat cum suo vino vel oleo: conum tamen non intelligitur, sed domini remanet, l. cellus. §. fin. ff. de rei vindic. §. si duorum. instit. de rer.

14 *diuis.* Est quoq; opus ad hoc vt mutuum contractum dicatur, vt earum rerum dominium, de quibus supra mentionem fecimus in accipientem non simpliciter sed ea conditione, vt ex eo accipiens obligetur, transferatur, *l. non omnis. in prin. ff. si cert. petat. facit l. obligationum substantia. ff.*
15 *de obligat. & action.* Neque etiam quælibet obligatio ex translatione dominij harum rerum descendens ad mutuum contrahendum sufficit, sed requiritur, vt quis obligetur non ad restituendas vel reddendas easdem res, sed ad
16 reddendum idem genus, *vt hic & d. §. mutui.* Namq; si is qui hasce vel similes res tradit, paciscatur sibi easdem res restitui, non contrahitur mutuum, sed non translato dominio erit vel depositum, si huius rei custodia & non vsus recipienti concessa sit, *l. 1. in prin. ff. de pos.* principaliter & non in consequentiam alterius contractus, *d. l. 1. § si rogauero. ff. d. t.* neq; pretio recepto, nam tum diceretur locatio, *l. 1. §. si quis vestimenta. ff. de pos.* vel commodatum si illa res recipienti ad certum atq; determinatum vsum gratuito concessa sit, §. *item is cui. infra eod. tit. l. in commodato. §. sicut. ff. commod.* vel precarium, si non ad certum & determinatum vsum recipienti data sit, *glos. l. 1. ff. de precar.* Dominio verò translato contractus innominatus
17 dicitur, *l. si tibi area. ff. de præscript. verb.* Sin verò is, qui res aliquas tradit, paciscatur sibi non easdem res, sed alias in diuerso genere restitui, simili modo mutuum non contrahitur, sed oritur ex tali negotio vel contractus permutationis si conueniat, vt species alia pro specie data reddatur, *l. 1. & ibi glos. ver. habet. ff. de rer. permut.* vel contractus innominatus, si conueniat vt genus pro genere, vel genus pro specie, aut è conuerso reddatur, *l. emptio. C. de rer. permut.* Idem est si conueniat, vt pro pecunia data species

cies

:ies detur, *arg. l. fin. ff. de condict. ob cauſ.* vel emptio, ſi con-
ienerit vt pro pecunia data vel ſpecies tradatur vel etiam
enus detur, *arg. l. ex empt. in prin. ff. de action. empt. Bart.
r Iaſ. d. l. 2. in prin. ff. ſi cert. petat.* Vltimo quoque is qui 18
nutuum accipit obligatur, vt tantundem in eodem gene-
: eiusdem tamen bonitatis atq; qualitatis cuius fuit id,
uod mutuo datum eſt, reſtituat, *vt hic in prin. l. cum quid.
. ſi cert. petat. d. §. mutui.* Neq; valet pactum vt recipiens 19
nutuam pecuniam plus vel in quantitate, *l. rogaſti. §. ſi tibi.
ſi cert. petat.* vel etiam in bonitate. Quia, cum quicquid
:cedit ſorti vſura ſit, *c. 1. & c. 2. 13. q. 3.* certum eſt tale
ıctum non valere, quia vſuræ nudo pacto promiſſæ peti
on poſſunt, *l. quamuis. C. de vſur.* Frumento verò, oleo 20
:l aliis rebus mutuo datis paciſci poſſunt partes, vt tam
quantitate quàm in qualitate plus reddatur, *arg. l. fru-
nti. ff. de vſur.* quod pactum etiam de jure canonico va-
e ſtatuo, ſi ſit veriſimilis coniectura, frumentum vel o-
ım mutuo datum, tanto minus valiturum eo tempore,
o tale frumentum reſtitui debet, quantum illi mutuo
: pactum accedit, *c. nauiganti. & ibi Abb. extra de vſur.*
hoc pactum etiam nudum ad actionem producendam 21
cax eſt, ſi in continenti juxta contractum mutui adie-
m ſit, *arg. l. lecta. & ibi Iaſ. ff. ſi cert. petat. l. juriſgenti-
§. quinimo. ff. de pact. cum ſimilib.* Cæterum tam pecu- 22
quàm alijs rebus mutuo datis partes paciſci poſſunt, vt
ıus tàm in quantitate, quàm in qualitate reddatur, *arg.
. ſi tibi. Iaſ. l. cum quid in lect. 1. numer. 2. & in lect. 2.
. 21. ff. ſi cert. petat.* Denominatum eſt autem mutuum 23
quia ex meo tuum fit, vt hîc, *& d. §. appellat.* Porrò
uum diuiditur in duas ſpecies, vnum naturale, aliud
ciuile dicitur, *Bart. d. §. appellata. num. 5. & 6. & in*

d. §. in

d. §. in mutui dation. num. 3. & 4. Naturale mutuum rursus duplex est, quoddam enim dicitur mutuum merè naturale, quando videlicet pecunia mea in te nulla obligatione
24 cogente à me transfertur: Quoddam est mutuum naturale, cui jus ciuile cooperatur per fictionem aliquam vel aliud remedium, vt patet in omnibus casibus in quibus supra indicauimus facta dominij translatione mutuum contrahi. Et ad hanc speciem mutui pertinent illi casus in quibus domino pecuniæ mutuo datæ obligatio & actio competit, licet illa pecunia non domini, sed dantis nomine numerata fuerit, vt si quis, etiam extraneus pecuniam militis, vel tutor, curator pecuniam pupilli vel adolescentis suo nomine mutuo dederit. Nam ex hoc mutuo domino, cuius respectu illud contractum non fuit, actio datur, *l. si procurator militiæ. & ibi glos. Bart. Bald. & Ias. ff. si cert. petat.* Idem in ecclesia vel alio pio loco procedere judico, si nummos eius, administrator illius suo nomine numeret, *arg. glos. l. si vt proponit. & ibi Bart. & Bald. C. de rei vindic.* Si tamen extraneus quidam non tutor vel curator, vel administrator, pecuniam ecclesiæ, minoris vel adolescentis mutuo det illis, non nisi in subsidium ex hoc mutuo actio conceditur, *arg. l. filiæ. ff. de solut.* Idem est si maritus pecuniam vxoris mutuo det: nam vxori ex hoc mutuo in subsidium actio datur, *arg. l. vxor marito. ff. de donat. int. vir. & vxor.* Huic quoq; speciei mutui non merè naturalis annumeratur, si quis non ex liberalitate, sed propter necessitatem præcedentis contractus mutuum det, *l. si tibi. ff. si cert. petat.* Huius etiam generis est, si negotiorum gestor, nummos domini, nomine absentis & ignorantis domini numerauerit. Nam ex tali mutuo domino etiam ignoranti directa actio oritur, & si dominus hoc nomen

men

ien improbet, neq; etiam numeranti actionem cedere
elit, ipsi numeranti ex hoc mutuo vtilis actio datur, *l. si*
ßensu. C. si cert. petat. Ciuile mutuum similiter duplex 25
t, quoddam est mutuum merè ciuile, qualis est obliga-
o mutui descendens ex chirographo post biennium, *de*
a infra de liter. obligat. Quoddam est mutuum ciuile cui 26
itura cooperatur, quod est, quando quis mutuam pecu-
am sibi reddi stipulatur, & post hanc stipulationem vel
am ante in continenti tamen fit numeratio, *arg. l. si fuero.*
fin. cum l. seq. ff. de nouat. Bart. & Ias. l. certi condictio. §. si
mmos. ff. si cert. petat. Et ex hoc mutuo non merè ciuili
itur actio, etiamsi dominium pecuniæ numeratæ in ac-
ientem translatum non fuerit, *l. quamuis. C. si cert. petat.*
quia in hoc prin. potissimum materiam mutui natura- 27
ractamus, sciendum est huius mutui substantialia esse,
lominium rei mutuo datę in accipientem transferatur,
. appellatur, & vt ijs rebus fiat, quæ pondere, numero
isuraúe constant, *vt hîc*, & vt recipiens mutuum obli-
ır ad reddendum idem genus, *d. l. 2. in prin. ff. si cert.*
t. Et si contra hæc substantialia in contractu mutui 28
um adiectum fuerit, vel illud nullum est, *l. cum precario.*
i Bart. ff. de precar. vel efficit, vt contractus mutui in
n contractum abeat, *l. vbi ita donatur. & ibi Bart. ff. de*
tion. Naturalia mutui sunt, vt reddatur vinum vel o- 29
ı aut alia res mutuo data, eiusdem bonitatis & quali-
, *l. cum quid. ff. si cert. petat.* item vt periculum rei mu-
atæ ad accipientem spectet, §. *item is cui. infra h. t. n.*
d non tantum procedit in eo casu, quando domini-
i mutuo datæ in accipientem transfertur, sed etiam
n habet, quando dominium rei mutuo datæ in acci-
em translatum nō est: vt puta, si pupillus, vel furiosus

mutuam pecuniam dedisset, *glos. l. non omnis. §. pupillus. & ibi Bart. & Ias. ff. si cert. petat.* Hæc autem ideo dicuntur naturalia mutui, quod tacitè in quolibet mutuo veniant, etiamsi expressa non fuerint: pacto item tacito remoueri possunt, illæso contractu mutui. Ideoq; pacisci possunt contrahentes, vt is qui mutuum accipit possit rem deterioris qualitatis & bonitatis restituere, *Ias. d. l. cum quid. in lect. 1. num. 2. & in lect. 2. num. 21.* Item conuenire etiam possunt, vt periculum casus fortuiti rei mutuo datæ, non ad accipientem, sed ad dantem mutuum pertineat, *arg. l. jurisgentium. §. item si quis. ff. de pact. l. & Aristoni. ff. Man-*
30 *dat.* Solennia contractus mutui dicuntur, quod videlicet in contractu mutui in scriptis ab imperitio literarum in ciuitate celebrato, si illud mutuum libram auri excedat, requirantur quinq; testes, & quod in alio contractu mutui libram auri excedente, siue in scriptis, siue sine scriptis celebratus fuerit, requirantur tres testes, *Auth. sed nouo. & ibi Bart. & Bald. C. si cert. petat. §. si quis igitur. Auth. de instrument. caut. & fid.* Hæc solennia similiter pacto contrahentium tolli vel remoueri non possunt, *arg. l. nemo potest.*
31 *& ibi Bart. & Ias. ff. de legat. 1.* Accidentalia contractus mutui sunt, si partes paciscantur, vt is qui mutuum accipit, creditori vel pignora vel fideiussores det, *arg. l. creditor. ff. si cert. petat. Bart. & Ias. l. rogasti. § si tibi. ff. d. t.* vel si debitor promittat creditori, nisi ipsi intra certum tempus satisfecerit, se velle proficisci in certũ aliquod hospitium, ibi in obstagio stare donec illi satisfaciat, *arg. c. ex re-*
32 *scripto. & ibi Bald. & Abb. extra de jurejurand.* Porrò mutuum dare possunt omnes, qui rei suæ administrationem habent, quiq; dominium rei mutuo datæ in alium transferre possunt, siue illi sint sui, siue alieni juris, ideoq; etiam serui

ſerui & filijfamilias licet ipſi patris dominique poteſtati ſubiecti ſint, peculiares nummos mutuò dare poſſunt, *d.l. 2.§. in mutui datione. ff. ſi cert. petat.* Præterea non tantum ſingulares perſonæ, ſed etiam vniuerſitates, eccleſiæ nempe, collegia & ciuitates mutuum dare poſſunt, *l. etiam. ff. de vſur.* Item tam ſuo, quàm alieno nomine quis mutuam pecuniam dare poteſt: itaq; negotiorum geſtor, *arg. d. l. ſi abſentis. & d. §. ſi nummos.* Procurator, tutor & curator illius nomine, cuius negotia adminiſtrant, mutuum dare poſſunt, *l. ſi procurator militis. ff. ſi cert. petat. §. pen. & fin. Auth. vt hi qui ſe oblig. hab perhib.* Illi verò qui adminiſtrationem rerum ſuarum non habent, quique dominium rerum ſuarum non habent, quiq; dominium rei ſuæ alienare nequeunt, vt ſunt pupillus, furioſus, prodigus mutuam pecuniam dare non poſſunt, *l. ſi à furioſo. & l. non omnis §. pupillus. ff. ſi cert. petat. l. obligari. in prin. ff. de auctor. tutor.* Item, nec hæ perſonæ ſi mutuam pecuniam ſine tutorum vel curatorum auctoritate acceperunt, vltra hoc quo locupletiores facti ſunt obligantur, *l. patri. §. ſi pecuniam. ff. ſi cert. petat.* Similiter nec ij, qui contrahere prohibentur, quales ſunt illi qui magiſtratus temporalis officij in aliquo loco extra patriam ſuam funguntur, *l. 1. C. de contract. jud.* mutuam pecuniam dare vel accipere poſſunt, *l. principalius. & ibi Iaſ. ff. ſi cert. petat. l. eos. & l. non aduerſus. C. eod. t.* Quia à quo remouetur genus; ab eo remouentur & omnes eius ſpecies, *l. fin. in prin. C. de vſur. rei judic. Bart. & Dd. l. ſi cauſa cognita. C. de tranſact.* Extra verò hos caſus regulariter quilibet ſicut dare, ita & accipere mutuam pecuniam poteſt. Ideoque etiam ciuitas, *l ciuitas. & ibi Bart. & Dd. ff. ſi cert. petat.* & eccleſia, *c. quod quibuſdam. & ibi Abb. extra de fideiuſ.* mutuam pecuniam accipiendo

33 obligantur. Excipitur tamen filiusfamilias, qui si mutuam pecuniam acceperit, efficaciter non obligatur, *l. 1. ff. ad SC^tm. Maced.* nisi eam pecuniam acceperit mutuo studiorum, *l. sed etsi. §. quod dicitur. ff. ad SC^tm. Maced.* vel legationis causa, *l. Macedoniani. C. eod. tit.* vel respectu peculij castrensis vel quasi, *l. 1. §. fin. cum l. seq. ff. d. tit.* vel nisi eam pecuniam in rem patris verterit, vel sui juris factus hoc debitum agnouerit, *l. 2. C. eod.* vel si accipiens mutuam pecuniam publicè pro patrefamilias habitus fuerit, *l. 3. ff. ad SC^tm. Maced.* vel si pecuniam quam ipse ex alia causa creditori debet, ipsi ex mutui causa promittat, *l. 3. C. eod. tit.* vel si jubente vel etiam ratum habente patre mutuum accipiat, *l. 2. & l. fin. C. eod. tit.* ad quod etiam tacita patris voluntas sufficit, ideoq; si filiusfamilias solitus fuerit sæpè mutuam pecuniam accipere eamq; pater soluerit, si quis postea illo filiofamilias mutuam pecuniam dederit, efficaciter tàm filius quàm pater ex illo mutuo obligatur tanquam si hoc patris voluntate contractum fu-
34 isset. *Bald. d. l. 2. C. ad. SC^tm. Maced.* Ex hoc autem contractu mutui oritur actio quæ vocatur condictio, *vt hic in fin.*
35 Circa quod sciendum est, condictionem esse actionem personalem, qua rem non nostram, sed nobis debitam, siue illa certa sit, siue incerta, petimus. Namque dubium non est, condictionem, actionem personalem esse, *§. appellamus. instit. de action.* eaq; nos petere non posse rem nostram nisi à fure, *l. fin. ff. vsufruct. quemad. cau.* & aliis quibusdam specialibus casibus, *l. si quis nec causam. §. fin. ff. si cert. petat.* Hæc condictio duplex est, alia incerti, alia certi. Incerti condictio est, qua rem incertam nobis debitam petimus, *l. sed & si me putem. §. fin. & ibi glos. Bald. & Ias. ff. de condict. indeb. Ias. l. certi condictio. in prin. num. 36. ff. si cert.*

ff. si cert. pet. Certi condictio rursus duplex est, alia spe- 36
cialis est, quæ ex mutuo oritur, *glos. hic in verb. condictio*:
Alia est generalis, quæ semper nobis competit, quando
rem, quoquo modo certam ex quacumq; causa petimus,
l. certi condictio. in prin. & ibi Bart. Ias. & Dd. Porrò sci- 37
endum est eum cui mutua pecunia simpliciter non in di-
em certum data est, non statim huius mutui ratione con-
ueniri posse, sed expectandum aliquod tempus arbitrio
iudicis æstimandum, quo verisimiliter ipse tali pecunia
mutua suæ necessitatis gratia vti potuit, *Bart. & Ias. l. si
venam. ff. de verb. oblig.* Hoc autem tempore elapso, debi-
tor, qui ex mutuo obligatus est, si extra iudicium à credi-
tore conuentus vel interpellatus fuerit, in mora constitui-
tur, *l. si ex legati causa. & ibi Ias. ff. de verb. oblig. glos. Bart.
Ias. l. vinum. ff. si cert. petat.* alioquin verò non nisi per li-
tis contestationem ipse in mora constituitur, *d. l. vinum.
ct. l. amplius non petitum. ff. Rem rat. haber.* nisi debitori
certus dies definitus fuerit, qua pecuniam creditam red-
dere debeat, tunc enim die elapso mora contrahitur, *l. ma-
gnam. C. de contrah. & commit. stipul.* Hanc autem moram
debitor purgare non potest, si creditoris intersit moram
non commissam esse, *arg. l. & si post tres. ff. si quis cauti-
l. si ita quis. §. Seia. ff. de verb. oblig.* nisi ipse creditori
omne interesse resarcire paratus sit, *glos. l. non vtiq. ff. de
r.* Sin verò creditoris non intersit, si quidem mora fue-
rit contracta per interpellationem hominis vel diei, debi-
tori permittitur intra modicum tempus tantùm moram
purgare debitum offerendo, *arg. l. si cum dies. §. fin. ff. de ar-
Bart. & Dd. l. si insulam. ff. de verb. oblig.* Sin autem mo-
ra contracta per litis contestationem, debitori vsq; ad
sententiam moram purgare permittitur, *Bart. d. l. si insu-*

 lam.

38 *lam. nu. 16. Bart. & Dd. l. si maior. la. 2. C. de transact.* Et siquidem mora istis modis contracta, purgata non fuerit, debitor si mutuum alijs rebus quàm pecunia numerata contractum fuerit, officio judicis creditori æstimationem rei mutuo datæ quanti ipsa plurimi fuit à tempore moræ, *d. l. vinum. & ibi Bart. & Dd.* vsq; ad sententiam, & etiam postea, detracto tamen tempore, quod datur judicatis, *arg. l. fin. C. de vsur. rei judic. l. in fideicommissi. in prin. ff. de vsur. Bart. l. 3. §. in hac. nu. 14. ff. commod.* soluere cogitur. Cæterum ad interesse extrinsecum non tenetur, *arg. l. si*
39 *sterilis. §. cum per venditorem. ff. de action. empt.* Pecunia verò mutuo data, debitor post moram omne interesse damni emergentis creditori, quod ipse propter moram sensit, resarcire tenetur, ideoq; si forsan propter hoc, quod creditor nummos suo die non accepit, vel res quas ipse alij pignori dedit, distractæ sunt, vel ipse ad pœnam obligatus fuit, hoc omne debitor agnoscere tenetur, *Bart. l. 1. num. 18. C. de sent. quæ pro eo quod intere. arg. l. nummis. ff.*
40 *de in lit. jurand. l. liber homo. §. fin. ff. de verb. oblig.* Interesse lucri cessantis verò, quod inde creditor prætendit, quia propter moram debitoris non reddentis pecuniam mutuam, ipse lucro aliquo priuatus fuit, nulla ratio habetur, nisi creditor fuerit mercator solitus negotiari, & habuerit bonam mercantiam præ manibus à qua coactus fuit hanc ob causam desistere, *l. 3. §. fin. & ibi Bart. numer. 2. & Ias. num. 8. ff. de eo quod cert. loc. Bart. l. 1. num. 25. C. de sentent.*
41 *quæ pro eo quod inter.* Etsi hoc lucrum nisi cum alterius injuria percipi poterat, quale est illud, quod ex vsuris percipitur, illius etiam in mercatore ratio nulla habetur, *Bart.*
42 *d. l. 1. num. 23. C. de sentent. quæ pro eo quod inter.* Neq; etiam à debitore illud peti potest, quod ipse cum pecunia post

post moram lucratus fuit, *arg. l. Titium & Mauium. §. al-tero. & ibi Bart. ff. de negot. gest. l. si patruus. & ibi Bald. C. eod. tit.* Cum enim ad ipsum debitorem periculum negotiationis pertineat, eius quoq; commodum esse debet, *l. secundum naturam. & ibi Dec. ff. de reg. jur. Bart. l. quia poterat. ff. ad SC^m. Trebell.* Et cum hic contractus stricti juris sit, nunquam ex hoc debitor post moram ad vsuras tenetur, *l. 1. & ibi glos. Bart. & Bald. C. de condict. indeb. l. quoties. & ibi Bart. C. de condict. ob turp. caus. glos. l. lite. ff. de usur.* 43 Et hac actione conuentus consumpta re mutuo data, vel alio modo mutuo reconciliata, nullo modo excipere potest creditorem non fuisse dominum rei mutuo datae: sin autem res mutuo data extat, ita demum creditorem agentem hac exceptione repellere potest, si ipse probet dominium rei mutuo datae, alterius fuisse, alioquin verò non, *Bart. & Ias. l. nam et si fur. in prin. ff. si cert. petat.* 44 Porrò haec condictio absq; omni dubio contra eum competit, qui mutuam pecuniam suo nomine accepit, contra eum verò, qui mutuam pecuniam non suo sed alterius nomine accepit, haec actio nullo modo datur, si accipiens alterius nomine mutuam pecuniam nuncius sit, *glos. Bart. d. l. si pupilli. §. item si procuratori. ff. de negot. gest.* 45 Sin verò non sit nuncius, sed procurator, administrator, vel negotiorum gestor alterius, siquidem apparet, quid expressè inter contrahentes gestum est, hoc ipsum sequimur, & ex eo hae personae vel obligantur vel non obligantur: Quia contract^9 ex cōuentione legem accipiunt, *arg. l. contract. ff. de reg. jur.* Sin verò non constet, quid inter contrahentes actum sit, ex hoc mutuo alieno nomine celebrato procurator non obligatur, si expressè nómine domini, vel in negotium domini pecuniam mutuo accepit, *d. §. item si procurat.* idem

idem est in negotiorum gestore & administratore vel pupilli vel ecclesiæ vel etiam ciuitatis, si ipsi pecuniam mutuo acceptam conuerterunt in illorum vtilitatem, quorum nomine mutuum acceperunt, *l. post mortem. §. 1. & ibi Bart. ff. quand. ex fact. tutor. Bart. cons. 94. num. 4. lib. 1. Bald. d. §. item si procuratori.* Sin verò hæ personæ simpliciter acceperint mutuam pecuniam, neq; expressè dixerint, se hoc alieno nomine facere, licet hoc reuera alieno nomine faciant, hanc quoq; pecuniam in domini vtilitatem conuertant, ipsi tamen ex hoc mutuo obligantur, *arg. l. eum qui. C. si cert. petat. Bart. d §. item si procuratori. & in d.*
46 *l. post mortem. §. 1.* Vtrum autem is, qui non accepit mutuam pecuniam, condictione ex mutuo conueniri possit, dubitatur. Et ego dico eum cuius mandato quis mutuam pecuniam accepit indistinctè ex hoc contractu, vtili institoria actione conueniri posse, *l. si mutuam. C. de instit. action. l. si literas. C. Mand.* etiamsi hæc pecunia in vtilitatem eius versa non sit, *l. liberto. in prin. ff. de negot. gest.* vel etiam creditor huius mandati ignarus fuerit, *Bart. d. §. item si procuratori.* Si verò vel negotiorum gestor, vel etiam tutor, curator vel administrator ecclesiæ, illorum nomine quorum negotia gerunt vel administrant mutuum acceperint: ita demum hi quorum negotia geruntur ex contractu mutui obligantur, si ista pecunia mutuo accepta vel in vtilitatem horum conuersa sit, vel illi hunc contractum natum habeant, *l. ei qui. §. fin. C. quod cum eo, &c.* Tertius autem penitus extraneus, cum videlicet neque mandato neq; contemplatione, mutuo pecunia accepta est, licet ad ipsum pecunia mutuo accepta peruenerit, vt puta si ipsi vel donata vel rursus mutuo data vel extans pro re empta soluta fuerit, omnino huius mutui ratione

vel

el prætextu conueniri non poteſt, ſi res mutuo data ti-
ılo oneroſo,vt puta propter rem emptam vel conductam
d hunc tertium peruenerit, *l. eum cui. & ibi Bart. & Bald.*
de action. & obligat. Sin verò hæc pecunia mutuo acce-
:a ad tertium pervenerit titulo lucratiuo, puta donatio-
s, hæreditatis, legati vel ſimili, *l. 1. C. de imponend. lucrat.*
ſcript. lib. 10. Eodem modo hic tertius conueniri vel a-
io contra eum inſtitui nõ poteſt, ſi is qui mutuam pecu-
am accepit ſit ſoluendo, *l. eum qui. C. ſi cert. pet.* Sin autem
qui mutuam pecuniam accepit,non ſit ſoluendo in ſub-
ium creditor,contra eum ad quem mutua pecunia per-
nit,titulo lucratiuo agere poteſt, *Bart. & Iaſ. l. his ſolis.*
de condict. indeb, gloſ. Bart. & Iaſ. l. ſi & me & Titium. ff.
:rt. petat. gloſ. & Iaſ. l. ſi eum ſeruum. ff. eod. tit. Porrò ſi 47
ıui rem vel pecuniam mutuo dedit experiatur vnà cum
s creditoribus contra debitorem, licet & res mutuo
a extet, & debitor non ſit ſoluendo, tamen quo ad
ıc rem reliquis creditoribus potior non habetur, ſed
: res æqualiter omnibus creditoribus ſoluitur, *l. procu-*
ris. §. planè. ff. de tribut. action.

In §. Is quoq;.

SVMMARIA.

'rgumentum huius §. contractusq; indebiti definitio eiusq; decla-
ratio vsq; ad num. 11. excluſiuè.
lutio debiti, licet illud iudicis ſaltem officio debitum ſit, non condi-
ctionem ſed liberationem parit.
ntractus indebiti quando demum oriatur.
parte recipientis quando diſtinguatur, ſcienter an ignoranter in-
lebitum acceperit.
lebitum accipiens eatenus ex receptione illa obligatur, quatenus
ocupletior factus.

6. *Nec refert vtrum ex re ipsa an verò ex fructibus vel accessionibus locupletior existat.*
7. *Ratione verò illius quod quis sua industria vel facto suo ex re indebitè sibi soluta accepit, ex hoc contractu nullo modo obligatur.*
8. *Quid si sciens ex recepta hàc solutione vel promissione se obligatum, dolo malo fecerit, quo minus inde locupletior esset?*
9. *Quid si culpa lata vel leui?*
10. *Quando nec doli nec culpæ habeatur ratio.*
11. *Contractus indebiti quotupliciter ineatur, & quando re, item quando verbis contrahatur.*
12. *Quando literis.*
13. *Quando consensu.*
14. *Refutat auctor Minsing. opinionem autumantis hunc contractum non aliter nisi interueniente re iniri posse.*
15. *Vtrum ex omni solutione indebiti hæc obligatio & consequenter repetitio descendat.*
Auctor distinguendo hanc quæstionem latè explicat, ibid. & omnibus n seqq. & 19. & 20. vsq; ad fin.
16. *Exceptio fideiussori competens, ne ante principalem excussum conueniri possit, ordinem tantum respicit, obligationem & actionem non excludit.*
17. *Exceptio extrinseca quæ?*
18. *Et quæ intrinseca?*

§. Is quoq;.

1 IN hoc §. dicit Imperator eum quoq; cui indebitum per errorem solutum est, se obligari, perinde atq; ex mutuo: Ideoq; pupillum sine tutoris auctoritate ex hoc contractu non obligari. Et quia in hoc §. tractatur materia contractus, qui oritur ex indebiti solutione, annotandum est contractum indebiti soluti contractum stricti juris esse, in quo is, cui per errorem vel dubitationem indebitum solutum vel promissum est, soluenti vel promittenti obligatur ad id, quod ipse ex hoc indebito vel etiam fructibus aut accessionibus illius naturalibus, item etiam ciui-

libus

libus non ex industria vel opera sua, sed ex legis dispositi-
one perceptis locupletior effectus fuit, vel ipse sciens, dolo
malo vel culpa fecit, quo minus ex illo indebito locupleti-
or esset. Namq; hoc negotium quo quis indebitum solu-
tum recipit contractum quamuis impropriè dici, certi at-
que manifesti juris est, *vt hic. & §. item is cui. infra de obli-
gat. ex q. contract. l. ex maleficiis. §. is quoq;. ff. de action. &
obligat.* Similiter quoq; dubium non est, hunc contractum
stricti juris censeri, *glos. l. 1. ver. vsuras. & ibi Bart. & Bald.
C. de condict. indeb.* Neq; ex omni solutione hic contractus
oritur, sed requiritur, vt id, quod soluitur sit indebitum:
Namq; solutio debiti licet illud non jure obligatione, sed
judicis tantum officio debitum sit, *l. si non sortem. §. liber-
tus. & ibi & Ias. ff. de condict. indeb.* non condictionem sed
liberationem parit, *l. si fideiussor. & l. repetitio. ff. eod. tit.* 2
Et ita demum oritur hic contractus, si quis per errorem 3
aut dubitationem indebitum soluat, *l. fin. C. de condict. in-
deb.* vel etiam promittat, *l. is qui plus. ff. d. tit. l. 2. & 3. C.
eod.* Sin verò sciens atque prudens indebitum soluat vel
promittat, quia is donare videtur, *l. cuius per errorem. ff. de
reg. jur.* solutum vel promissum condicere non potest; *l. 1.
C. de condict. indeb. l. si is qui. & l. fideicommissum. ff. eod. tit.
l. 1. C. ad leg. Falcid.* Ex parte verò recipientis non di- 4
stinguitur, vtrum scienter vel ignoranter indebitum acce-
perit, nisi fortè dolo atq; blandis verbis soluentem persua-
serit, vt sibi indebitum soluat, tunc enim furtum commit-
titur à recipiente, nō autem ex indebiti solutione obliga-
tur, *Bart. l. quoniam. ff. de condict. furt.* Et is qui indebitum 5
accepit, ex hoc receptione non vltra obligatur, quàm ex
eo locupletior effectus fuit, *l. si non sortem. §. libertus. & ibi
Bart. num. 3. & Ias. num. 9. ff. de condict. indeb. Ias. l. quod in*
 indebi-

indebitum. ff. eod. tit. siue illud sit dominium siue possessio, *l. indebiti.* §. *sed etsi nummi. & ibi Bart. & Ias. ff. de condict. indeb.* Ideoq; si antequam sciat sibi indebitum solutum, rem indebitam vel perdat, vel si rem indebitè solutam vel etiam nomen debitoris, qui errore inductus indebitum promisit, vendat & nummos amittat, *Bald. & Ias. d. l. indebiti.* §. *sed etsi nummos. num. 7. ff. de condict. indeb.* vel rem quæ ipsi indebitè soluta est, prodigat vel in malos vsus cõsumat, dum re sua abuti se putabat, indebiti condictione non tenetur, *arg. l. sed etsi.* §. *consuluit. ff. de petit. heredit.* Idem est, si rem sibi indebitè solutam alteri donet vel di-
6 uinis vsibus applicet, *d. l. in summa.* §. *si seruum.* Cæterum non refert ad hoc vt indebiti condictione teneatur, vtrum ex re ipsa, an verò ex fructibus vel accessionibus naturalibus illius rei vel etiam ciuilibus ex legis dispositione perceptis locupletior existat. Igitur si fructus & partus ratione ex indebito soluti percepit, & si quid huic rei per alluuionem accreuit, vel si propter possessionem indebitè solutam dominium vsucepit vel præscribit, hoc nomine indebiti condictione conueniri potest, *l. indebiti. in prin. &* §. *sed etsi nummis. ff. de condict. indeb. glos. hic in verb. condi-*
7 *ctitia actio.* Illius verò ratione, quod ipse sua industria vel facto suo, ex re indebitè ipsi soluta percepit, nullo modo ex hoc contractu obligatur, *glos. hic in verb. condictitia, glos. d.* §. *sed etsi nummi.* Igitur si pecuniam mutuo acceptam fœnori dederit, & ex illa vsuras perceperit, vel si cum pecunia ipsi soluta negotiatus fuerit, & ex hoc lucrum adquisierit, huius nomine ex hoc contractu conueniri non potest, *glos. d. l. 1. vers. vsuras. C. de condict. indeb. facit. l. Titi-*
8 *um & Manium.* §. *altero. ff. de administ. tutor.* Vltimo quoq; cum pro possessore is habeatur, qui dolo fecit, quo minus

rem.

em aliquam possideret, *l. sin autem.* §. *sed & is. ff. de rei* *indic. c. pro possessore. & ibi Dyn. de reg. jur. lib. 6.* Si is cui ndebitum solutum vel promissum est, postquam cognoit se ex indebiti recepta solutione vel promissione obliatum, dolo malo fecit, quo minus ex hac solutione vel omissione locupletior esset, puta si nummos vel fruentum indebitè receptum prodegit, vel rem acceptam eri donauit, vel etiam nomen debitoris, titulo donatiis alteri cessit, perinde atq; si adhuc locupletior esset, ex c contractu obstrictus est, *d. l. in summa.* §. *si seruum. ff.* *condict. indeb.* Idem est si culpa sua lata vel leui fecerit 9
o minus ex hoc contractu locupletior esset, *Bald. l. quod ebitum. ff. de condict. indeb.* Cum enim hic contractus n vnius, sed vtriusq; gratia celebretur siue contrahatur, magis fauorem recipientis qàum soluentis respiciat, pse qui indebitam rem accepit, illa re vti eamq; in vsus conuertere possit, nec illius ratione vltra quam ex ea pletior effectus est, obligetur, dubium non est, ipsum quam certior effectus fuit indebitum vel solutum vel nissum non tantum de dolo, sed etiam de lata & leui a circa hanc rem commissa teneri, hoc enim in omni- contractibus vtriusq; gratia celebratis obseruari cerst, *l. si vt certo.* §. *nunc videndum ff. commod. l. contra- & ibi Dec. ff. de reg. jur. Bart. l. quod Nerua. ff. De pos. Bald. fortuitis. C. de pignor. action.* Cæterum antequam cer- 10
eddatur ipsum indebiti solutionem vel promissioccepisse, ideo de dolo atq; culpa circa hanc rem sovel promissam, commissis, non tenetur, quia is anistimat hanc rem suam esse, neq; se huius rei nomine ligatum esse, vnde succedit regula, quæ vult, neq; eq; culpæ rationem in istis rebus habendam quæ

vel nostræ sunt, vel quas justa causa ducti nostras citra vllum obligationis vinculum credimus, *l. etiam. §. licet. ff.*
11 *solut. matrim. l. sed & si. §. consuluit. ff. de petit. heredit.* Hic autem contractus indebiti quadruplex est, aliquando enim hic contractus contrahitur re, quando videlicet indebitum reuera soluitur vt hic; interdum contrahitur verbis, quando stipulatione interueniente quis indebitum promittit, *l. si non transactionis. C. de jur. & fact. ignor. l. 2.*
12 *C. de cond. indeb.* Nonnunquam contrahitur literis, vtputa, si quis scribat in chirographo, se pecuniam mutuo accepisse, quam non accepit, nam ipse in cuius fauorem hoc chirographum conscriptum est, condictione indebiti conueniri potest, vt eum qui indebitè obligatus est liberet,
13 *l. 3. C. de condict. indeb. l. si quasi. C. de non numer. pec.* Solet etiam hic contractus consensu iniri, si quis pacto nudo indebitum promittat, si enim hoc omni jure sit indebitum, ex hac promissione pacto nudo facta oritur naturalis obligatio, *l. jurisgentium. §. sed cum nulla. & ibi Ias. ff. de pact.* Sin verò sit saltem jure naturali debitum, ex hoc pacto oritur efficax obligatio ad agendum, *l. 1. §. debitum. ff. de constit. pecun. l. 2. C. eod. tit. Ias. l. lecta. ff. si cert. petat. idemq. in l. jurisgentium. §. quinimò. ff. de pact.* vtroq; tamen casu hæc obligatio tanquam indebita condici potest, *l. is*
14 *qui plus. ff. de condict. indeb.* Nec huic nostræ diuisioni refragatur, quod Imperator contractum hunc posuit sub tit. Quibus modis re contrah. obligatio: quodq; hic dicit, hunc contractum re celebrari, ideoq; videbatur dicendum, hunc contractum non aliter, nisi interueniente re iniri posse, *arg. l. cum prator. in prin. ff. de judic. sicut etiam hîc autumat Minsing. hoc enim facilimè refutari potest.* Namque & Imperat. simili modo, *in §. fin. infra h. t. nostro* dicit, pignoris

gnoris contractum re celebrari, & tamen certum est, pi-ius etiam consensu contrahi, *l. 1. in prin. & ibi Bart. ff. de nor. act. l. si tibi. §. de pignore. ff. de pact.* Nec rarum vel isitatum est vnum eundemq; contractum non vno, sed ribus modis iniri posse, sicut & donationem & dotem n re quàm consensu celebrari posse receptum est, *l. se-us. §. donatio. ff. de donat. caus. mort. l. si quis argentum. §. C. de donat. Bart. l. jurisgentium. in prin. ff. de pact.* Por-quia in §. nostrô principaliter tractatur de obligatione e descendit ex indebiti solutione, operæ pretium est estigare, vtrum ex omni solutione indebiti hæc obli-io & per consequens etiam repetitio descendat. In qua æstione ego ita breuiter distinguendum judico. Aut is it indebitum qui rerum suarum administrationem nō et, quiq; dominium rei suæ in alium transferre non est, vt est pupillus, furiosus & prodigus, & indistinctè atur repetitio, *l. interdum, & ibi Bart. Bald. & Ias. ff. de ict. indeb.* Aut is soluit indebitum qui rei suæ admi-ationem habet, & tunc, aut scienter aut ignoranter lubitanter. Primò casu aut hoc expressè actum est à nte vt ipsi concedatur huius rei repetitio, & permit-ei hanc rem repetere, *l. 2. in prin. ff. de condict. indeb. quod quis sciens. ff. eod. tit.* Aut hoc non est actum à nte, & tunc aut non ipse debitor, sed alius nomine oris, hoc indebitum scienter absq; speciali mandato de bonis debitoris putatiui, & ipsi debitori compe-petitio, *Bart. l. 1. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei, qui in pos. Bal. rubr. C. de constit. pecun.* aut ipse qui se profite-bitorem hoc debitum soluit, & tum aut potest capi niectura quam donationis, & conceditur repetitio, *i cum aurum. & ibi Bart. ff. de solut. l. eleganter. §. qui*

reprobos.

reprobos. & ibi Bart. ff. de condict. indeb. Ideoq; receptum est, si quis ex necessitate legis vel statuti indebitum scienter soluat, vel si sciens vsuras indebitè soluat, ne de sorte indebita quam se debere efficaciter putabat conueniatur, ipsum hoc solutum repetere posse, *c. debitores. extra de jurejur. l. si non sortem. §. si quis falsò. & ibi Bart. & Ias. ff. de condict. indeb. Bart. l. 1. §. & parui. in fin. ff. quod vi aut clam.* Aut non potest capi alia præsumptio quam donationis, & similiter conceditur repetitio in ijs casibus in quibus jus donationi resistit, vtputa, si illud ipsum quod indebitè solutum est, excedat summam 500. aureorum, & non fuerit insinuatum. Nam leges volunt donationem quæ excedit 500. aureos, si non sit insinuata, non valere, *l. sancimus. in prin. C. de donat. l. si quis pro redemptione. in fin. C. de donat.* Ideoq; cum hæc indebiti solutio scienter facta donationi æquiparetur, *d. l. cuius per errorem. ff. de reg. jur.* Simili modo si excedat 500. aureos, & non fuerit insinuata, vt donatio nulla censeri debet, & per consequens illius repetitio conceditur, *Bart. l. 1. num. 2. & 3. ff. de donat.* Idem est si alio modo jure refragante donatio impediatur, *arg. l. illud. in prin. ff. ad leg. Aquil. facit quod notat. Bart. l. si quis rem aliquam. in 2. col. ff. de adq. poss.* Aut jus non refragatur donationi & simili modo conceditur repetitio, si non ratione principalis obligationis, sed accessoriæ nullæ vel inefficacis, vt constituti vel similis, quis indebitum soluat, *Ias. l. 1. nu. 12. ff. de condict. indeb.* Aut soluit indebitum propter principalem obligationem, & aut obligatio quidem ab initio nulla vel inualida est, sed speratur illam ipsam ex euentu aliquo efficacem fore ad agendum, vtputa si quis obligatus sit alteri non purè sed sub conditione, quæ quidem obligatio ab initio inefficax est, sed spes est ipsam conditio-

conditione exiſtente efficacem fore, *arg. l. cedere diem. ff. de verb. ſignif.* eo caſu ſi pendente conditione ſcienter ſolvat indebitum ac conditio poſtea deficiat, hoc indebitum repetere permiſſum eſt, *gloſ. l. quod quis promiſit. ff. de condict. indeb. Iaſ. l. ſub conditione. ff. eod. tit.* aut non eſt, & obligatio ſimpliciter eſt inualida, nec ſpes eſt, illam validam futuram, tunc indebitum ſcienter ſolutum condici non poteſt, *l. 1. ff. de condict. indeb.* niſi forſan ſoluens fuerit homo ſimplex, & ad ſoluendum inductus ſit perſuaſionibus aduerſarij, tunc enim etiam à ſciente indebitum ſolutum repeti poteſt, *Bald. l. 1. C. Ne fil. pro patr. Iaſ. l. error. num. 20. C. de jur. & fact. ignor.* Secundo caſu principali, quando videlicet indebitum ab errante ſolutum eſt, rurſus diſtinguendum eſt, aut quis ſoluit indebitum, aut ſolvit plus debito: Primo caſu aut illud eſt omni jure tam ciuili quàm naturali indebitum & quocumq; errore ſiue juris ſiue facti, ſiue juſto, ſiue iniuſto ſolutum repeti & cōdici poteſt, *l. ſed etſi me putem. in prin. ff. de condict. indeb. gloſ. Bart. Bald. & Iaſ. l. cum quis. C. de jur. & fact. ignor. gloſ. & Dd. l. 1. ff. de condict. indeb.* exceptis tamen caſibus qui recenſentur per *gloſ. Bart. & Iaſ. in l. eleganter. §. fin. ff. d. tit. gloſ. l. 1. C. eod.* Aut eſt indebitum jure naturali ſed debitum jure ciuili tantum, & ſimiliter hoc debitum quocumq; errore ſolutum condici poteſt, *l. ſi non ſortem. §. indebitum. & §. adeo. ff. de condict. indeb. gloſ. & Dd. d. l. cum quis. gloſ. l. cuius per errorem. ff. de reg. jur.* Aut eſt indebitum jure ciuili, ſed jure naturali debitum, & eo caſu, aut eſt debitum eo jure naturali, quod ex mero inſtinctu juris naturæ deſcendit, quale eſt illud vt benefacienti benefaciamus, & hoc indebitum quocumq; errore ſolutum repeti poteſt, *gloſ. l. ſed etſi. §. conſuluit. ff. de petit. hæredit.* niſi

G forſan

forsan illud ipsum per quod hæc antidoralis obligatio cõtracta fuit, vel etiam tantundem in eodem genere soluatur, hoc enim quocumq; errore solutum repeti non potest, si tamen errore juris, non facti hoc antidorale debitum solutum fuerit, *Bald. rubr. nu.12. C. Depos. l. si testamento. §. fin. & ibi. Bart. ff. de fideius. Bart. l. ex hoc jure. ff. de just. & jur. Ias. l. 1. num. 12. ff. de condict. indeb. idemq; in l. si non sortem. §. libertus. ff. eod. tit.* Aut est debitum jure naturali secundario, siue etiam jure gentium, quale est illud, vt pacta seruemus: & tunc aut illa naturalis obligatio est penitus inefficax, quia videlicet omnes illius effectus per ciuile remedium superueniens sublati fuerunt, & hoc indebitum quocumq; errore tàm juris quàm facti solutum, repeti potest, *arg. l. fin. § fin. & ibi Bart. ff. Rem rat. haber. Bald. d. l. cum quis. num. 10.* Aut naturalis illa obligatio est efficax: & tunc, siue illa naturalis obligatio semper fuit sola, siue semel ciuili obligationi coniuncta, quæ ex post facto sublata fuit, vtrum hoc indebitum solutum repeti possit, distinguitur: aut est solutum tale indebitum errore juris aut errore facti, primo casu illius indebiti soluti condictio denegatur, secundo verò casu conceditur, *d. l. cum quis. l. frater à fratre. l. Iulianus. ff. de condict. indeb.* Aut verò illud quod soluitur est omni jure tàm ciuili quàm naturali debitum, sed soluens se aliqua exceptione tueri poterat: & tunc aut illa exceptio solutionis tempore non competierat, sed soluens facere poterat, vt sibi ista exceptio competeret; vt ecce, si quis propter moram suam in pœnam incidit, ipse quidem tàm naturali quàm ciuili jure ad pœnam obligatus est, nec se vlla exceptione defendere potest: Si tamen simus in illis casibus, in quibus moræ purgatio admittitur, potest reus intra tempora purgationis

moræ,

ræ, moram purgando contra hanc actionem excepti-
m adquirere, hoc casu, si ipse intra tempora quæ pur-
oni moræ concessa sunt, debitum soluat, hoc repete-
on potest, *l. qui ob rem. & ibi Bart. ff. de condict. indeb.*
exceptio tempore solutionis soluenti competebat, &
aut exceptio non tendit ad excludendam obligatio-
vel actionem, sed tantum respicit ordinem atq; pro-
m judicij, siue facultatem conueniendi, qualis est ex- 16
o quæ competit fideiussori, ne ipse ante principalem
sum conueniri possit, &c. & tutus hac exceptione
im condicere non potest, *glos. Bart. Bald. & Ias. d. l.*
uis. aut exceptio tendit ad excludendam ipsam acti-
siue obligationem: & tunc aut illa est exceptio ex-
ca, aut intrinseca, primo casu, quando est exceptio
seca (extrinsecam autem voco eam, quæ non ex ipsa 17
tione, sed aliunde oritur, qualis est exceptio com-
ionis) & tunc aut illa exceptio ipso jure tollit obli-
em, & tutus hac exceptione solutum cōdicere po-
l. qui inuicem. ff. de condict. indeb. aut non tollit ipso
ligationem, & tunc aut soluens pateretur damnum
cedatur ipsi soluti repetitio: vtputa si hoc debi-
ius ratione ipse exceptionem compensationis obij-
tuit, sit debitum naturale tantum, pro quo ipse nul-
ionem habet: & tunc permissum est debitum, con-
s petitionem se quis exceptione tueri poterat, so-
er errorem condicere, *Bart. d. l. qui inuicem.* Aut
a pateretur propter hoc damnum aliquod, & tu-
xceptione debitum solutum repetere non potest,
uicem. Secundo casu, quando quis est tutus ex- 18
intrinseca, id est, quæ ex natura obligationis, &
ì cum ipsa obligatione oritur, tunc similiter solu-

 tum

tum per errorem, ab eo qui hac exceptione tutus est, repeti non potest, si hæc exceptio sit temporalis & non perpetua, *l. quod nomine. & ibi Bart. & Ias. ff. de condict. indeb.* Sin autem hæc exceptio sit perpetua, & tunc, aut hæc exceptio est fauorabilis, qualis est exceptio SenatusConsulti Velleiani, & tutus hac exceptione quocumq; errore solutum repetere potest, *l. qui in except. in prin. & ibi Bart. & Ias. ff. de condict. indeb.* aut exceptio odiosa, & tunc aut illa exceptio est introducta ex æquitate naturali, vt est exceptio doli & exceptio quod metus causa, & tutus hac exceptione debitum, quocumq; errore solutum condicere potest, *Bart. l. 2. C. quod met. caus. Ias. d. l. qui except. & d. l. cum quis. col. fin.* Aut est introducta contra naturalem æquitatem, & tunc aut hæc exceptio est geminata, vtputa, si filiusfamilias qui mutuum acceperat in judicio conuentus actori exceptionem Macedoniani opposuerit, & ideo à judice sit absolutus; hoc enim casu, quia & Macedoniani & rei judicatæ exceptionem habet, quocumq; errore solutum repetere potest, *Paul. de Castr. & Ias. d. l. qui exceptionem. in prin.* aut est exceptio simplex, non geminata, & solutum per errorem facti repeti potest, *arg. l. fin. ff. ad SC^m. Maced.* per errorem verò juris non item, *d. l. qui exceptionem. in prin. & ibi Bart. & Ias. glos. & Dd. d. l. cum quis. glos. d. l. cu-*
19 *ius per errorem.* Secundò verò casu principali, quando quis soluit plus debito, & tunc aut soluit plus debito, & tunc aut soluit plus re, aut tempore aut causa, Primo casu, aut soluens plus debito, cum illo pluri soluit etiam illam ipsam rem debitam, & tunc aut soluit plus in substantia, & tantum illud ipsum, quod plus soluit, condicit, *arg. l. pen. C. de condict. indeb. l. si non sortem. §. pen. ff. de condict. indeb.* Aut soluit plus qualitate, & totam rem solutam incerti

certi condictione repetere poteſt, *l. ſed etſi me putem. l. fin. & ibi gloſ. Bart. & Iaſ. ff. de condict. indeb. l. qui exceptionem. §. ſi pars. & ibi Bart. ff. eod. tit.* Aut ille qui plus reſoluit, non ſoluit cum iſto pluri rem debitam, ſed pro re debita aliam ſoluit, tunc, ſiquidem pro debito fuerit ſoluta ſpecies tota, illa ſpecies ratione pluri ſoluti repetitur, ſin verò fuerit prò debito ſolutum illud, quod in genere ſuo functionem recipit, tunc non tota res ſoluta, ſed tantum illud, quod plus eſt debito repetitur. Secundo caſu, quando ſoluitur plus tempore, & tunc, aut illud quod ante tempus ſoluitur, debetur in diem omnino certum, & quocumq; errore ante tempus ſolutum condici non poteſt, *l. in diem. & ibi Dd. ff. de condict. inde.* Si tamen per errorem facti hæc ſolutio facta fuit, ipſi permittitur hoc condicere, quo creditor ex hoc quod ipſe ante tempus debitum ſuum recepit, locupletior effectus fuit, *gloſ. Bald. & Iaſ. ibi col. pen. d. l. cum quis. Iaſ. in d. l. in diem.* Aut ſolutum ante diem debebatur in diem incertum, & tunc aut ille dies erat incertus, quando, ſed non erat incertus an veniret, & idem vt in præcedenti membro, *l. nam etſi cum moriar. & l. ſeq. ff. de condict. indeb.* Aut ille dies erat incertus an & quando, & quocumq; errore ante diem ſolutum repeti poteſt, *l. ſub conditione. & ibi Bart. Bald. & Iaſ. ff. de condict. indeb. l. qui promiſit. ff. eod. tit.* Tertiò caſu quando quis plus ſoluit cauſa, tunc aut ſoluens erat debitor alternatiuus, puta debebat Stichum aut Pamphilum, & credens ſe Stichum tantum debere, hunc ſoluit creditori, cum repetere non poteſt, licet plus cauſa ſoluerit, *l. ſi is cui. ff. de legat.* Aut erat debitor generis, puta debebat hominem in genere, & credens ſe debere Stichum in ſpecie tantum, cum errore facti ſoluit, ipſum condictione repetere poteſt, *l. cum is §.*

20 *is. §. fin. & ibi Bart. & Ias. ff. de condict. indeb.* Tertio casu principali, quando videlicet dubitatur, vtrum quis scienter an ignoranter indebitum soluerit, & tunc aut agimus de errore facti, & præsumimus aliquem ignoranter indebitum soluisse, *l. sed et si me putem. in prin. & ibi Bart. & Ias. ff. de condict. indeb. l. si post. & ibi Ias. num. 3. de jur. & fact. ignor. Bart. l. non fatetur. num. 10. ff. de confes.* Aut agimus de errore juris, & præsumimus solutionem à sciente factam, *arg. l. hæres ab eo §. fin. ff. ad SC. Trebell. Bart. l. sed et si, §. scire. ff. de petit. heredit.* nisi vel qualitas facti vel personarum contrarium suadeat, *Bart. d. l. non fatetur. num. 12.* Et his omnibus casibus in quibus indebiti condictionem competere diximus, hæc condictio locum habet, etiamsi quis expresse condictioni indebiti renunciasset, *Bart. & Ias. l. fin. §. idem quæsiit. ff. de condict. indeb.* Is quoq; qui tantum retentione se juuare potest, si hanc rem quam vel pro sumptibus in ipsam rem factis vel ob alias causas enumeratas, *à Bart. & Bald. in l. pen. C. commod. Bart. & Ias. in l. si non sortem. §. si centum. ff. de condict. indeb.* retinere potest, ei, contra quem se tueri potuit, tradat, illam condicere regulariter non potest, *l. si in area. & ibi Bald. & Ias. ff. de condict. indeb. l. ex quibus. ff. eod. tit.* excepto tamen casu, *l. qui exceptionem. §. si pars. & ibi Bart. & Ias. ff. de cond. indeb.*

In §. item is cui.

SVMMARIA.

1. *Commodati definitio eiusq; declaratio vsq; ad num. 34. exclus.*
2. *Commodatum quibus rebus contrahatur, item in re aliena quomodo & quando subsistat.*
3. *In commodato quo casu dominium in commodatarium transferatur, & tamen commodati contractus celebrari intelligatur.*

4. *De*

4. *De jure Saxon. & dominium & possessio rei commodatæ in commodatarium transit.*
5. *Modò res mobilis sit vel sese mouens.*
6. *Limitatur vlterius juris Saxonici dispositio.*
7. *Commodatum à precario qui discernatur.*
8. *Commodatum gratuitum esse debet.*
9. *Et res ad certum atq; determinatum vsum certo tempore explicandum concedi.*
10. *De certo tempore vel tacitè conuentum esse sufficit.*
11. *Commodatarius alio modo re commodata vtens quàm ei vtenda data est, vsus rei furtum committit, eiusq; reus agi potest, fallit. Ibid.*
12. *Et quatenus de jure Saxonico.*
13. *Commodatum ante tempus rei vtendæ præfixum, nec tacitè nec expressè repeti potest.*
Ibid. Natura precarij quæ.
14. *Quibus casibus commodatum ante vsum finitum reuocari possit.*
15. *Tempore vsui commodatæ rei tacitè vel expressè præscripto, elapso, res commodata statim repeti potest, etiamsi commodatarius casu impeditus eâ vti non potuerit.*
16. *Imò hoc tempore elapso commodatarius ipso jure in mora constituitur, absq; vlla interpellatione, fallit, ibid.*
17. *In commodato finito vsu res eadem restituenda, nisi conuentum fuerit vt vel rem commodatam vel eius æstimationem commodatarius restituat.*
18. *Res in commodato deterior vel corrupta reddita, pro non restituta intelligitur.*
19. *Commodatarius quando præter dolum & culpam etiam exactissimam diligentiam præstet vel non.*
20. *Quando de lata & leui culpa tantum.*
21. *Et quando de dolo tantùm.*
22. *Commodatarius in dubio quid præstet.*
23. *Custodiam quando, itemq; casum fortuitum quando præstet vel non præstet, & n. seqq. & n. 22.*
24. *Et quando de casu fortuito obligetur, si rem æstimatam commodato acceperit.*

25. Peri-

25. *Periculum casus fortuiti ad commodatarium pertinet de jure Saxonico. Quod tamen declaratur. Ibid.*
27. *Quod juris in re commodata est, idem erit in sequelis & accessoriis.*
28. *Vtrum commodatarius commodati teneatur, si incendio vel alio fortuito casu exorto, res proprias cum commodato datis in pari periculo constitutas, eripiat, commodato datis quas simul eripere non potuit, in incendio relictis.*
29. *Res commodata si intercidat dum commodatarius illam domino remittat, cuius periculo pereat. Deciditur prolixè.*
30. *Commodans ad quid teneatur.*
31. *Substantialia commodati quæ.*
32. *Naturalia quæ.*
33. *Accidentalia quæ.*
34. *Solennia quæ.*
35. *Commodato qui dare, quiq; accipere possint.*
36. *Contrahere non valentes si commodatum accipiant, qui quomodo & quatenus obligentur.*
37. *Ex commodato quæ oriantur actiones, & cui, & aduersus quem & propter quod illæ competant.*
38. *Commodatarius quibus casibus non actionem tantum, verùm etiam exceptionem compensationis habeat, si contra eum commodans experiatur.*
39. *Ex quibus contractibus actio duplicis generis directa & contraria oriatur.*
40. *Et ex quibus ex vtraq; parte vnica tantum directa.*
41. *Mora in hâc actione contracta, intra modicum tempus quo casu purgari possit.*
42. *Mora non purgata quatenus & quando commodatarium ad vsuras rei commodatæ obliget.*
43. *Commodatarius ad quod interesse post moram judicis officio soluendum obligetur, si quidem pecunia fuerit commodata.*
44. *Et ad quod si alia res commodato data sit pro commu. contra Carol. Molin. & alios.*
45. *Obligatio illa, quâ commodatarius rem commodatam restituere tenetur præcisa est, nec in eius locum succedit obligatio ad interesse, nisi quibusdam casibus. Ibid.*

46. Com-

46. *Commodatarius quos fructus ex re commodata perceptos restituat.*
47. *Quodq; lucrum commodumúe? vbi notatur falsa opinio Molinei.*
48. *Obligatio contraria quâ commodatario commodans obligatur, commodante defuncto, inter hæredes illius qualiter diuidatur.*
49. *Et quid sit, quo ad directam actionem qua commodanti commodatarius obligatur.*

TRactat in hoc §. Imperator commodati materiam. Est 1
autem commodatum nihil aliud, quàm contractus nominatus, bonæ fidei, re celebratus, in quo contractu is, cui res certa non translato neq; dominio neq; possessione gratuito ad certum vsum, certo atq; determinato tempore explicandum conceditur, obligatur, elapso tempore eandem rem restituere, habita ratione non tantum doli & culpæ, sed & diligentiæ exactissimæ, atq; è conuerso commodator obligatur commodatario de dolo & lata culpa tantum. Certi namq; & indubitati juris est commodatum esse et nominatum, *l. jurisgentium. in prin. ff. de pact.* & bonæ fidei contractum, §. *actionum. instit. de action.* neq; hunc contractum alio modo quàm re interueniente iniri posse vt hîc: Requiritur quoque vt res quæ alteri vtenda datur certa sit: namq; incertitudo rei, sicut reliquos omnes cõtractus ita & commodatum quoq; vitiat, *l. ita stipulatus. & ibi Bart. & Ias. ff. de verb. obligat.* nisi forsan ex aliquo euentu res commodata certa efficiatur, *arg. l. si merces. in prin. ff. locat. §. pretium. instit. de empt. vendit.* Cæterum 2
si res sit certa, nihil refert, vtrum res mobilis, an verò soli, an sese mouens; item vtrũ corporalis, an incorporalis sit, vt sunt seruitutes tàm reales, quàm personales. His enim omnibus rebus commodati contractum celebrari posse receptum est, *l. 1. §. 1. & ibi glos. Bart. & Bald. ff. commod. l. fin. ff. eod. tit. l. qui jumenta. ff. de furt.* exceptis tamen ijs

 rebus

rebus quæ vsu consumuntur, vt est pecunia, frumentum & similes: quia illæ non nisi ad pompam vel ostentationem alteri conceduntur, commodari nequeunt, *l. 3. §. fin. cum l. seq. ff. commod.* Illud quoq; non refert, vtrum res vtenda data, nostra sit vel aliena, nam vtroq; casu commodatum subsistit, *l. commodare. cum l. seq. ff. commod.* nisi illa res sit propria illius qui commodatum accepit, tunc enim commodati contractus vitiatur, *arg. l. neq; pignus. & ibi Dec. ff. de reg. jur. Bart. & Alex. l. si rem alienam. ff. solut. matrim.* nisi forsan quis rem commodatarij ipsi commodato dederit, respectu possessionis quam commodans habet, tunc enim commodatum valet, *arg. l. si rem aliquam. & ibi*
3 *Bart. ff. de adquir. possess. Dec. d. l. neq; pignus.* In commodato quoq; neq; dominium neq; possessio rei commodatæ in accipientem transfertur, *l. rei commodatæ. ff. commod. l. 1. ff. de precar.* Imò, si dominium rei commodatæ in commodatarium transfertur, non commodatum sed contractus innominatus initur, *Bart. & Ias. l. 2. in prin ff. si cert. petat. arg. l. si tibi area. ff. de præscript. verb.* nisi fortassis pecunia ad pompam commodata commodatario annumerata sit, tunc enim dominium quidem illius pecuniæ in commodatarium propter annumerationem transfertur, *glos. & Bart. l. eius qui. §. quas verò. & ibi Ias. nu. 6. ff. si cert. petat. Ias. l. si ego. nu. 7. ff. eod. tit. Ias. l. si procuratori. num. 10. ff. de condict. ob caus.* Et tamen nihilominus commodati contractus celebrari intelligitur, *arg. l. in naue Saupheij. ff. locat. l. die sponsaliorum. ff. depositi. glos. l. si depositi. C. eod. tit.*
4 Et hoc quidem secundum legitimas sanctiones verum est, jus verò Saxonicum aliter disponit. Nam juxta quod jure Saxonico cautum est, non tantum dominium, sed & possessio rei commodatæ in commodatarium transit, ideoq; si is

ſi is qui commodatum accepit, alteri hanc rem vel ven-
dat vel donet, commodans contra emptorem vel dona-
tarium nullam in rem actionem habet, ſed contra com-
modatarium perſonali ſolummodo actione experiri po-
teſt, *Art. 60.* Landtr. *lib. 2.* Cum tamen ille textus de re- 5
bus mobilibus vel ſeſe mouentibus commodato datis tan-
tum loquatur, illius textus diſpoſitio ad res immobiles,
item ad jura commodata extendi non debet, *gloſ. Auth.
quas actiones. & ibi Iaſ. C. de SS. Eccleſ. Iaſ. l. ſi conſtante. in
prin. 9. quæſt. 2. quæſt. prin. ff. ſolut. matrim.* Secundò diſ- 6
poſitionem juris Saxonici limitandam credo, ſi is qui cõ-
modatum accepit, alteri hanc rem titulo lucratiuo con-
ceſſerit, & ſit non ſoluendo, tunc enim commodans con-
tra hunc donatarium, in quantum ex hac re locupletior
effectus eſt, experiri poteſt, *l. ſi eum ſeruum. & ibi gloſ. Bart.
& Iaſ. ff. ſi cert. petat. gloſ. & Bart. & Iaſ. l. his ſolis. ff. de
condict. indeb.* Et per hoc quod diximus poſſeſſionem rei 7
commodatæ in commodatarium non transferri, commo-
datum à precario diſcernitur, in quo poſſeſſio ſaltem na-
turalis in accipientem transfertur, *l. & habet. § cum qui, &
ibi. gloſ. & Bart. ff. de precar.* Commodatum quoq; non 8
aliter ſubſiſtere, neq; alia ratione nomen ſuum tueri po-
teſt, niſi ſit gratuitum: ſi enim pro pretio alteri rem meam
vtendam concedo, locatio & conductio celebratur, *vt hic
in fin.* Sin verò pro re alia, ex hoc negotio contractus in-
nominatus oritur, *l. ſi tibi rem inſpiciendam. §. 1. ff. de præ-
ſcript. verb.* Simili modo neceſſarium eſt ad hoc, vt com- 9
modatum contractum dici poſſit, vt alicui res ad certum
atq; determinatum vſum, certo tempore explicandum
concedatur, *arg. l. in commodato §. ſicut. ff. commod. gloſ.
& Bart. l. 1. ff. de precar. Spec. §. 2. num. 2. commod.* Namq;

siue res aliqua ad incertum vsum concedatur, siue vsus sit certus, sed non tempore certo conclusus non commodatum, sed precarium contractum dicitur, *l. Lucius. ff. de donat. Bart. l. Aquilius. ff. eod. tit. glos. & Bart. l. in commodato. § sicut. ff. commod. Bart. & Bald. l. 2. C. eod. tit. Ias. d. l. 2. in prin. ff. si cert. petat. Ang. §. sequens. num. 7. & ibi Ias. n. 20.*
10 *instit. de action.* Verùm æquè commodatum subsistit, siue expressè siue tacitè de certo tempore conuentum sit, *Abb. c. fin. extra de precar. Nicol. Euerh. in sua topic. in loco à com-*
11 *mod. ad precar.* Neq; potest commodatarius cui res aliqua ad certum vsum concessa est, alio modo hac re vti, quàm ei vtenda data est, alioquin ille non quidem rei commodatæ, sed vsus eius furtum committit, *l. qui iumenta. & ibi glos. & Bart. ff. de furt. l. qui furtum. & ibi glos. & Bart. ff. de condict. furt. glos. Art. 5. Landtr. lib. 3.* eoq; nomine furti reus agi potest, *l. qui re commodat. in prin. ff. de furt. l. si vt certo. §. planè. & §. seq. ff. commod.* nisi vel iusta atq; probabili ratione ductus statuerit, se non inuito domino hanc rem ad vsum alium transferre, *§. placuit. instit. de obligat. quæ ex delict. nasc.* vel nisi dominium rei commodatæ in commodatarium translatum sit, quia nemo rei suæ furtum committit, *Bart. l. quoniam. ff. de condict. furt. Ias. l. si ego. numer. 7. ff. si cert. petat. Ias. d. l. eum qui. vers. quasi verò. num. 7. ff. eod. tit. l. 1. ff. de furt. §. furtum. instit.*
12 *infra de obligat. quæ ex delict. nasc.* Ideoq; cum de iure Saxonico, dominium rei commodatæ in commodatarium transeat, eodem iure cautum est, commodatarium circa rem commodatam furtum non committere, *glos. Art. 22. Landtr. lib. 3.* quod tamen glos. dicit, ita intelligendum esse, ne propter hoc furtum laqueo commodatarius puniri possit, cæterum ipsum propter hoc furtum infamem fieri.

Commo-

Commodatum quoq; repeti non poteſt, ante tempus ta- 13
citè vel expreſſè rei vtendæ præfixum, *l. in commodato. §. ſicut. ff. commod. l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ff. eod. tit. l. de reſtituendis. & ibi Bald. C. eod. tit. c. 1. & ibi Abb. extra d. tit.* Imò ſi contrarium conuentum fuerit, hic contractus in precarium transformatur, *Abb. d. c. 1. num. 10. extra commod. Nicol. Euerhard. in ſua Topic. in loc. à commod. ad precar.* Cuius natura eſt, vt ſemper & quandocumq; concedenti precarium placet, illud reuocari poſſit, *l. 2. ff. de precar.* Cæterum quibusdam caſibus commodatum ante vſum fi-
nitum reuocari poſſe credo. Primò, ſi commodatarius 14
promiſerit cõmodanti, ſe ipſum velle dare pignora vel fideiuſſores pro commodato, & illa pignora vel fideiuſſores commodanti non dederit; tunc enim commodans ſtatim commodatum reuocare poteſt, eo, quia commodatarius pacta in commodato conuenta non implet, *arg. l. cum proponas. la. 2. & ibi Iaſon. C. de pact. c. peruenit. extra de iureiur. l. fin. C. de reuocand. donat. facit. l. ſi merces. §. inter locatorem. ff. locat. l. ædem. C. eod. tit.* Secundò, commodatum ante tempus vſui deſtinatum elapſum reuocari poteſt, ſi commodatarius re commodata abutatur, ſicut in ſimili propter abuſum quis priuatur priuilegio, *c. priuilegium 1. q. 3. gloſ. c. ſuggeſtum. extra, de decim.* Emphiteuſi. *Auth. §. qui rem. & ibi Iaſ. C. de SS. Eccleſ.* ſeudo. *c. 1. §. quicumq. & ibi Bald. & Matth. de Afflict. de pac. tenend. Bart. Bald. & Iaſ. l. diuortio. §. ſi fundum. ff. ſolut. matrim. Matth. de Afflict. c. 1. §. item ſi quis feudum. num. 41. quib. mod feud amit.* & directo dominio, quod quis tanquam dominus in feudo habuit, *Bald. c. 1. qualit. domin. propr. feud. priuet.* item & re locata, ante tempus locationis elapſum, *l. ædem. & ibi Bart. & Bald. C. locat. c. propter ſterilitatem. & ibi Abb. extra eod. tit.*

tit. Tertiò, commodatum ante tempus elapſum reuocari poteſt, ſi ex cauſa noua emergenti ipſe commodans re cõmodata opus habeat, nec ea ſine maximo ſuo detrimento facilè carere poſſit, *arg. d. l. adem. & d. c. propter ſterilitatem. & ibi Abb. num. 9. facit. l. quod Seruius. & ibi Iaſ. nu. 8. ff. de condict. ob cauſ. l. præſes. & ibi Bald. C. de ſeruit. & aq. Bart. l. maritum. ff. ſolut. matrim.* Quartò ſi commodatarius poſt commodatum contractum efficiatur ſuſpectus, vt veriſimile ſit, ipſum rem commodatam perditurum vel conſumpturum: tunc enim ipſe etiam ante tempus elapſum conueniri poteſt, vt commodanti pignora vel fideiuſſores det, de re commodata finito vſu reſtituenda, quod ſi nõ fecerit, ab eo commodatum ſtatim repeti poteſt, *arg. eius quod notat. gloſ. & Bart. l. quæſitum. in fin. ff. de pig. Bart. Bald. & Iaſ. l. pecun. ff. ſi cert. pet. Iaſ. l. vinum. ff. eod. tit. idemq́; Iaſ. §. ſupereſt. n. 77. inſt. de action. & in §. ſed hæc quidem. n. 10. inſt. eod. tit. facit. l. cum quis. in prin. ff. de ſolut. & d. l. quod Seruius.* Idem iuris ſtatuendum iudico, ſi commodatarius quidem tempore cõtractus celebrati ſuſpectus fuerit, ſed hæc ſuſpicio latuerit commodatarium, *arg. c. vt circa. & c. nulli. de election. lib. 6. facit. quod notat. Abb. c. præſentium, extra, de teſtib. Abb. c. paſtoralis. extra, de except.* Quintò, credo cõmodatum propter quamcumq; cauſam ſuperuenientẽ de nouo, vel etiam nouiter emergentem, propter quam ipſe cõmodans de re commodata periclitari poſſit, atq; ſi eam ſciuiſſet vel de ea cogitaſſet, ipſe hanc rem ad iſtum vſum non commodaſſet: vt puta ſi dedi tibi equum commodato, vt cum illo in prædium vel villam tuam proficiſcaris & antequam proficiſceris, illa via per quam tibi eundum, redditur infeſta hoſtibus vel latronibus, ita vt timor ſit, ſi cum illo meo equo proficiſcaris, hoſtes vel latrones tibi

illum

illum equum ablaturos,quod periculum si mihi cognitum
fuisset, tempore celebrati contractus, ego tibi meum e-
quum non commodassem, igitur hoc casu mihi permitti-
tur statim hunc equum commodatum reuocare, *arg. d. l.
quod Seruius. & ibi Ias. facit. l. tale pactum. §. fin. & ibi Ias. ff.
de pact.* Sextò, cum commodans commodatario donet v-
sum rei commodatæ, *Bart. l. 1. §. 1. ff. commod.* ego credo
commodatum ante tempus finitum siue vsum completum
reuocari posse ex omnibus causis ex quibus donatio legi-
timè perfecta retractatur, quæ recensentur *in l. fin. C. de
reuocand. donat. c. fin. extra, eod. tit. glos. & Ang. §. perficiun-
tur. supra de donat.* Tempore autem illo elapso, quod ta- 15
citè vel expressè vsui rei commodatæ præscriptum est, sta-
tim res commodata repeti potest, *d. § sicut. Art. 22.* Lande
recht *lib. 3.* etiamsi commodatarius morbo vel alio casu
impeditus, re commodata vti non potuit, *Bart. d. §. sicut.
Abb. d. c. 1. num. 7. extra, commod.* Imò hoc tempore ela- 16
pso, siue illud expressum, siue tacitum sit, commodatarius
ipso jure absq; interpellatione aliqua, in mora constitui-
tur, *arg. l. magnam. ibi Bald. C. de contrah. & commit. stip. l.
si insulam. ff. de verb. oblig. Bart. l. ita stipulatus. num. 40. ff.
eod. tit. Ias. l. si ex legati causa. num. 12. & in l. quoties in di-
em. num. 5. ff. d. tit.* nisi forsan commodatarius tempore
elapso propter impensas in rem commodatā factas, ipsam
retineat, hoc enim ei facere permissum est, *l. in rebus. § pos-
sunt. ff. commod. l. si is qui rem commodatam. ff. de furt. Bart. d.
l. si non sortem. §. si centum. ff. de condict. indeb.* Ipsam quo- 17
que rem quam quis vtendam accepit finito vsu, non verò
aliam commodatarius restituere compellitur, vt hic & *l.
2. in prin. ff. si cert. petat. Ang. declar. in sua summ. verb. com-
modatum. in fin.* Et si inter commodatarium & commo-
dantem

dantem conuenerit, vt ipse non eandem rem sed aliam restituat, non commodatum sed innominatus contractus celebratur, *Bart. & Ias. d. l. 2. in prin. ff. si cert. petat.* nisi forsan inter contrahentes conuenerit, vt commodatarius vel rem commodatam vel æstimationem eius restituat, tunc enim nihilominus ex hoc negotio commodati contractus descendit, *Bart l. si vt certo.* §. *nunc videndum. ff.*
18 *commod. Specul.* §. *1. de commodat.* Et ipsam rem quis incorruptam neq; deteriorem factam restituere debet, alioquin perinde atq; si rem commodatam non reddidisset, commodati conueniri potest, *l. 3.* §. *si reddita. & ibi Bart.*
19 *ff. commod.* Commodatarius quoq; non tantum dolum & culpam, sed etiam exactissimam diligentiam & custodiam in mandato præstare debet, si commodatum sit solius commodatarij gratia celebratum, vt hîc, *& d.* §. *nunc videndum. & l. ex maleficiis.* §. *is quoq. ff. de action. & obligat.* nisi quis vltro non rogatus commodatum dederit, *l. si vt certo.* §. *interdum. & ibi Bart. ff. commod. August. hîc Ang.* §. *sequens. nu. 7. & ibi Ias. infra de action.* vel nisi commodans permiserit commodatario vti re commodata suo arbitrio, his enim casibus commodatarius tantum dolum & latam culpam in commodato præstare obligatur, *Bart. l. 1. num. 5. ff. de solut.* Idem est si pacto vel statuto contrarium cautum sit, ne videlicet commodatarius de leuissima vel leui culpa teneatur; quod quidem pactum & statutum valet, *l. contractus. ff. de reg. jur. junct. glos. rubr. C. de decret. decurion. lib. 10.* excepto eo, quod pacto vel statuto introduci non potest, ne commodatarius dolum in commodato præstet. *l. in commodato. in prin. ff. commod. l. si vnus.* §. *illud.*
20 *& ibi Ias. ff. de pact.* Sin verò commodati contractus non tantum commodatarij, sed etiam commodantis vtilita-

tem

tem respiciat, commodatarius tantùm de lata & leui, non autem de leuissima culpa tenetur, *l. in rebus. in prin. ff. commod. glos. hic in verb. exactam. Bart. l. quod Nerua. num. 12. ff. depos. Abb. d. c. 1. nu. 11. extra commod.* Sin verò commodatum solius commodantis vtilitatem respiciat, commodatarius tantum de dolo tenetur, *d. §. interdum. glos. hic in verb. exactam. Ang. de Clauis. in sua summ. verb. commodatum.* In dubio tamen commodatum solius commodatarij fauore & ad preces commodatarij celebratum intelligitur, ideoq; in dubio leuissimam culpam præstare obligatus est, *Bart. d. §. interdum. Ang. hic.* Custodiam quoq; rei commodatæ commodatarius præstare tenetur, *Vt hic. vers. at is qui.* nisi forsan homo non inuitus commodatus fuerit, *d. §. nunc videndum. vers. custodiam*, vel nisi commodans ab initio rei commodatæ custodem apposuerit, quibus casibus commodatarius à custodia liberatur, *d. l. si vt certo. §. si me rogauerit. & ibi glos. Bart & Bald.* Casum verò fortuitum commodatarius præstare non tenetur, si ipse re commodata non aliter vsus fuit, quàm eam vtendũ accepit, *vt hic. & l. eum qui. in prin. ff. commod. l. fin. ff. eod. tit. c. 1. extra, d. t.* Ideoq;, si is qui equum cōmodato accepit, hunc equum inter equitandũ vel calcaribus punxerit vel flagello percusserit, quia hoc facere jura permittunt, ideoq; hoc faciendo ab omni culpa immunis est. Igitur si ille equus ex hisce ictibus interierit, ipse commodati non obligatur: secus est si hunc equum baculo vel scipione percusserit, *Bart. l. 1. C. de curs. publ. lib. 12.* Simili modo si quis equum commodatum ex pascuis acceperit, & ipse postea finito tempore ad quod istum equum vtendum accepit vel etiam antea ipse hunc equum in illa pascua reduxit, ibiq; absq; custode dimisit, non admonito domino equi, & ille equus

21 22 23

I

equus vel à latronibus ablatus fuerit, vel à lupo aut alia fera interemptus, ipse huius nomine domino equi non obligatur, si is eo tempore, quo commodatarius hunc equũ ad ista pascua reduxit, ibi alios equos pascendi gratia absque custode habuerit, *Ioan. Andr, in addit. ad Specul.* §. *postquam. n. 12. locat.* Hoc tamen ita demum verum est, nisi commodatarius pacto in se suscipiat casum fortuitum, *l. 1. & ibi Bald. C. commod.* vel nisi hoc consuetudo introducat, aut statutum caueat, *arg. glos. Rubr. C. de decret. decurion.* vel si culpa casum, qui aliter non euenisset, *arg. l. fin.* §. *1. ff. ad leg. Rhod. de iact. præcedat. l. si vt certò.* §. *num videndum. vers. sed interdum. & ibi Bart. ff. commod.* Igitur si is, qui equum commodato accepit, proficiscens cum isto equo forte inciderit in amicos suos cum alijs armis digladiantes, & ipse huic rixæ se immisceat, & ita ille equus in isto prelio siue rixa interficiatur, ipse commodanti, huius equi nomine obligatur, licet ille ipse commodans, qui in hac rixa parti aduersæ casu aderat, hunc equum non studio interfecisset, eò, quia commodatarius fuit in culpa, quod se alienæ rixæ cum equo commodato immiscuit, *Ioan. Andr. in addit. ad Spec. Rubr. de commod.* Simili modo cõmodatarius de casu tenetur, si is casus euenit, postquam ipse fuit in mora restituendi rem commodatam, *c. 1. extra commod. facit. l. quod te. & ibi Dd. ff. si cert. petat. l. apud Iulianum.* §. *ipsius rei. ff. de legat. 1.* nisi forsan illa res eodem modo apud commodantem interitura fuisset, *arg. l. si plures.* § *fin. ff. depos. l. cum res.* §. *fin. ff. de legat. 1.*
34 Itidem commodatarius de casu fortuito obligatur, si ipse rem æstimatam commodato accepit, *d. l. si vt certo.* §. *commodatum.* Quod tamen ita demum verum est, si commodatum solius commodatarij vtilitatem contineat: secus verò est, si vel vtrius-

usq;

usq; vel ſolius commodantis gratia initum fuerit, *Bart. d. l.*
ſi vt certo. §. *nunc videndum.* Similiter commodatarius in 25
omnibus caſibus, in quibus dominium rei commodatæ in
ipſum tranſit, caſum fortuitum præſtare obſtrictus eſt, *arg.*
l. pignus. C. de pignor. action. Bald. l. incendium. C. ſi cert. pet.
Itaq; cum ſecundum quod jure Saxonico cautum eſt, do-
minium rei commodatæ in commodatarium tranſeat, cer-
ti atq; manifeſti juris eſt, in omnibus locis, in quibus juris
Saxonici ſanctio viget, omne periculum etiam caſus for-
tuiti ad commodatarium pertinere, *gloſ. art. 5. col. 4. in prin.*
Landr. *lib. 3.* Quod tamen eo demum caſu procedit, quo
commodatum ſolius commodatarij vtilitatem continet:
Sin verò vel vtriusq; vel ſolius cõmodantis gratia celebra-
tum fuit, periculum caſus fortuiti nõ ad commodatarium,
ſed ad commodantem pertinet, *arg. l. Titius. & ibi Iaſ. ff. de*
præſcript. verb. Vltimo, commodatarius tenetur de caſu 26
fortuito, ſi ipſe furtum rei commodatæ commiſit, vtputa,
ſi rem commodatam vendidit & tradidit, licet eam poſtea
recuperauit, *arg. l. 1.* §. *ſi rem depoſitam. ff. depoſ.* Sin verò ipſe
tantum vſus rei furtum commiſit, quia videlicet ipſe re
commodata aliter vſus fuit, quàm eam vtendam acce-
pit, furti actione conuentus caſus fortuiti rationem red-
dere debet: commodati verò conuentus non item, *d. l. qui*
furtum. Et hæc quæ diximus commodatarium in com- 27
modato præſtare debere, ea, ipſe non tantum in re prin-
cipaliter commodata, ſed etiam in acceſſoriis vel ſeque-
lis præſtare debet, *l. ſi vt certo.* §. *vsq; adeo. ff. commo-*
dat. Iuxta hoc quæritur, ſi incendio vel alio fortuito 28
caſu orto, res propriæ commodatarij, & res ei commo-
datæ fuerint, in æquali periculo conſtitutæ, & commoda-
tarius, cum vtraſque res ſimul ex incendio eripere non

I 2 potuit,

potuit, suas eripuit, commodatas reliquit, vtrum commodati teneatur? In qua quæstione ego dico, si commodatum tantum commodatarij vtilitatem respiciat, commodatarium commodati teneri, si suas res viliores vel eiusdẽ pretij rebus commodatis prætulit. *Ang. de Clauis. in sua summ. in verb. commodatum.* Sin verò suas res pretiosiores rebus commodatis prætulit, commodati non tenetur, *glos. l. si vt certo. §. nunc videndum. §. quod verò senectute. verb. Saluas. ff. commod.* Sin verò commodatum vtriusq; vtilitatem respiciat, ita demum commodati conueniri potest, si suas res viliores commodatis rebus prætulit: secus est, si suas res pretiosiores vel eiusdem pretij rebus commodatis prætulit, *Ang. in sua sum. verb. commodatum:* Sin autem commodatum solius commodantis fauorem contineat, nunquam tenetur commodatarius eo nomine, quod res suas rebus commodatis prætulit, *Ang. de Clauis. in d. sua summ. verb. commodatum:* Quæ sententia mihi verissima videtur, quia hoc casu commodatarius tantum de dolo tenetur, à quo, qualibet causa etiam non vsq; adeò justa excusat, *glos. & Ias. l. 1. §. fin. ff. si quis jus dic. non obtemper.*

29 Secundò quæritur, cuius periculo pereat res commodata, si ea intercidat, dum commodatarius eam domino remittit: In qua quæstione ego concludo, aut ille, per quem remittitur cōmodatum, est nuncius vel procurator commodantis, aut est nuncius commodatarij: Primo casu aut ille nuncius habet speciale mandatum à domino vt ipse repetat & referat commodatum domino, & commodatarius indistinctè perempta re commodata postquam eam nuncio reddit, liberatur, *l. eum qui. §. fin. & ibi Bart. & Bald. ff. commod. Abb. c. significante. num. 8. extra de pignor.* Aut ille nuncius nullum habet mandatum à domino de exigendo

exigendo & referendo commodatum,ſed tantum mandatũ habet,vt cõmodatarium admoneat de reddendo domino rem cõmodatam,& de hoc liquido conſtat, tunc commodatarius non liberatur tradendo huic rem commodatam, *l. ſi mei cauſa.* §. *1. ff. commod. Bald. l. ſi is cui. C. de furt.* ſed hoc caſu diſtinguendum eſt prout infra de commodatarij nuncio dicimus. Sin verò dubium ſit, vtrum ille nuncius à domino habeat mandatum de referendo ipſi commodatum,an verò non: tunc ſiquidem illum nuncium quĩ aſſerit ſe habere mandatum à domino ad repetendum & referendum commodatum, dominus ſolebat mittere ad repetendas res ſibi debitas,commodatarius cedendo actiones ſuas domino,contra hunc nuncium cui rem commodatam reſtituit, indiſtinctè liberatur, *Bart. & Bald. d.l. eum qui.* §. *fin. facit. quod notat Bart. in l. ſi procuratori. n. 14. & 15. ff. de condict. cauſ. dat. idemq́ Bart. l. ſi finita.* §. *ſi iam ruerint. ff. de damn. infect.* Quamuis, in commodatario ad quem periculum caſus fortuiti ſpectat, contrarium decidat *Iaſ. in l. 1. in prin. num. 21. ff. de eo per quem fact. fuit. & in d. l. ſi procuratori. num. 10.* ſed minus rectè, *arg l. ſi quis ſervo. & l. fugitiuus. ff. de ſolut.* Sin autem dominus non fuit ſolitus iſtum nuncium huius rei gratia mittere,& commodatarius huic committendo rem commodatam non liberatur, *arg. l. ſi hominem.* §. *ſi nullo. ff. de ſolut.* niſi ſicut proximè dicemus. Secundo caſu quando res commodata remittitur per nuncium ipſius commodatarij, commodatarius re commodata perempta, antequam ea domino reddatur indiſtinctè non liberatur in ijs caſibus, in quibus periculum caſus fortuiti ad commodatarium ſpectat, *arg. c. ſignificante. & ibi Abb. num. 8. extra de pignorib. Bart. d. l. ſi procuratori. num. 13. & ibi Iaſ. num. 10. Abb. c. 1. nu. 8. extra*

commod. Iaſ. d. l. 1. in prin. n. 21. ff. de eo per quem fact. fuit. In ijs verò caſibus, in quib. periculum caſus fortuiti ad dominũ ſpectat commodatarius indiſtinctè, re cōmodata perempta liberatur, ſi non culpa neq; propter culpam nuncij, ſed caſu fortuito res commodata perierit, *arg. §. noſtri. & l. in reb. in prin. ff. commod.* Quod vſq; adeo verum eſt, vt procedat, licet commodatarius fuerit in culpa, vel committendò hanc rem nuncio, quam ipſe referre debebat, vel eligendo nuncium non idoneum, quę æque peritura fuiſſet, ſi vel ille ipſe retuliſſet rem commodatam, vel eam nuncio idoneo commiſiſſet, *arg. l. fin. §. 1. ff. ad leg. Rhod. de iact. l. & in totum. ff. de impenſ. in rem dot. fact.* Sin verò illa res periit culpa nũcij, &tunc aut inter cōmodantem & cōmodatarium actum eſt, vt ipſe commodatarius hanc rem cōmodanti referret, nō autem eam alij committeret, & re commodata perempta indiſtincte tenetur eius æſtimationē domino præſtare, *arg. l. ſi procur. §. ſi tutores. ff. Mand.* Idem eſt ſi inter contrahentes conuentũ fuerit, vt cōmodatarius per certum nuncium rem commodatam remitteret, *Bald. d. l. ſi u cui.* niſi forſan commodatarius ex juſta atq; probabili cauſa, ſuperuenienti vel poſtea emergenti hanc rem vel nuncio vel alteri q̃ de quo conuentum eſt, committat, quem ſi dominus ſciuiſſet ipſi hoc facilime permiſiſſet: tunc enim cōmodatarius, non aliter tenetur re commodata perempta, q̃ ipſe obligaretur ſi hoc pactum cōmodato adiectum nō fuiſſet, *arg. l. ſi hominē. ff. Mand.* Aut inter contrahentes nihil actũ fuit, per quem res commodata remitti deberet, & tunc aut commodatarius fuit in culpa eligendi malum vel infidum nuncium, & re cōmodata perempta tenetur, *d. l. cum qui. §. fin. & ibi Bart. & Bald.* Aut ei nulla culpa imputari poteſt circa nuncij electionem, & perempta re cōmodata, commodatarius

datarius liberatur, *l. argentum. & ibi Bart. & Bald. ff. commod.* Et hoc quo ad commodatarium; Commodans verò si cõmodatum solius commodatarij vtilitate factum fuerit, solummodo de dolo tenetur, *l. si seruus communis. §. circa commodatum. ff. de furt. l. in reb. §. item qui sciens. ff. commod. Bart. l. quod Nerua. 12. q. ff. depos.* Sin verò vtriusq; fauorẽ respiciat, etiam de leui culpa obligatus est, *arg. d. §. nunc videndum.* Si verò solius cõmodantis gratia interuenerit, etiam de leuissima culpa commodatarius obligatur, *arg. d. §. nunc videndum. verb. commod.* Ideoq; si aliquis sciens atq; prudens equum qui solebat aquas pertransiens in aquis decumbere atq; sese inibi volutare, alteri cui iter necessario per aquam faciendum erat cõmodato dederit, neq; hunc de hoc vitio admonuerit, & ita factũ sit, vt dum ipse cum hoc equo flumen transiret, equus sese solito more aquis im̃ergens ipse vel in vestibus vel alio modo damnum acceperit, commodans hoc damnum commodatario resarcire compellitur, *d. §. item qui sciens.* Substantialia commodati, primo, vt res 31
commodata reuera cõmodatario tractatur: Secundo, ne dominium rei commodatę in commodatarium transferatur: Tertio vt sit gratuitum: Quarto, vt res cõmodata cõcedatur cõmodatario vtenda ad certum vsum certo tempore limitatum; Quinto, ne ante vsum præscriptum reuocetur: Sexto, vt eadem res restituatur. Naturalia commodati sunt, vt commodatum detur solius accipientis gratia, vt commodatarius teneatur de culpa leuissima, item & de custodia, itemque, vt ipse impensas cibariorum in equum vel aliam rem commodatam factas semper, & alias impensas, ita demum si modicæ sint, agnoscat, *arg. d. l. in reb. §. possunt. ff. commod.* item vt ipse in ijs quæ sequuntur rem commodatam, eandem quam in commodato diligenti-

diligentiam præſtet, *l. ſi vt certo.* §. *vſq; adeo. ff. commod.*
33 Accidentalia commodati ſunt, ſi pactum fuerit, vt ipſe
commodatarius rem commodatam referat commodanti,
34 vt per certum nuncium remittat. Solennia contractus
commodati ſunt, ne pupillus commodatum accipiat abſ-
que tutoris auctoritate, *arg. l. obligari. in prin. ff. de auctor.*
35 *tutor.* Commodatum autem tàm dare quàm accipere
poſſunt, qui libere contraherè, & de rebus ſuis diſponere
36 poſſunt, *Ang. de Clauis. in ſua ſumm. verb. commodatum.* Illi
verò, qui contrahere non poſſunt, ſi commodatum acci-
piant, ſiquidem ſunt tales, qui ex contractu nec naturali-
ter nec ciuiliter obligātur, quales ſunt infantes, nullo mo-
do commodati obligantur vel conueniuntur: ſin verò ſunt
tales, qui ex aliis contractibus naturaliter tantum obli-
gantur, vt eſt pupillus maior infantia, ex commodato ea-
tenus, quatenus ex illo locupletior effectus fuit, vel dolo
malo fecit quo minus locupletior eſſet, efficaciter obliga-
tur & vtili commodati actione conueniri poteſt, *l. 1.* §. *fin.*
37 *cum duab. ll. ſeq. & ibi gloſ. Bart. & Bald. ff. commod.* Ex
commodato deſcendit duplex actio, vna directa, qua com-
modans contra commodatarium experitur: alia contra-
ria, qua commodatarius contra commodantem agit, *l. in
commodato.* §. *contraria. & ibi Bart. ff. commod.* eò, quia ipſe
ſciens atq; prudens rem vitioſam commodato dedit, *d. l.
in commodato.* §. *ſicuti. d. l. in rebus.* §. *item qui ſciens. l. pen.
ff. eod. tit.* vel rem commodatam ante tempus mihi abſtu-
lit, vel vſum rei commodatæ impediuit, *d. l. ſi vt certo.* §.
idemq; ait. d. §. *ſicut.* vel ſi ei fuit condemnatus in æſtima-
tionem rei commodatæ, eò, quia non habui facultatem rei
reſtituendæ, & illa res poſtea peruenerit ad commodan-
tem: nam contra eum aegre poſſum, vt vel rem commoda-
tam

tam vel æstimationem eius mihi reddat, *l. in commodato.* §.
fi. ff. commod. l. rem quæ mihi. in prin. ff. eod. tit. item pro-
pter sumptus vel impensas non modicas hæc actio datur,
d. §. possunt. Et his omnibus casibus commodatarius non 38
tantum actionem habet, sed etiamsi commodans, con-
tra eum experiatur, ipse compensationis exceptionem illi
obijcere potest, *d. l. in rebus. §. fin.* Iuxta quod aduer- 39
tendum, ex omnibus contractibus, in quibus nomen con-
tractus, ex vtraq; parte vnum & idem est, sed contrahen-
tium nomen variatur, vt est in commodato deposito, man-
dato, pignore, dote, actionem duplicis generis, contrari-
am nempe & directam oriri. Ex ijs verò contractibus, 40
vbi nomen & contrahentium & contractus ex vtraq; par-
te vnum & idem est, vt est in societate, vel tàm contractus,
quàm contrahentium nomen ex vtraque parte variatur,
vt est in emptione, venditione, locatione, conductione,
ex vtraque parte vna tantum actio directa nempe oritur,
glos. l. consensu. ff. de action. & obligat. Bart. d. §. contraria.
In hac actione, si mora contracta fuerit intra modicum 41
tempus, si aduersarij non intersit, purgari potest, *arg. l. si
quis ita promiserit. §. Scia. ff. de verbor. obligation. l. & si per
tres. ff. si quis caution. Bart. & Dd. l. si insulam. ff. de ver-
bor. obligation.* Mora autem non purgata, si quantitas 42
mutuo data fuerit, etiamsi illa quantitas non annumera-
ta, sed in sacculo signato concessa sit, commodatarius ad
vsuras rei commodatæ præstandas obligatur, *arg. l. in bo-
næ fidei. C. de vsur. l. Mora. §. in bonæ fidei. ff. eod. tit. l. 2. C.
depos. l. Lucius. ff. eod. tit. Carol. Molin. in tract. de com-
merc. num. 626. & num. 513.* Alia verò re commodata,
commodatarius post moram ad vsuras non tenetur, *l. in fi-
deicommissi. §. fin. ff. de vsur.* Similiter commodatarius sicut 43

& quilibet alius ex contractu obligatus post moram ad intereſſe officio judicis ſoluendum obligatur: Et ſi quidem pecunia fuerit commodata, omne intereſſe intrinſecum illius pecuniæ commodatarius indiſtinctè cōmodanti poſt moram ſoluere cogitur: Ideoq; ſi pecunia bonitate eius eadem remanente, valor pecuniæ commodatæ poſt moram minuatur, hoc commodatarius commodanti reſarcire tenetur, *Bald. l. vinum. in fin. ff. ſi cert. pet. Bart. Alex. & Dec. l. cum quid. ff. ſi cert. petat. Bart. l. Paul. ff. de ſolut. Socin. conſ. 6. lib. 1.* Intereſſe quoque extrinſecum, ſi illud in damno emergenti conſiſtat, is qui pecuniam commodato accepit, commodanti reſtituere debet, *arg. l. nummis. & ibi Bart. & Iaſon. ff. de in lit. jurand. l. liber homo. §. fin. ff. de verbor. obligation.* Lucri verò ceſſantis intereſſe nulla ratio habetur, niſi & illud intereſſe abſq; alterius injuria percipi poſſit, *arg. l. ſi is cui commodata. §. 1. ff. de furt. Bart. l. 1. nu. 23. C. de ſentent. quæ pro eo quod inter.* & qui tale intereſſe petit, ſit mercator, negotiari ſolitus, *l. 3. §. fin. & ibi Bart. & Iaſ. ff. de eo quod cert. loc. Bart. d. l. 1. n. 25. C. de ſentent. quæ pro eo quod inter. Alex. conſ. 191. n. 2. lib. 2. & conſ. 141. lib. 5.* & ſi hoc lucrum certiſſimè percepiſſet, ſi ipſi pecunia ſua die reddita fuiſſet, *arg. l. fin. ff. de peric. & commod. rei vend.*

44 Alia verò re quam pecunia commodata non extrinſecum, ſed intrinſecum intereſſe tantum poſt moram à cōmodatario peti poteſt, niſi vel res interierit, vel mora purgata fuerit, tunc enim æſtimatio plurimi vltra tempus interitus, & moræ purgatæ non creſcit, *l. in hac. ff de tritic. action. l. illud. ff. de peric. & commod. rei vend. §. ſed & ſi alia. ff. de conſtit. pecun. Bart. d. §. in hoc. Bart. d. l. vinum. col. 2. facit gloſ. not. l. diuortio. §. ob donationes. ff. ſolut. matr.* Ideoq; hoc totum quanti res commodata à tempore moræ vſq; ad tempus ſententiæ,

tiæ,& postea etiam, vsq; donec sententia executioni man-
detur,detracto tamen tempore quod datur judicatis, *l. in*
fideicommissi. in prin. ff. de vsur. l. 3. C. de vsur. rei judic. vn-
quam plurimi fuit commodatarius commodanti vna cum
re commodata restituere tenetur, *arg. l. vinum. & ibi Bart.*
Bald. Alex. Ias. Dec. ff. si cert. petat. l. ratio. §. fin. ff. de
act. empt. l. fin. ff. de tritic. act. l. 3. §. in hac. & ibi Bart. &
Bald. ff. commod. facit quod notat Carol. Molin *in tract. de*
Commerc. num. 499. & Zas. l. si filius. §. cum fundum. ff. de
verbor. obligat. Cæterum, si propter hoc quod commoda-
tarius tempore constituto mihi non restituit equum com-
modatum,ego non potui accedere illum locum, quem ac-
cedere certo tempore sub pœna certa promisi, vel in quo
mihi certa negotia expedienda erant, & ita factum fuerit
vt propter hoc quod mihi equus sua die redditus non fuit,
vel in pœnã incidi,vel in negotiis meis damnum sensi, hoc
damnum, quia interesse extrinsecum dicitur,commodata-
rius mihi resarcire non tenetur, *Bart. d. l. 1. n. 8. C. de sentent.*
quæ pro eo quod interest. Idemq; Bart. l. Iulianus. in prin. ff. de
act. empt. Ias. l. nummis. nu. 4. ff. de in lit. jur. quæ sententia
& communis est & vera, *arg. l. si sterilis. §. cum per vendito-*
rem. ff. de action. empt. licet contrarium,sed minus rectè te-
neat, *Zas. in d. §. cum fundum. Carol. Molin. in tract. de com-*
merc. num. 31. & 512. Cagnol. Rubr. & l. 1. C. de sentent. quæ
pro eo quod inter. vbi refert etiam Bartolome. Socin. hanc
sententiam amplecti. Porrò sciendum, hanc obligationẽ 45
qua commodatarius rem commodatam restituere tenetur
præcisam esse,neq; in ea succedere obligationem ad inter-
esse, *arg. l. qui restituere. ff. de rei vind. Bart. l. stipulationes*
non diuiduntur. in prin. num. 33. ff. de verbor. obligat. nisi
vel res commodata perierit, *l. in re furtiua. ff. de condict. furt.*

 vel

vel non compareat, *arg. l. si constante. §. si vxor. & ibi Bart. num. 5. & Alex. ff. solut. matrim. l. cum res. vers. itaq;. vers. item si res. ff. de legat. 1.* vel si non facilè sit illius rei copiam nancisci, *Alex. d. l. stipulationes non diuiduntur. nu. 24. arg. l. naturalem. in prin. ff. de adquir. possess.* Ideoq;, si commodatarius habeat copiam rei commodatæ restituendæ, & condemnato manu militari hæc res aufertur, si verò dolo hanc rem possidere desierit, quanti commodans in litem jurauerit, ipsi soluere cogitur: Sin verò culpa possidere desierit, hanc rem, commodanti interesse præstare com-
46 pellitur, *arg. d. l. qui restituere.* Et hoc quo ad interesse, fructus verò omnes quos commodatarius ex re commodata non tantum post moram, sed etiam ante moram extra illum vsum, ad quam ipsi res commodata est, percepit, commodanti restituere debet, *arg. l. indebiti. in prin. & ibi Bart. & Ias. ff. de condict. indeb. l. qui se debere. §. fin. ff. de condict. caus. dat. l. cum quis. ff. eod. tit. l. videamus. la. 2. ff. de vsur. facit. l. quamuis. C. in quib. caus. pig. tacit. contrah. Bart. Alex. & Ias. l. diuortio. §. ob donationes. ff. solut. matrim. text. l. pro socio. §. si tecum. ff. pro soc.* & expressè tenet Loriot, *in l. cum fundus. in prin. ff. si cert. petat.* Fructus verò perceptos ex re cōmodata respectu vsus, ad quem ipsi res commodata concessa est, commodatarius restituere omnino non tenetur, nisi illos perceperit post elapsum tempus, quod vsui rei commodatæ præscriptum erat, quia ante tēpus perceptos commodans, commodanti donasse intelligitur, *Bart. l. 1. §. 1. ff. commodat.* Exempli gratia, ego do alicui commodato fundum meum, in quo sunt plurimæ arbores fructiferæ ad certum tempus, annum nempe, vt ipse in isto fundo frumentum serere atq; deinceps metere possit, certè omne frumentum, quod ipse ex isto fundo intra

tra annum percepit, apud commodatarium remanet, poma verò & alios fructus ex arboribus perceptos, quia illos fructus percepit extra illum vsum ad quem fundum commodato accepit: Namq; tantum ad ferendum frumentum hic fundus ipsi commodato datus est: Ideoq; hos fructus, etiam ante moram perceptos, mihi restituere debet. Cæterum si commodatarius post annum elapsum hunc fundum frumento conseuit, omnes fruges post annum ex hoc fundo perceptos mihi reddere obstrictus est, eo, quia hosce fructus post moram accepit ex re mea, *arg. l. qui scit. in prin. ff. de vsur.* Neq; verò commodatarius tantum fru- 47
ctus, sed etiam omne lucrum omneq; commodum, quod extra vsum rei commodatæ præscriptum, ex re commodata percepit, commodanti restituere tenetur. Igitur si quis equum commodato acceptum alteri locauerit, & ex eo mercedem acceperit, vel si cum pecunia commodata negotiatus fuit, & ex hoc maximum lucrum adquisiuit, hoc totum commodanti refundere debet, *l. si is qui. §. 1. & ibi glos. Bart. & Bald. ff. commod. Bald. l. 1. num. 12. C. pro socio. Dec. l. certi condictio. §. fin. num. 3. ff. si cert. petat.* Quæ sententia verissima est: licet contrarium sentiat Carol. Molin. *in tract. de Commerciis. n. 628.* cuius opinio omninò falsa est, exceptis tamen casibus, in quibus periculum casus fortuiti ad commodatarium spectat absq; culpa vel delicto illius; in istis enim lucrum, quod ipse ex re commodata percepit commodanti reddere non cogitur, *arg. d. l. si is qui. §. 1. & ibi glos. l. si vnus. §. pen. ff. pro soc. & Alex. l. quia poterat. ff. ad SC^tm. Trebell.* Vltimo sciendum est, ob- 48
ligationem contrariam qua commodans obligatur commodatario, commodante defuncto inter heredes illius proportione hereditaria ipso jure diuidi, *arg. l. 1. C. si cert.*

49 *pet. l. pro hæreditariis. C. de hared. & act. vend.* Quo verò ad directam actionem, qua commodatarius obligatur commodanti, certi atque indubitati juris est, hanc actionem, & quo ad obligationem & solutionem, inter hæredes commodatarij diuidi, si ipsi propter dolum, culpam vel moram defuncti conueniantur, *arg. l. in depositi. ff. depos. Ias. d. l. stipulationes non diuiduntur. in prin. ff. de verbor. obligat.* Si verò ad ipsam rem commodatam restituendam conueniantur, si quidem pecunia vel alia quantitas fuerit commodata, obligatio, actio & solutio inter omnes heredes pro hereditaria portione ipso jure & omnimodo diuiditur, *l. 1. §. si pecunia. ff. depos.* Sin verò alia res fuerit commodata, & illa sit indiuisibilis, quales sunt seruitutes, *l. 1. §. vsusfructus. ff. ad leg. Falcid. l. pro parte. ff. de seruit.* quilibet heredum commodatarij in solidum conueniri & exigi potest, *arg. l. 2. §. ex his. ff. de verbor. oblig. Zas. d. l. stipulationes non diuiduntur, in prin. num. 25.* Si verò res commodata sit diuisibilis, obligatio quidem & actio inter heredes commodatarij pro portione hereditaria diuiditur, *l. 3. §. heres. ff. commod. l. si plures. ff. de vi & vi armat.* sed heres non liberatur nisi integram rem commodatam restituat, *arg. l. 1. §. si duo. ff. depos. l. si duo. ff. eod. tit. Bart. d. l. stipulationes non diuiduntur. num. 33. & ibi Alex. num. 13. Bart. l. eadem. §. Cato. num. 1. & 6. & ibi Iason num. 18. & 19. & Alex. num. 16.* nisi forsan vnus heredum in solidum possideat rem commodatam, tunc enim ipse in solidum conueniri & exigi potest, *d. §. heres. Zas. d. l. stipulationes non diuiduntur. in prin. num. 25. Bart. & Ias. d. §. Cato.*

In §. præ-

In §. praterea.

SVMMARIA.

1. *Depositi descriptio eiusq; explicatio vsq; ad n. 24.*
2. *Depositum quibus rebus consistat & quatenus in re propria.*
3. *Dominium rei deposita, quo casu in depositarium transeat.*
4. *Possessio rei deposita quibus casibus ad sequestrum transeat.*
5. *Quibus priuilegiis fruatur is qui ante depositionem apud sequestrum factam, possessionem rei sequestratæ habuit.*
6. *Ex deposito non gratuito quando & quibus casibus nihilominus depositi obligatio oriatur.*
7. *Quis ad rei alicuius custodiam obligatus, depositi teneatur.*
8. *Depositum non subsistit, nisi custodia rei depositario committatur.*
9. *In dubio res tradita, custodiæ causa tradita præsumitur, & sic depositi contractus celebratus.*
10. *In deposito res quoq; tacitè vel expressè recipienda est.*
 Inde infertur. Ibid.
11. *Tacens quando contradicenti æquiparetur.*
12. *Nautæ, caupones, stabularij, depositi quomodo obligentur.*
13. *In deposito cui, & quæ res restituenda.*
14. *Et quando, si quidem solius deponentis vtilitatem depositum contineat.*
15. *Et quid si depositum vel vtriusq; vel solius depositarij gratia vel fauore factum fuerit.*
16. *Depositarius, vnà cum re etiam fructus fructuumq; fructus ex re deposita etiam ante moram perceptos deponēti reddere tenetur.*
17. *Imò & omne emolumentum quod ex re deposita percepit.*
 Restringitur tamen hoc ad certos casus. Ibid.
18. *Depositarius ad quid teneatur, si depositum solius deponentis gratia sit factum.*
 Nautæ, caupones, stabularij quando tantum de dolo & lata culpa teneantur. Ibid.
19. *Depositarius ad quid teneatur si vtriusq; gratia hic contractus celebratus fuerit.*
20. *Itemq; si depositarius suæ tantum vtilitatis causa rem custodiendam receperit.*

Depo-

21. *Depositarius quibus casibus casum fortuitum præstare teneatur.*
22. *In accessoriis depositi depositarius quid præstet.*
23. *Deponens depositario ad quid vicissim obligetur.*
24. *Depositi etymon, & vis præpositionis* D E.
25. *Depositi prima diuisio: & quando in simplum, & quando in duplum depositarius conueniri possit.*
26. *Depositi secunda diuisio: & quod dicatur depositum regulare.*
27. *Quodq; irregulare: vbi notatur falsum Cardin. paris. responsum.*
28. *Depositi tertia diuisio in depositum propriè sic dictum & sequestrum.*
29. *Sequestrationis subdiuisio: ibidemq; voluntaria quam actionem producat.*
30. *Necessaria quomodo fiat, & quam illa actionem pariat.*
31. *Substantialia depositi quæ?*
32. *Naturalia quæ?*
33. *Ex deposito quotuplex actio oriatur, quæq; directa dicatur & quæ contraria.*
34. *Depositi sex peculiaria priuilegia.*
35. *Quæ etiam irregulari deposito concessa esse auctor probat multis contra Bart.*
36. *Actio depositi quæ & quando his priuilegiis vtatur.*
37. *Exceptio compensationis quibus etiam casibus depositi agenti obijci possit.*
38. *Deponens apud hospitem vel alium, cistam pecunia vel aliis rebus repletam, si, posteaquam hanc ab hospite vel depositario recepit, dicat se res quasdam ex cista illa apud depositarium perdidisse, qualiter probare possit, res quas se amisse prætendit in cista fuisse.*
39. *Depositarius ad quæ post moram teneatur, remissiuè.*

1 IMperator in hoc §. proponit materiam depositi. Est autem depositum contractus nominatus, bonæ fidei, re initus, in quo contractu is, qui rem aliquam non translato neq; dominio neq; possessione, gratuito, & principaliter, non verò in consequentiam alterius contractus, custodiendam recipit, obligatur deponendi hanc eandem rem & custo-

custodire & in continenti si hoc ei placeat cum omnibus fructibus, lucro, omniq; emolumento inde percepto restituere, habita ratione doli & latæ culpæ: Atq; è conuerso, depositor obligatur depositario de dolo, lata, leui & leuissima culpa. Clari namq; & aperti juris est, depositum esse & nominatum, *l. jurisgentium. in prin. ff. de pact.* & bonæ fidei contractum, *l. 1. §. est autem. ver. hanc autem. ff. depos.* neque hunc contractum aliter quàm re interueniente celebrari posse, vt hic. Cæterum hic contractus non omnibus rebus, sed tantum mobilibus vel sese mouentibus iniri potest, *glos. 2. in fin. c. bona fides. extra, depos. Spec. §. 2. de depos. Ang. in §. sequens. num. 7. instit. de action.* Immobilibus autem rebus hic contractus celebrari non potest, quamuis contrarium innuat Corn. *cons. 39. num. 3. lib. 1. Innoc. c. cæterum. num. 4. extra, de judic.* nisi res immobiles apud sequestrum deponantur, *c. examinata. & ibi Abb. n. 8. extra, de judic.* Et rebus tam nostris quam alienis depositis, hic contractus subsistit, *l. 1. §. si prædo. ff. depos. l. bona fides. ff. eod. tit. Bart. & Alex. l. si rem alienam. ff. solut. matrim.* nisi illæ res depositæ, sint propriæ depositarij, tunc enim depositi contractus vitiatur, *l. qui rem propriam. ff. depos. l. neq; pignus. ff. de reg. jur. d. l. bona fides. ff. eod. tit.* nisi quis rem propriam custodiendam recipiat, respectu possessionis rei suæ apud deponentem existentis, *arg. l. certè. §. fin. ff. de precar. l. si rem aliquam. ff. de adquir. possess.* vel nisi sciens atq; prudens rei suæ, cuius ipse & dominium & possessionem habet respectu possessionis, quam ipse per hunc actum perdit, custodiam recipiat, hisce enim casibus etiamsi apud depositarium res propria deposita sit, depositi contractum firmum atq; validum esse receptum est, *Alex. d. l. si rem aliquam. ff. de adquir. possess.* Præterea siue res

2

L certa

certa deposita sit, siue etiam capsa cum pluribus rebus alicui custodienda data sit, licet depositarius ignoret, quæ res in illa capsa contineantur, tamen omnium rerum nomine quæ in capsa continentur, depositi conueniri potest,
3 *l.1.§.si cista.ff.depos.* Dominium quoq; rei depositæ in depositarium non transit, *l.licet.ff.depos.* nisi apud aliquem pecunia nõ clausa neq; obsignata, sed ad numerũ deposita fuerit, *l.in naue Saupheli.ff.locat.Carol.Molin.in tract.de commerc.*
4 *nu.629.* Simili modo & possessio rei depositæ apud deponentem manet, *d. l.licet.§.fin.* nisi res apud sequestrum deposita sit, de partiũ voluntate, atq; consensu, hoc enim casu nisi specialiter contrarium actum atq; conuentum fuerit, possessio rei depositæ ad sequestrum transfertur, *d.l.licet. & l.interesse. & ibi Bart. & Alex. ff. de adquir. possess. Abb. & Felin. c. examinata. extra, de judic.* Secus est, si jussu atq; mandato judicis res apud sequestrum deposita fuerit, namque tunc possessio rei sequestratæ in dubio apud eum remanet, cuius ea antea fuit, *Bart. & Alexand. d.l.interesse. Abb. c. 2. extra, de sequestr. possess. & fruct.*
5 His tamen casibus, in quibus possessio rei sequestratæ ad sequestrum transit, is qui ante hanc depositionem apud sequestrum factam possessionem rei sequestratæ habuit, plerisque possidentis priuilegijs vtitur: ideoq; ipse & ab onere probandi releuatur, & in dubio sententia pro ipso
6 fertur, *Bart. & Bald. l. si oleum. in prin. ff. de dol.* Præterea, depositum quoque gratuitum esse debet. Namque si non sit gratuitum, si quidem depositarius pecuniam pro custodia rei depositæ acceperit, ex hoc negotio oritur contractus locationis atq; conductionis, *l.1.si vestimenta.ff.depos.* Sin verò is aliam rem acceperit pro custodia ex hoc negotio, innominatus contractus descendit, *d.l.1.*

§.si quis

si quis seruum. ff. depos. nisi hanc rem vel pecuniam de-
ositarius non pro mercede custodiæ, quam circa rem
epositam præstare debet, id est, non ex conuentione,
ed ex mera liberalitate deponentis acceperit, *l. 2. §. si in re
deposita. ff. vi bonor. rapt.* vel nisi inter contrahentes ex-
presse conuentum fuerit, vt hic contractus depositum
censeatur: His enim casibus licet contractus gratuitus
non sit, ex eo tamen depositi obligatio oritur, *Minsing.
hic. Carol. Molin. in tractat. de commerc. num. 637.* Ne- 7
que verò omnis qui custodiam alicuius rei præstare de-
bet, depositi obligatur, sed is demum cui principaliter,
& non in consequentiam alterius contractus res custo-
dienda committitur, *arg. l. si procuratorem. in prin. ff. com-
mod.* Ideoque, si quis acceperit mandatum, vt rem ali-
quam ad alterum perferat, eique custodiendam tradat,
isque hanc rem recipere renuat vt ipse eam custodiat, hoc
casu, licet ipsi res custodienda commendata sit, tamen
quia hoc venit in consequentiam, contractus manda-
ti, non depositi, sed mandati contractus celebratus in-
telligitur, *l. 1. §. quod si rem. & §. idem Pomponius. ff. de-
pos.* Depositum quoque non aliter contrahitur, nisi de- 8
positario custodia rei depositæ committatur, *vt hic. &
l. 1. in prin. ff. depos.* Vnde si appareat alicui ob aliam cau-
sam, quam ob custodiam, rem aliquam traditam esse,
ex hoc negotio depositi contractus non oritur. Ideo-
que receptum est, si quis apud aliquem certam pecuniæ
summam deponat, & cum depositario conueniat, vt i-
pse possit pecunia deposita vti, neque ab ipso hæc pecunia
intra quinquennium vel aliud tempus simile aut maius re-
peti possit: vel, vt depositario liberum sit, quando ipse
hanc pecuniā restituere velit, quia hoc repugnat custodiæ

rei depositæ, ex hoc negotio non depositi, sed mutui contractus oritur, *Ludou. Roman. cons. 238. col. 1. Carol. Molin.*
9 *in tract. de Commerc. num. 634.* In dubio tamen quando non apparet, ex qua causa alicui res tradita fuerit, præsumitur, eam custodiæ causa traditam esse, *l. cum pater. §. pluribus. & ibi Bart. ff. de legat. 2. Bald. l. Mauia. ff. solut. matrim. Dec. in l. 2. in prin. in lect. 1. num. 9. in lect. 2. num. 8. & in lect. 3. num. 12.* Ideoq; in dubio intelligitur potius depositi, quàm alius contractus celebratus, *Bald. Alex. & Dec. l. cum quid. ff. si cert. petat. Alex. cons. 28. num. 4. lib. 7.*
10 *& cons. 184. num. 4. lib. eod.* Deinde sciendum est, depositum non aliter contrahi, nisi quis tacitè vel expressè, rem depositam recipiat, vt hic. Ex quo infertur, si quis sciente & patiente aliquo in ipsius ædes vel habitationem rem certam inferat, atq; ibi relinquat, illum qui istas ædes vel habitationem incolit, non obligari ad istam rem custodiendam, &, si ista res vel perierit, vel deterior facta fuerit, ipsum depositi conueniri non posse, *Ioan. And. in addit. ad Spec. §. 2. in add. mag. in fin. depos. Ang. §. sequens. num. 7. & ibi Ias. num. 30. instit. de action. Dec. d. l. 2. in prin. lect. 1. num. 9. ff. si cert. petat. Bald. l. Inuitus. num. 4. C. de procurat. Bart. l. si quis vxori. §. apud Labeonem. ff. de furt. Bald.*
1 *Auth. habita. num. 49. C. Ne fil. pro patr.* Quin etsi quis expressè dixerit alteri, se apud ipsum certam rem deponere, eamq; ibi relinquat, licet ipse penes quem relinquitur, nō contradicat, tamen depositi contractus non intelligitur initus, neq; ipse de custodia huius rei obligatur, *Dec. d. l. 2. in prin. in 3. lectur. num. 12. ff. si cert. petat.* Quia vbicumq; agitur vt quis personaliter obligetur, tacens contradicenti æquiparatur, *l. filiusfamilias. §. inuitus. ff. de procurat. Bart. Alex. & Ias. l. qua dotis. ff. solut. matrim.* nisi forsan tales

personæ

personæ fuerint nautæ, caupones vel stabularij. Nam eo 12
ipso quod res aliqua ipsis scientibus, in nauem, cauponam vel stabulum infertur, ipsi de custodia huius rei tenentur, *l. 1. §. fin. & ibi Bald. ff. Naut. caup. stabul. Bald. l. certi. n. 2. C. locat.* & non tantum in factum actione conueniri possunt, sed etiam depositi obligantur, *l. 3. §. 1. ff. Naut. caup. stabul.* Ipsi quoq; deponenti vel heredibus aut succes- 13
soribus deponentis depositarius rem depositam restituere tenetur, *l. 1. §. hac actio. ff. depos.* & si conuentum fuerit, vt depositarius alteri, quam deponenti depositum restituat, adhuc depositi contractus celebratus intelligitur, si vel simpliciter actum sit, vt is alteri rem depositam restituat, *l. pen. C. ad exhibend.* vel etiam, vt is in euentum certæ conditionis, alteri cui ipse huic rei nomine obligatus non est, hanc rem reddat, *arg. l. publia. in prin. ff. depos.* Sin verò deponens ea conditione rem deposuerit, vt is hanc rem alteri reddat in euentum certæ conditionis, victoriæ nempe vel alterius, vel etiam si iste alius aliquid fecerit, puta servum fugitivum deponenti indicauerit, cujus conditionis euentum deponens illi tertio hanc rem dare promisit, ex hoc negotio non depositi, sed innominatus contractus oritur, *l. si tibi rem inspiciendam. §. fin. cum l. seq. ff. præscript. verb.* Eandem quoque rem depositarius quam restituendam recepit, deponenti restituere debet, vt hîc: Imò si actum fuerit, vt ipse non eandem, sed aliam rem restituat, ex hoc negotio contractus innominatus oritur, *Bart. & Dd. l. 2. in prin. ff. si cert. petat.* Deinde et- 14
iam obligatur depositarius deponenti, depositum in continenti restituere, si ipse deponens hoc in continenti repetere velit, *c. bona fides. extra. depos.* Quod habet locum etiamsi deponens cum depositario pactus fuerit, vt ipse ei

depoſitum non niſi poſt certum tempus reddat, *l. 1. §. pen. ff. depoſ.* vel ſi dominium rei depoſitæ in depoſitarium translatum ſit: Nam nihilominus depoſitum in continenti repeti poteſt, *Bald. l. 1. §. eſt autem. ff. depoſ. Car. Molin. in tract. de commerc. n. 632.* Hoc tamen ex bono & æquo reſtrictionē patitur. Namq; ſi is qui rem apud me depoſuit, poſtea efficiatur furioſus vel prodigus, ita, vt ipſi bonis à magiſtratu interdicatur, & ipſe rem repetat ſine curatoris auctoritate, ego ei juſtè denegare poſſum rei depoſitę reſtitutionem, *arg. c. ne quis 22. q. 2.* Idem eſt, ſi deponens decedat relicto herede impubere: nam hic depoſitum repetens, ſine tutoris auctoritate non auditur, *arg. l. ſancimus. la. 1. C. de adminiſt. tutor.* Simili modo quis juſtè recuſare poteſt ei depoſitum ſoluere, qui illud non idoneo loco vel tempore repetit, *arg. l. ſi ſoluturus. ff. de ſolut.* vel ſi eo tempore, quo depoſitum repetitur, depoſitarius abſq; dolo vel lata culpa non habeat facultatem rei depoſitæ reſtituendæ, *l. 1. §. inde Neratius. & §. eſt autem. ff. depoſ.* Propter impenſas quoque in rem depoſitam factas, ſi eæ non reſtituantur, poteſt denegari depoſiti reſtitutio, *arg. l. in rebus. §. poſſunt. ff. commod. Bart. Alexand. & Iaſon. l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. depoſ. Bald. l. fin. C. commod.* Simili modo in omnibus caſibus, in quibus ratione huius depoſiti deponens depoſitario propter dolum vel culpam ſuam obligatus eſt, depoſitarius deponenti poteſt denegare redditionem depoſiti, donec deponens ipſi huius rei nomine ſatisfaciat, *Socin. conſ. 143. n. 14. lib. 1.* Quin ſi debitum ex vno contractu in depoſitum conuertatur, vel ſi depoſitum fiat correſpectiue ad alium contractum, ſi iſtum alium contractum deponens non adimpleuerit, depoſitarius juſtè recuſat rem depoſitam reſtituere, *Soc. d. conſ. 143.*

Simili

Simili modo si quis rem aliquam apud alterum deponat,
eo pacto, vt is hanc rem tertio restituat, ipse huic tertio, de-
positi huius restitutionem ex omnib. causis denegare po-
test, ex quibus ipse deponens hanc rem tertio soluere re-
cusare poterat, *Petr. de Anchor. in cons. 360.* Et hæc vera 15
sunt, si depositum solius deponentis vtilitatem contineat:
Sin autẽ depositum vel vtriusq; vel solius depositarij gra-
tia vel fauore factum fuerit, tunc siquidem certum tempus
reddendi depositum expressum fuerit, ante illud tempus
depositum repeti non potest, *d. §. est autem. & ibi Bald. Ias.*
l. nummis. num. 17. ff. de in lit. jurand. Sin autem nullum
tempus expressum fuerit, non nisi ante illud tempus
quod huic deposito restituendo arbitrio boni viri inest,
hoc depositum repetere non permittitur, *Carol. Molin. in*
tract. de commerc. num. 630. Depositarius quoq; vna cum 16
re deposita, omnes fructus, & fructuum fructus ex re depo-
sita etiam ante moram perceptos deponenti reddere de-
bet, *l. 1. §. hanc autem actionem. ff. depos. facit. l. Iulianus. §.*
idem Iulianus. ff. de rei vindic. Imò etiam omne emolumen- 17
tum, quod ipse ex re deposita percepit, deponenti restitu-
ere debet. Ideoque si ipse forsan cum pecunia deposita ne-
gotiatus fuerit, & ipse ex ea negotiatione maximum lu-
crum perceperit, hoc totum deponenti reddere tenetur,
Bald. l. 1. num. 12. C. pro Soc. Dec. l. certi condictio. §. 1. nu. 3.
ff. si cert. petat. arg. l. si is qui. §. 1. & ibi glos. Bart. & Bald. ff.
commod. l. idemq. §. sed etsi pecuniam. & §. si procurator.
ff. Mandat. Quod tamen ad illos casus restringendum
est, in quibus periculum casũs fortuiti ad depositarium
non spectat: Nam in omnibus casibus in quibus ipse de pe-
riculo casus fortuiti obligatus est, lucrum quod ex re de-
posita, sua industria percepit, ipsius est, neq; hoc deponénti
restitue-

restituere cogitur, *arg. l. postulante. § fin. & ibi Alex. ff. ad SC. Trebell. Bart. & Alex. l. quia poterat. ff. eod. tit. facit.*
18 *l. secundum naturam. & ibi Dec. ff. de reg. jur.* Vltimo, depositarius tantum de dolo & lata culpa tenetur, si depositum solius deponentis grâtia factum fuerit, *l. contractus. ff. de reg. jur. l. 2. §. si vestimenta. cum §. seq. & §. fin. ff. depos. l. quod Nerua. ff. eod. & l. 1. C. d. tit.* quod locum habet, etiamsi quis tempore periculi vel casus fortuiti imminentis, rem custodiendam accipiat, vtputa, si miles militi in acie rem custodiendam tradat, nam nihilominus depositarius tantum de dolo & lata culpa tenetur, *Paris. cons. 131. lib. 4.* Deinde hæc regula procedit, si nauta, caupo vel stabularius, rem aliquam extra officium suum custodiendam recipiat: vtputa sunt duo hospites in aliqua ciuitate, vnus ex illis, quia domus sua est omnino repleta hospitibus, mittit equos vel alias res hospitum suorum in ædes alterius hospitis sui vicini, hic licet sit & hospes, & res viatorum custodiendas receperit, quia tamen illas non à viatoribus, sed ab amico vel vicino, & sic extra officium suum recepit, tantum de dolo & lata culpa tenetur, *Bald. l. licet. n. 3. C. locat. arg. l. 3. §. eodem modo. ff. Naut. caup. stabul.* Tertio, hoc procedit, si res, quam nauta, caupo, stabularius custodiendam recepit, fuerit apud ipsum auctoritate judicis sequestrata siue arrestata: nam post sequestrum siue arrestum interpositum, ipse tantum de dolo & lata culpa tenetur, *Bald. d. l. licet. num. 3. arg. l. videamus. §. qui vinum. ff. locat.* nisi depositarius se obtulerit deposito, vel pacto contrarium conuentum fuerit: his enim casibus etiam culpam leuissimam præstare cogitur, *l. 1. §. sæpè euenit. ff. depos.* vel nisi pretium non loco mercedis pro custodia rei depositæ acceperit, *arg. l. 2. §. si in re deposita. ff. vi bonor. rapt.*

rapt. vel nisi res æstimata apud ipsum deposita sit: His enim casibus de leui culpa commodatarius obligatur, *Bart. l. si vt certo. §. num videndum. ff. commod.* Simili modo depositarius de leuissima culpa tenetur, si ipse nullo fortuito casu imminente, in se recipiat periculum rei depositæ, *arg. eius quod notat. Bart. Bald. Alex. & Ias. l. sed et si. §. quæsitum. ff. si quis caution.* vel si ipse in suis rebus fuerit diligentissimus, *arg. eius quod notat Bart. in l. quod Nerua. ff. depos.* Idem est in nauta, caupone, stabulario, qui ratione officij sui rem custodiendam recipit: Nam ipse actione in factum conuentus, de leuissima culpa tenetur, depositi verò conuentus de dolo & lata culpa tantum. *l. 3. §. 1. ff. Naut. caup. stabul.* Leuissimam quoq; culpam in faciendo consistentem, quia illa latæ culpæ æquiparatur, depositarius præstare tenetur, *Alex. l. si mora. & ibi Ias. num. 28. ff. solut. matrim.* Sin autem depositum vtriusq; gratia ce- 19
lebratum fuerit, depositarius regulariter non tantum de dolo & lata culpa, sed etiam de leui culpa obligatus est, *Bart. l. quod Nerua. q. 10. ff. depos.* & in omnibus casibus in quibus si depositum solius deponentis vtilitatem respiceret, depositarius teneretur de leuissima culpa, in illis multo magis, quando depositum vtriusque gratia factum est, ipse de leuissima culpa obstrictus est. Depositarius verò 20
quando ipse rem aliquam suæ tantum vtilitatis gratia custodiendam recipit, etiam leuissimam culpam regulariter præstare debet, *l. si quis nec causam. in prin. & ibi Bart. Alex. Ias. & Dec. ff. si cert. petat. Bart. d. l. quod Nerua. q. 10. Abb. c. 1. extra, commod.* Casum autem fortuitum depositari- 21
us regulariter præstare non tenetur, *c. bona fides. extra. depos. l. contractus. ff. de reg. jur. art. 5. & ibi glos. Landr. lib. 3. Corn. cons. 136. lib. 1.* nisi ipse pacto in se recipiat casum for-

tuitum, *l. jurisgentium.* §. *item si quis pactus sit. ff. de pact.* vel etiam simpliciter periculum aut casu fortuito imminente, *Alex. d.* §. *quasitum. num. 17. Petr. Santer. in tract. de sponsio. 4. part. num. 11.* aut in ijs casibus, in quibus ipse de leuissima culpa teneretur, *Bart. Alex. & Iason d.* §. *quasitum, arg. l. & Aristoni ff. commod.* vel nisi culpa casum, qui aliter non euenisset, *arg. l. si vehenda.* §. *1. ff. ad leg. Rhod. de jact.* præcedat, *d.* §. *bona fides.* Idem est, si hic casus post moram depositarij incidat, & res simili modo non fuisset peritura apud deponentem, si ei ante moram restituta fuisset, *l. si in Asia.* §. *fin. & l. si plures.* §. *fin. ff. depos.* Re quoque æstimata deposita periculum casus fortuiti ad depositarium spectat, si depositum solius depositarij gratia factum fuerit, *Bart. l. si vt certo.* §. *num videndum. ff. commod. arg. eiusd. l.* §. *commodatum.* Idem est in ijs casibus in quibus dominium rei depositæ in depositarium transfertur, *Iason. d. l. si quis nec causam. num. 26. in prin. ff. si cert. petat.* Vltimo depositarius de casu fortuito tenetur, si ipse furtum rei depositæ commiserit, puta si rem depositam vel vendiderit vel interuerterit, vel inficiatus fuerit, *l. si quis inficiatus. in prin. ff. depos. l. 3.* §. *si rem. & ibi Dd. ff. de adquir. possess. l. 1.* §. *si is qui rem. ff. depos.* Sin verò non ipsius rei, sed vsus eius furtum commiserit, furti actione conuentus, casus fortuiti rationem reddere obstrictus est, sed depositi conuentus tantum de dolo & lata culpa
22 tenetur, *l. qui furtum. & ibi Bart. ff. de condict. furt.* Porrò licet ea quæ deposito accedunt, deposita non intelligantur, nisi hoc expressè actum sit, *l. 1.* §. *quæ depositis. ff. depos.* depositarius tamen eandem in his, quam in rebus principaliter depositis custodiam & diligentiam adhibere tenetur, *glos. & Bald. d.* § *quæ depositis. arg. l. si vt certo.*

§. *usq.*

§. *usq; adeo. ff. commod.* Et hoc quoad depositarium: 23
Depositor autem depositario, quando depositum solius deponentis gratia factum fuit, obligatur de leuissima culpa, *l. si servus. § idq; euidentius. ff. de furt.* Sin verò depositum vtriusque vtilitatem respiciat, ipse depositario de dolo, lata & leui culpa obstrictus est: Sin verò solius depositarij gratia factum fuerit, de dolo tantum & lata culpa tenetur, *arg. l. contractus. ff. de regul. jur. l. si vt certo. §. num videndum. ff. commodat.* Dicitur autem deposi- 24
tum à præpositione De & verbo Pono: De enim præpositio auget POSITUM, vt ostendat, hoc totum quod deponitur, recipientis fidei commissum esse, *l. in prin. ff. depos.* Depositum primò diuiditur in deposi- 25
tum simplex & depositum incendij, ruinæ vel alterius necessitatis caussa factum. In prima depositi specie depositarius tantum in simplum tenetur, in secunda, depositarius si ipse abnegauerit depositum, intra annum in duplum, sed post annum in simplum tantum conueniri potest, *l. 1. §. 1. ff. depos. l. quod tumultus. ff. eod. tit.* Quod tamen in herede depositarij non procedit, is enim si ex dolo defuncti etiam intra annum conueniatur, tantum in simplum condemnatur, *d. l. 1. §. 1.* Similiter & ipse principalis qui depositum abnegauit, ita demum in duplum condemnatur, si ipse veris probationibus conuictus fuerit, secus verò est, si ipse ob juramentum quod depositori obtulit, vel ob confessionem suam conuincatur, tunc enim in simplum tantum condemnatur, *l. eum qui. in prin. ff. de jureiur. glos. verb. inficiatione. §. sed furti. infra de action.* Secundo depositum aliud est regu- 26
lare, aliud irregulare, *Iason d. l. si quis nec causam. in prin. num. 26. ff. depos. l. in naue Saupheli. ff. locat.* Regulare

depoſitum illud dicitur, quando apud aliquem deponitur res aliqua non translato dominio, & depoſitarius obliga-
27 tur depoſitori eandem rem reſtituere. Irregulare depoſitum illud dicitur, quando dominium rei depoſitæ in depoſitarium transfertur, & is obligatur nobis non eandem rem, ſed tantundem in eodem genere reſtituere; quod evenit, quando apud aliquem pecuniam non in ſacco ſignato, ſed ad numerum deponimus, vel depoſitarius pecunia depoſita noſtro permiſſu vtitur, vel ſi pecunia depoſita hoc expreſſè agatur, *l. Lucius. l. die ſponſaliorum.* §. *1.* & *l. ſi ſacculum.* §. *1. ff. depoſ.* & *d. l. in naue Saupheli. ff. locat.* Et licet Dn. Cardin. Pariſ. de facto conſultus de jure reſponderit, pecunia ad numerum depoſita, dominium illius pecuniæ in depoſitarium non transire, *conſ. 131. lib. 4.* hoc tamen ſuum reſponſum verum non eſt, *arg. d. l. in naue Sau-*
28 *pheli.* Tertio modo depoſitum diuiditur: nam quandoque ab vno ſolo vel etiam à pluribus ſimpliciter res alicui cuſtodienda committitur, qui propriè depoſitarius dicitur, *l. 1.* §. *ſed ſi duo. ff. depoſit:* aliquando res apud aliquem à duobus in ſolidum ita deponitur, vt is hanc rem in euentum alicuius victoriæ vni ex deponentibus reſtituat, qui propriè ſequeſter appellatur, *l. ei apud quem.* §. *fin. cum l. ſeq.* & *l. licet. ff. depoſ. l. apud. ff. præſcript. verb. l. ſequeſter. ff.*
29 *de verb. ſignif.* Hæc ſequeſtratio rurſus duplex eſt, quandoque enim fit, vtraq; parte volente, quæ ſemper &: quandocumq; permiſſa eſt: *Bart.* & *Alex. l. intereſſe. ff. de adquir. poſſeſ. Bald. l. 1. C. de prohib. ſequeſt. pecun. Abb. c. 2. extra, de ſequeſtrat. poſſeſ.* & *fruct.* & depoſiti ſequeſtrariam actio-
30 nem impleta conditione producit, *d. l. eum qui.* Quandoq; verò ſequeſtratio fit mandato judicis, vel vtraq; parte vel illa tantum quæ rem aliquam poſſidet inuita, quæ ſeque-

sequestratio & regulariter prohibita est, *d. l. 1. & ibi Bald. C. de prohib. sequestr. pecun. glos. & Abb. c. 2. extra de sequest. posses. & fruct. Alex. & Ias. d. l. si fideiussor.* §. *si necessaria. ff. qui satisd. cogant. Paris. cons. 41. lib. 1. & cons. 107. lib. 3.* & actionem non depositi sed præscriptis verbis parit, *Ias. d.* §. *si necessaria. nu. 3.* Substantialia depositi sunt, primo, vt 31
res deposita depositario reuera tradatur, secundò, ne dominium rei depositæ in depositarium transferatur, tertiò, vt sit gratuitum, quartò, vt depositarius teneatur rem depositam custodire, quintò, vt ipse depositori eandem rem restituat. Naturalia sunt, vt depositarius tantum tenea- 32
tur de dolo & lata culpa, deinde vt in continenti depositum restituere obligatus sit depositarius: Tertio vt depositum restituat cum omnibus fructibus, lucro omnique emolumento inde percepto: Quarto, vt ipse eandem diligentiam adhibeat in ijs quæ accedunt rei depositę, quam in deposito ipso adhibere obligatus est: Quinto, vt sumptus factos in rem depositam, deponens agnoscat, *l. si in Asia. in prin. ff. depos. l. actione. ff. eod. tit.* Ex deposito 33
duplex actio oritur, directa & contraria. Directa illa dicitur, qua deponens contra depositarium experitur. Contraria qua depositarius contra deponentem agitur, quia ipse videlicet servum vel equum vitiosum qui mihi damnũ dedit dolo vel culpa apud me deposuit, *d. l. si servus communis.* §. *idq́ evidentius. ff. de furt.* vel quia depositarius in rem depositam impensas fecit, *arg. d. l. actione.* Por- 34
rò sciendum est, actionem depositi multa maximaq́; priuilegia habere. Namq́; primo in actione depositi non requiritur Libellus, litis contestatio, sententia, vel reliqua judiciorum solennia, sed depositum, de quo per publicum vel aliter indubitatum instrumentum patet, perinde

ac res judicata executionem meretur, *l. pen. verb. illico. & ibi Bart. & Ang. C. depos. Alex. l. ait prator.* §. *1. num. 4. ff. de re judic. Barbat. c. 2. extra, depos. Ias. l. 1. n. 4. & ibi Dec. num. 6. C. de edend. Ias. l. fin. num. 6. C. de edict. D. Adrian. tollend.* quod communibus juris regulis refragari dubium non est: Regulariter enim nullum instrumentum executionem paratam habet, *l. Minor 25. annis cui fideicommissum. in prin. ff. de minor. d. l. ait prator.* §. *1. & ibi Alexand.* Secundo, licet illi, contra quem petitur executio rei judicatæ in actione personali regulariter indulgeatur tempus quadrimestre ad soluendum, *l. 2. & l. 3. C. de vsur. rei jud. glos. & Abb. c. quarenti. extra de offic. de legat. Ang.* §. *1. infra de offic. judic. Alex. l. debitoribus. ff. de re judic.* hoc tamen non habet locum in conuento actione depositi, is statim & absque vlla dilatione rem depositam restituere cogitur, *d. l. pen. & ibi Bald. C. depos. Alex. d. l. debitoribus. num. 10. Alex. l. 1.* §. *qui præsens. num. 10. ff. de verbor. obligat.* Tertio actio depositi hoc priuilegium habet, vt is qui hac actione experitur omnibus creditoribus, qui tacitum vel expressum pignus non habent, præferatur, *l. si hominem.* §. *fin. ff. depos. l. si ventri.* §. *in bonis. ff. de priuil. cred.* Quarto agenti depositi non potest obijci exceptio compensationis, *d. l. pen. C. depos. Abb. & Dec. c. significasti. extra, de electi on. Dec. lib. 1. num. 6. C. de edend. non numerata pecuniæ. l. in contractibus.* §. *sed quoniam. & ibi Bart. & Bald. C. de non num. pecun. Iason d. l. 1. num. 4. C. de edend.* Dominij proprij depositarij vel etiam alterius, *Bart. d. l. pen. Alex. l. si rem alienam. ff. solut. matrim.* aut alia similis altiorem indaginem requirens, *Bart. d. l. pen.* Quinto, depositarius eo prætextu rem depositam retinere non potest, quod ipsi bona deponentis generaliter obligata vel hypotheca-

ta sunt,

ta sunt, *d. l. pen. & ibi Bald. C. depos.* Sexto, licet depositori ex quocumq; contractu denunciari possit à quodam tertio ex justa atq; probabili ratione, ne ipse debitum creditori suo soluat, *Bart. l. non solum. §. mort. nu. 33. & ibi Alex. num. 32. & Iason num. 24. ff. de oper. nou. nunciat. Alex. l. hæres cum ab eo. ff. ad SC^tum. Trebell.* depositario tamen hæc denunciatio fieri non potest, *Auth. sed jam necesse. C. depos.* nisi hæc denunciatio judicis auctoritate fiat, *Salic. d. l. pen. C. depos. Paris. cons. 107. nu. 73. lib. 3.* quamuis in hoc casu contrarium decidat Iason *in l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisd. cogant.* Et hæc priuilegia non tantum regulari 35
deposito concessa sunt, sed etiam depositum irregulare, quando videlicet dominium rei depositæ in depositarium translatum est, hisce priuilegijs vtitur *Carol. Molin. in tract. de Commer. q. 83. Bald. d. §. sed quoniam.* Et hæc sententia primo comprobatur *per text. l. quoties. ff. depos.* vbi IC^tus. dicit, eum qui apud aliquem pecuniam deposuit, non tantum si pecunia deposita in bonis depositarij reperta fuerit, sed etiam quo ad omnia bona depositarij depositi priuilegijs vti: itaq; satis innuit, etiamsi pecunia deposita sit consumpta, deponentem priuilegijs depositi vti: & tamen certum est, per consumptionem dominium rei depositæ in depositarium transferri: Probat item hanc opinionem *text. l. si ventri. §. in bonis. ff. de priuileg. cred.* vbi IC^tus. decidit in bonis nummularij vendendis eorum rationem etiam ante priuilegia habendam, qui publicam fidem secuti pecuniam apud nummularium deposuerunt; nisi quis vsuras pro pecunia deposita stipulatus vel pactus fuerit: tunc enim depositarium non aliter creditorib. priuilegiatis præferri nisi numi depositi apud nummularii extent, vnde satis innuit primo casu quando quis absq; vsuris

vsuris pecuniam apud nummularium deposuerit, licet illa pecunia non extet, & sic dominium illorum nummorum in depositarium translatum sit, deponentem omnibus priuilegijs depositi gaudere. Tertio lex indistinctè vult pecunia deposita deponentem priuilegijs depositi, *vt d. §. fin. & d. §. in bonis*, & tamen in dubio præsumitur pecunia non in sacculo sed ad numerum deposita, *Bald. l. incendium. C. si cert. petat.* & simili modo certum est, per annumerationem dominium rei depositæ in depositarium transferri, *glos. & Bart. l. eius qui. §. quas verò. & ibi Ias. num. 6. ff. si cert. petat. Ias. l. si ego. num. 7. ff. eod. tit. Idem Ias. l. si procuratori. num. 10. ff. de condict. ob caus.* Igitur lex, quæ indistinctè pecuniæ depositæ priuilegia depositi concedit omnem casum pecuniæ depositæ comprehendere intelligitur, *arg. l. de precio. ff. de public. in rem act. l. 1. ff. de legat. præst.* & præsertim eum casum complectitur quo plerumq; pecunia deponi solet, quiq; in dubio interuenisse præsumitur, *arg. l. nam ad ea. ff. de legib.* Et sic ex hisce patet, etiam depositum irregulare priuilegia depositi habere, quæ sententia verior est, quamuis contrarium sed minus rectè teneat, *Bart. d. §. sed quoniam.* Extra verò hosce casus in actione depositi juris communis dispositionem
36 sequimur, *l. 1. & ibi Dec. num. 6. C. de edend.* Porrò actio directa depositi, ita demum his priuilegijs vtitur, sed actio depositi contraria similia priuilegia non habet, *Bart. d. §. sed quoniam.* Quæ sententia mihi verissima videtur, tum quia omnes leges concedentes priuilegia deposito concedunt ea priuilegia directæ actioni, itaq; hæc priuilegia ad actionem contrariam minimè trahenda sunt, *arg. l. illam. & ibi Ias. C. de collat. §. consideremus. Auth. de trient. & semis. §. cum igitur. Auth. de non eligen. secund. nub.* tum

quia

quia lex ideo priuilegia deposito concessit, ne id quod ex contractu bonæ fidei oritur ad perfidiam trahatur, *d. l. pen. C. depos.* Quæ ratio in actione contraria cessat, quia in actione contraria depositi agitur tantum de calculo, non autem de perfidia vel fide rupta, *l. furti. §. fin. ff. de his qui not. infam. l. ei apud quem. in prin. ff. depos.* Quare cum hoc casu cesset ratio legis, quæ priuilegia concedit actioni depositi, certè & ipsa quoq; lex cessare debet, *l. adigere. §. quamuis. ff. de jur. patron. l. milites agrum. in prin. ff. de re militar. glos. l. cum tale. §. falsam. ff. de condict. & demonst.* Secundò, actio etiam directa depositi priuilegiata non est, quando quis pecuniam apud alium deposuit, atq; cum eo pactus fuit, vt ipse ei huius pecuniæ nomine vsuras soluat, *d. l. si hominem. §. fin. & d. §. in bonis.* Licet secus sit si depositarius propter moram suam, quam in reddenda pecunia deposita adhibuit, deponenti vsuras præstare teneatur, tunc enim, ne depositarius ex mora & sic delicto suo, lucrum consequatur, *l. relegatorum. §. fin. ff. de interd. & relegat. l. itaq; fullo. in prin. ff. de furt.* actio depositi priuilegia sua retinet, *Carol. Molin. in tract. de commerc. 38. quæst.* Tertiò, actio depositi demum habet priuilegia, quando depositum revera factum fuit, & de hoc constet: secus est, si de deposito tantum per confessioné depositarij liqueat, tunc enim præter hoc, quod exceptio non numeratæ pecuniæ ei objici non potest, *d. §. sed quoniam*, depositi actio nullis alijs priuilegijs vtitur, *Socin. cons. 143. col. pen. lib. 1. arg. glos. ver. datæ. l. assiduus. C. qui potior. in pig. hab.* vbi dicitur in simili priuilegia dotis non competere doti confessatæ, de quo videte *Ias. in §. fuerat. num. 91. instit. de action.* Quartò, actio depositi priuilegia nulla habet, quando is cui actio depositi cessa vel vendita est, vtili & non directa

actione depositi experitur, *Socin. d. consf. 143. col. fin. lib. 1. arg. eius quod notat. Bart. in l. post dotem. quaest. fin. ff. solut. matrim. Bald. & Iaf. l. qui stipendia. C. de procurat.* vbi tam in dotis, quam in illa actione concludunt Dd. priuilegia alicui actioni indulta cessare, quando is cui hæc actio cessa est, vtili & non directa actione agit. Quinto, depositum nulla priuilegia habet, quando depositarius alternatiuè obligatus est, vel ipsam rem depositam vel æstimationem eius restituere, *Parisf. consf. 107. nu. 73. lib. 3.* . am tamen limitationem veram non judico per textum, *in d. l. quoti-*
37 *es. & d. §. in bonis.* Sexto, hoc quod diximus ei qui actione depositi experitur, non posse obijci exceptionem compensationis, locum non habet quando debitum ex vna causa cui exceptio cõpensationis obijci potest, fuerit conuersum in debitum ex causa depositi, vel si illos ipsos nummos, quos ego alteri mutuo dedi, debitor apud me deponat: hisce enim casibus etiam depositi agenti compensationis exceptionem obijcere possum, *Socin. d. consf. 143. col.*
38 *pen. lib. 1.* Iuxta hanc depositi materiam quæritur; si is qui hospiti suo vel alteri cistam vel valisiam pecunia vel alijs rebus repletam, custodiendam dedit, postquam hanc cistam vel valisiam ab hospite suo recepit, dicat se aliquas res ex illa cista vel valisia apud hunc hospitem vel depositarium perdidisse, qualiter probare possit illas res, quas se amisisse dicit, in cista vel valisia fuisse? In qua quæstione ego vnâ cum Dd. magis communiter concludo, si cista vel valisia clausa atq; serata deposita, simili modo clausa atq; illæsa restituatur, depositarium non nisi veris probationibus probare posse, hasce res in cista vel valisia fuisse, *Iaf. l. in actionibus. num. 41. ff. de in lit. jurand. arg. glos. l. 1. §. si quis argentum. ver. jurare. ff. depos.* Sin autem valisia aut

cista

cista quæ clausa fuit deposita, reddatur aperta vel scissa, simili modo depositarius de hisce rebus quas in cista vel valisia fuisse allegat, veris probationibus fidem facere debet, si constet absq; dolo hospitis vel depositarij hanc valisiam vel cistam apertam fuisse, licet culpa ipsius interueniente hoc euenerit, *Bart. d. l. 1. §. si cista. ff. depos. arg. l. in actionibus. ff. de in lit. jur.* nisi forsan depositarius, postquam cista vel valisia fuit aperta, non statim adhibuerit bonos viros & res in valisia vel cista existentes descripserit, valisiamq; atq; cistam, quam primum commodè potuit, clauserit, tunc enim, quia ipse est in dolo præsumpto, eo quod hanc valisiam siue cistam apertam permisit, præsertim in illo loco ad quem alijs accedendi copia fuit, contra ipsum juramento in litem probatur, has res de quibus controuertitur in valisia vel cista fuisse, *Paris. cons. 74. lib. 1.* Sin autem constiterit valisiam vel cistam dolo hospitis vel depositarij apertam aut laceratam fuisse, deponens suo juramento probare potest, has res quas amissas dicit, in valisia vel cista fuisse, *l. si quando. & ibi Iason C. vnde vi. c. fin. & ibi Abb. extra, quod met. caus.* Idem est si dubitatur cuius dolo valisia vel cista fuerit aperta, quia in dubio dolo hospitis vel depositarij aperta censetur, *Bart. d. §. si cista. Bald. rub. C. depos. Ias. d. l. in actionibus. num. 41. Paris. d. cons. 74.* quod tamen ita demum verum affirmat *Ias. in d. l. in actionibus*, si valisia expresse hospiti custodienda commissa fuerit, secus verò esse inquit, si tantum sciente atq; patiente hospite valisia in hospitium illata fuerit.

Ad quæ depositarius post moram teneatur, videte quæ su- 39
pra de commodatario diximus, omnia ibi dicta
& in deposito locum habent.

N 2 *In §.*

In §. creditor.

SVMMARIA.

1. *Argumentum §.*
2. *Pignoris descriptio, eiusq; declaratio, vsq; ad n. 15. exclusiuè.*
3. *Pignus vt accessorius contractus non aliter constitui potest, nisi aliqua obligatio cui accedat, subsit.*
4. *Obligatio illa cui pignus accedere possit cuiusmodi esse debeat.*
5. *Non principalis debitor solum, verùm etiam alius eius nomine rem aliquam pignori obligare rectè potest.*
6. *Quomodo autem alius rem suam alterius nomine pignori dare possit.*
7. *Et quatenus rem debitoris alius creditori obliget, & primum procurator.*
8. *Item quatenus tutor atq; curator.*
9. *Itemq; prælatus ecclesiæ.*
10. *Bonis vniuersis pignori obligatis quæ bona obligata censeantur & num. 12.*
11. *Qui generaliter bona omnia obligata habet, etiam in postea quæsitis præfertur posteriori creditori similiter omnia bona generaliter obligata habenti, non tamen priuilegiato.*
12. *In generali obligatione bonorum suorum quæ bona quis obligasse non intelligatur.*
13. *Pignus quibus rebus constitui possit vel non possit & n. seq. vsq; ad num. 20.*
14. *Quæ rei appellatione, quæ res comprehendantur.*
15. *Res communis quatenus & quando pignori obligari possit.*
16. *Et quibus casibus res aliena.*
17. *An res alicui legitimè pignori data, rursus licitè pignori obligari possit.*
18. *Extra casus licitos si res aliena pignori data sit, ignoranti, creditori quæ actiones aduersus debitorem concedantur.*
19. *Et quid si sciente creditore res aliena pignori obligata sit.*
20. *Pignus quibus modis constitui possit, & n. seq. & quod rei traditione interueniente constituatur cuiusmodi pignus propriè pignoris appellatione continetur.*
21. *Dispositio de pignore simpliciter loquens in quo pignore locum habeat.*

22. *In*

22. *In pignore ne contracto dominium ad creditorem non transfertur.*
23. *Quod in possessione rei ex conuentione pignori datæ secus est præterquam quo ad vsucapionem, noxale judicium suscipiendum, & satisdationem judicio sisti euitandam.*
24. *In prætorio verò pignore possessio neutiquam transfertur.*
25. *Nudo quoq; soloq; consensu pignus contrahi potest, cuiusmodi pignus propriè hypotheca dicitur, & tantum conuentionali pignori conuenit.*
26. *Pignoris item contractus tàm expressè quàm tacitè iniri potest.*
27. *Pignus expressè constitutum quando & quomodo dicatur.*
28. *Et quando quibusuè casibus tacitè vsq; ad num. 44.*
29. *Pro dote promissa bona promittentis, & pro dote restituenda bona mariti taciti pignoris jure tenentur.*
30. *Vt & pro donatione ante nuptias, proq; bonis paraphernalibus.*
31. *Sic quoq; taciti pignoris vinculo nexa sunt bona tàm patris quàm matris ad secundas nuptias transeuntium, filiis prioris matrimonij pro restituendis iis rebus quas à coniuge prioris matrimonij lucrati sunt.*
32. *Item & patris bona, administrantis filij sui aduentitia bona ratione vsusfructus eidem in iisdem constituti.*
33. *Sicut & tutoris curatorisuè vniuersum patrimonium tutelæ curæq; subiectis personis.*
34. *Mater tutrix filiorum suorum secundo si nubat non reddita ratione, bona secundi viri sunt tacitè obligata pupillo, pro ipsa administratione reddenda.*
35. *Administratoris etiam ecclesiæ facultates eidem tacitè obligata sunt, sicut & eius qui cum fisco quolibet modo contrahit, fisco.*
36. *In prædium tàm vrbanum quam rusticum à conductore illata quatenus & quando locatori taciti pignoris nomine obligentur, & quid sit in fructibus in iisdem prædiis natis.*
37. *Pecuniam ad refectionem domus vel nauis mutuo dans, pecunia in hanc rem versa, tàm nauem quàm domum huius nomine tacitè obligatam habet.*
38. *An verò idem sit in eo qui pecuniam ad res vel merces emendas mutuo dedit.*
39. *Omnia bona testatoris legatariis & fideicommissariis pro legato vel fideicommisso ipsis relicto tacitè nexa sunt.*

40. *Re certa pro credito aliquo obligata etiam omnes fructus omniaq; ex illa re percepta pro credito illo obligata tacitè censentur.*
41. *Sicut & illa quæ vel naturaliter vel ciuiliter rei oppignoratæ accedunt.*
42. *Et hæc vnà cum principali re pignori data, non tantum pro ipso principali debito, sed etiam pro vsuris, pœnis, interesse, reliquisq; ad quæ debitor ratione principalis contractus obligatus est, nexa tacitè censentur.*
43. *Quod etiam in tacito pignore vel hypotheca locum habere auctor probat contra Socin.*
44. *Limitantur hæc nonnullis casibus.*
45. *Creditor vniuerso debito soluto, eandem rem quam pignori accepit, debitori restituere cogitur.*
46. *Idem est si creditori volenti & consentienti alio modo quàm solutione satisfactum sit.*
47. *Vel si debitor ex fructibus, pensionibus, operis, aliisq; commodis rei oppignoratæ, tantum percepit vel percipere potuit, quod summæ crediti sui æquipolleat.*
48. *Debito quoq; pacto, transactione, iureiurando vel sententia soluto pignus liberatur.*
49. *Nouatione item debiti facta pignus tollitur.*
50. *Casus aliquot notabiles in quibus principali obligatione sublata, pignus siue hypotheca firma remanet & n. seq.*
51. *Pignus datum ob vnum debitum, potest hoc soluto, pro alio debito retineri.*
52. *Declaratur hoc & limitatur, ostensis præterea aliis modis quibus pignus remanente etiam saluo debito principali liberetur.*
53. *In pignore quid tàm à debitore quàm creditore præstetur, & creditor quibus casibus de casu fortuito teneatur.*
54. *Et quid sit de iure Saxonico: vbi declaratur text. art. 5. Landr. lib. 3*
55. *Pignoris denominatio: eiusq; triplex diuisio.*
56. *Conuentionale pignus quod.*
57. *Et quod prætorium.*
58. *Quodq; iudiciale.*
59. *In quibus pignus conuentionale à cæteris pignorum generibus differat, remissiuè.*

60. Pigno-

60. *Pignoris substantialia.*
61. *Naturalia.*
62. *Accidentalia.*
63. *Solennia quæ?*
64. *In pignore reliquis præponitur qui tempore prior est.*
65. *Limitatur septem casibus.*
66. *Creditor, postea quam debitor in mora soluenda fuit, quatenus & quando pignus vendere possit.*
67. *Et vendito pignore si ex venditione tantum non consecutus fuerit, vt ipsi de credito suo integrè satisfactum sit, qua actione residuum petere possit.*
68. *Debitori quibus casibus liceat pignus à creditore venditum oblato pretio recuperare.*
69. *Creditor quod ex venditione pignoris, vltra summam debiti redegit, restituere debitori tenetur.*
70. *Pignus vt cæteri contractus pactiones omnes licitas admittit, legis commissoriæ pacto excepto.*
71. *Ex pignore quæ & quotuplex oriatur actio.*
72. *Pignoratitia actio directa quæ dicatur, cui, aduersus quem, pro qua re, & quando locum habeat.*
73. *Et quid sit in actione pignoratitia contraria.*
74. *Vtraq; actio pignoratitia tàm directa quàm contraria bonæ fidei est & personalis.*
75. *Hypothecaria actio quæ dicatur, cuiusmodi sit, vnde oriatur & pro quo pignore detur.*

Dicit Imperator in hoc §. creditorem qui pignus accepit, quia ipse de eadem re restituenda tenetur, re obligari, habita ratione doli & leuis culpæ: & quia hic §. attingit, siue degustat quasi, materiam pignoris, sciendum 1
est, pro pleniori huius materiæ cognitione, pignus esse 2
contractum nominatum, bonæ fidei, in quo contractu is, qui alteri vel vtroq; jure, ciuili nempe & naturali, vel naturali efficaci tantum purè in diem vel sub conditione obstrictus est, vel etiam alius eius nomine creditori vel omnia sua

nia sua bona vel res suas certas traditione rei absque dominij translatione interueniente, vel etiam nudo tantum consensu expressè vel tacitè obligat, atq; creditor cui hoc pignus traditum est obligatur, soluto vel extincto debito, debitori eandem rem restituere, habita ab vtraq; parte ratione, doli, latæ & leuis culpæ. Certum est enim atq; manifestum, pignus esse contractum nominatum, *l. 1. §. fin. ff. de pact.* tum quia pignus habet nomen speciale alijs cõtractibus non communicabile: & omnis is contractus, qui nomen speciale aliis contractibus non communicabile habet, contractus nominatus dicitur, *glos. Bart. & Bald. Rubr. C. de rer. permut.* tum quia pignus actionem sui nominis pignoratitiam nempe, producit, vt hic, quod contractibus nominatis tantum conuenire dubio omni caret, *l. jurisgentium. in prin. & ibi Dd. ff. de pact. Bart. & Ias. l. 1. ff. de condict. ex leg.* Simili modo patet atq; liquet, hunc contractum bonæ fidei esse, *§. actionum. instit. de action.*
3 Et cum pignus sit non principalis, sed accessorius contractus, *glos. fin. l. 2. C. de luit. pignor.* dubium non est pignus non aliter constitui posse, nisi subsit aliqua obligatio cui pignus accedat, *arg. l. 2. C. de constit. pecun. l. stipulatus. §.*
4 *adhiberi. ff. de fideiussor. l. cum principalis. ff. de reg. jur.* Sed si aliqua obligatio sit, cuius respectu pignus detur vel constituatur, pignoris contractus indistinctè subsistit, siue illa obligatio vtroq; siue tantum naturali jure adiuvetur, item siue sit pura, siue in diem vel sub conditione, nec hoc quoq; refert, vtrum pignoris obligatio præcedat vel sequatur principalem obligationem, vel etiam vnà cum principali obligatione contrahatur, *l. res hypotheca. in prin. ff. de pignor. l. grege. §. sed si sub conditione. & l. quæsitum. §. fin. ff. eod. tit. facit. l. quoniam. §. fin. ff. de vsufr. ear. rer. quæ vsu cons.*

conf. §. fideiussor & praecedere. & ibi glos. infra. de fideius. Soli quoq; ciuili obligationi pignus accedere potest, *§. 1. infra, de fideius. l. fideiussor obligari. §. fideiussor. ff. de fideius. l. si cui. iunct. glos. C. de non numer. pecun.* Sed si quidem hoc pignus creditori traditum fuerit, pignoratitia actione ab eo etiam debito non soluto repeti potest, *l. 1. & ibi glos. Bart. & Bald. C. de non numer. pecun.* Sin autem ipsi hoc pignus traditum non sit, si ipse experiatur hypothecaria actione contra debitorem, eadem exceptio illi obijci potest, quae ipsi obstaret si principali actione debitorem conueniret, *d. l. 1. C. de non numer. pecun. facit. l. si stipulatus esses. in prin. & l. ex persona. ff. de fideiussor. d. l. si cui. Bart. l. 1. ff. de fidejus.* Naturali verò obligationi cuius effectus omnes per ciuilia remedia sublati sunt, pignus neutiquam accedere potest, *arg. l. si postquam. ff. de fideius. Bart. d. l. 1. ff. eod. tit.*
Neq; verò tantum si ipse principalis debitor aliquam rem 5
pignori dederit, sed etiam, si alius quilibet ipsius nomine rem aliquam obligauerit, pignoris contractus subsistit.
Et rem quidem suam alius quilibet quantumuis extrane- 6
us etiam debitore absente, ignorante vel etiam inuito, creditori obligare potest, *l. si vt certo. §. planè. & ibi glos. ff. commod. facit. l. soluendo. ff. de negot. gest. l. solutionem. & ibi Bart. ff. de solut.* Rem verò debitoris, si extraneus qui- 7
dam pignori dederit, pignus omnino non subsistit neque valet, *arg. d. l. soluendo.* Procurator verò cui generalis administratio bonorum commissa est, rem domini obligati pignori dare potest, *glos. l. 1. C. si res alien. pignor. dat fuer.* Idem est in procuratore generali, si dominus illius solitus fuerit creditoribus suis pignora dare, *l. vel vniuersarum. ff. de pignor. action.* Procurator verò specialis vnius nempe negotij rem domini sui, si id ipsi specialiter mandatum

O non

non sit, pignori dare non potest, *l. solutum. §. fin. ff de pign. act.* Si tamen ipse nomine domini sui pecuniam mutuam acceperit, atq; in rem domini verterit, rem domini quam eo prætextu obligauit & tradidit, dominus non nisi pecunia soluta repetere potest.
8 Tutor quoq; vel curator rem illius, cuius negotia administrat, si illa seruando seruari non possit, pignori pro debito illius obligare potest, *l. curator. C. si res alien. pign. dat. fuer.* Sin autem illa res vel immobilis sit vel etiam mobilis & seruando seruari possit, eam tutor vel curator non, nisi decreto judicis accedente oppignorare potest, *l. lex quæ tutores. C. de administ. tutor.*
9 Idem ego juris & in prælato ecclesiæ, res ecclesiæ obligante, statuendum judico, *arg. c. nulli. extra de reb. eccles. non alien. Abb. c. 1. extra de pignoribus.*
10 Potest quoq; quis omnia sua bona alteri pro debito suo obligare, & siquidem vniuersa alicui obligauero, tàm bona præsentia quàm futura mea illi obligata censentur, *l. fin. C. quæ res pign. oblig. pos.* etiam debitorum nomina, idem & illa quæ debitor officio judicis persequi potuit, *Bart. cons. 95. num. 1. lib. 2. arg. l. si minoris nomine actum. ff. de administrat. tutor.* hoc casu obstricta intelliguntur, *l. nomen. C. quæ res pign. obligar. pos. Bart l. rem alienam. num. 9. ff. de pign. action. idem Bart. & Bald. in l. heredem. C. de heredit. action.* Quod non tantum in expressa, sed etiam in tacita bonorum obligatione generali locum habet, *l. hac edictali. §. in omnibus. & ibi Bald. num. 8. C. de secund. nupt. l. si quis. §. in illo. & ibi Bald. num. 2. C. eod. tit. l. 3. & ibi Bald. num. 1. C. de priuileg. fisc. Bal. l. 1. num. 11. ff. solut. matrim. idemq; Bald. in l. cum oportet. §. sed cum tantas. C. de bon. quæ lib.*
11 Et is cui generaliter bona omnia obligata sunt, in omnibus bonis etiam postea quæsitis, præfertur posteriori creditori, cui

ri, cui ſimiliter omnia bona generaliter obligata ſunt, licet hæc bona poſt ſecundam obligationem adquiſita fuerint, *l. fin. in prin. & ibi Bart. ff. qui potior. in prin. habeant. Bart. & Bald. l. idemq́. §. fin. ff. eod. tit. & in l. licet. C. eod. tit.* niſi ſecundus creditor cui ſimiliter omnia bona obligata ſunt, ſit debitor priuilegiatus, qualis fiſcus, mulier in dote ſua, & pupillus in bonis tutoris, tunc enim ſecundus creditor in bonis poſtea quæſitis primo creditori, qui generalem hypothecam habet, præfertur *l. ſi is qui. & ibi Bart. ff. de jur. fiſc.* In hac tamen generali obligatio- 12
ne bonorum ſuorum tàm expreſſa quàm tacita, non intelligitur quis obligaſſe bona heredis ſui, *l. Paulus. in prin. ff. de pignorib.* item nec ea quæ ipſe ſpecialiter vel omnino vel abſque pœna obligare non potuit, *Bart. l. codicillis. §. inſtituto. ff. de legat. 2.* Similiter nec ea, quæ quis veriſimiliter in ſpecie obligaturus non erat, in generali pignore vel hypotheca comprehenduntur, *l. 1. C. quæ res pignor. obliga. poſ. arg. c. 2. de offic. vicar. lib. 6. c. in generali de reg. jur. lib. eod.* Ideoq́ue in generali obligatione bonorum nemo creditur ea obligaſſe, ſine quibus ipſe commodè atque honeſtè viuere non poteſt, quales ſunt veſtes, lectuli, item libri ſcholarum & arma militum, *l. obligatione. ff. de pignor. Ang. §. item Seruiana. & ibi Iaſon num. 63. & 64. infra de action.* Cæterum illæ res quas alioquin alienarè prohibitum eſt, pignori tamen dare licet, ſub generali hypotheca, ſiue pignore tàm expreſſo quàm tacito comprehenduntur, *Bart. l. ſi conſtante. in princip. num. 72. ff. ſolut. matrimon. Iaſon l. final. num. 80. de jur. emphyteu.* Rebus quo- 13
q́ue certis pignus contrahi poteſt, ſiue illæ res ſint vniverſales, qualis eſt dos, grex & ſimilia, *l. ſatis. C. in quib.*

cauſ. pign. tac. contrah. l. grege. in prin. ff. de pignor. ſiue ſint ſingulares, qualis eſt, domus, fundus, &c. *l. ſi fundus. in prin. ff. de pignorib. l. fideiuſſor. §. pater. ff. eod. tit.* itemq; ſiue ſint res corporales ſiue incorporales, *l. ſicut in prin. ff. quib. mod. pign. toll.* Ideoq; receptum eſt, vſum, vſumfructum, ſeruitutes ruſticorum prædiorum, vectigalia, quidagia, pedagia, ſalinaria & ſimilia jura, quæ re continentur, ſiue rei cohærent, pignori dari poſſe, dummodo tamen ex illis juribus vtilitas ſiue commodum aliquod percipi poſſit, *l. ſi is qui. §. vſusfructus. & §. fin. cum l. ſeq. & ibi Bart. ff. de pignorib.* Nomina quoq; debitorum pignori obligari poſſunt, *l. nomen. C. quæ res pign. oblig. poſ. l. ſi conuenerit. in prin. la. 2. ff. de pign. act.* Et non tantum eæ res, quæ in rerum natura ſunt, ſed etiam quæ in rerum natura in præſentiarum non ſunt: ſed tamen ſperantur futuræ, vt ſunt fœtus pecorum, partus ancillarum, fructus naſcituri, pignori dari poſſunt, *l. & quæ nondum. in prin. ff. de pignor.* Cæterum ſunt aliquæ res, in quibus pignus conſtitui non poteſt. Namq; eæ res, quæ in communi hominum commercio non ſunt, quales ſunt res ſacræ, religioſæ, item liberi homines, pignori dari nequeunt, *l. ſi monumento. l. qui filios. C. quæ res pign. dar. poſ. l. fin. ff. eod. tit.* Similiter nec ea quæ ad culturam agrorum deſtinata ſunt, pignoris nomine obligare licet, *l. executores. l. pignorum. & Auth. Agricultores. C. quæ res pign. dar. poſ.* Feudum quoq; pignori dare Vaſallis interdictum eſt, *c. 1. in prin. & ibi Dd. de prohib. feud. alien. per Frideric.* Similiter nec ſeruitutes vrbanorum prædiorum oppignorare permiſſum eſt, *d. l. ſi is qui. §. fin.* Eodem modo juriſdictiones, & ſimilia jura quæ potiſſimum in perſonas exercentur, pignori concedere prohibitum eſt, *Bart. d. l. ſi is qui. §. fin. Felin. c. ad audientiam. num. 5.*

num. 5. extra, de praescript. arg. l. Titius. ff. de action. empt. l. is qui inuitus. & l. generaliter. ff. de fideicom. libertat. facit quod tradit Alex. Ias. & Dec. *l. debitorum. C. de pact. Felin. c. dilecti. extra de maiorit. & obed.* nisi maxima necessitate imminente, *arg. l. 1. C. de oper. libert. glos. & Dd. l. pro hered. §. si quid tamen. ff. de adquir. hered.* Res quoq; in dispositione fauorabili, statuti, testatoris vel contrahentium alienari vetita, pignori dari non potest, *l. fin. C. de reb. alien. non alien.* In dispositione verò stricta atq; odiosa, res alienari prohibita, in pignus concedi potest, *arg. l. in quorum. & ibi Bart. ff. de pignor. Bald. d. l. fin. C. de reb. alien. non alienand.* nisi illa res vel pro tanta pecunia obligetur, vt non sit verisimile debitorem hoc pignus luiturum, *l. qui habebat. & ibi Bart. ff. de legat. 3. Bart. d. l. in quorum. Ias. l. fin. num. 81. C. de iur. emphyt.* facit quod tradit Alex. & Ias. *l. sciendum. §. si fundum. ff. qui satisd. cogant.* vel nisi geminata prohibitio alienandi interuenerit, *Socin. cons. 75. nu. 3. lib. 1.* Rem quoq; suam quis tantum pignori obligare potest, *l. quae praedium. C. si res alien. pign. dat. fuer. l. qui filio. C. quae res pign. oblig. pos.* Et cum rei suae appellatione contine- 14
antur omnes illae res quae vendicari possunt, siue quis earũ rerum habeat plenum siue etiam directum vel vtile vel etiam quasi dominium tantum, *l. seruos. & l. seq. ff. de legat. 3. l. quintus. §. argento. & ibi Bart. ff. de aur. & arg. legat.* placuit pignus subsistere siue creditori quis obliget eam rem in qua plenum dominium habet, *glos. & Bart. l. 1. in prin. ff. de pignor.* siue etiam eam in qua directum tantum dominium habet: ideoq; dominus feudi vel emphyteusis, in quibus directum tantum dominium habet, ratione sui directi dominij, feudum vel emphyteusin alteri in pignus concedere potest, *Bald. c. 1. in prin. num. 2. & ibi Matth. de*

Afflict. 13. notab. num. 62. de prohib. feud. alien. per Frider. Similiter & is qui vtile dominium in aliqua re habet, qualis est emphyteuta, conductor ad longum tempus, is cui res in liuellum vel precariam concessa est, item & is qui superficiem in aliquo fundo emptionis vel alio titulo adquisiuit, hanc rem in qua vtile dominium habet, pignoris nomine alteri obligare potest, *l. tutor. §. fin. cum l. seq. ff. de pignor. action. l. grege. §. & in superficiariis. ff. de pignor. l. lex vectigali. ff. eod. tit. l. etiam superficies. ff. qui potior. in pign. habeant. Iason l. fin. num. 79. C. de jur. emphyt.* Is quoq; qui rem aliquam bona fide, & iusto titulo possidet, quia quasi dominium in ea re habet, atq; pro illa publicianam intentare potest, hanc rem alteri oppignorare potest, *l. si ab eo. ff. de pignor. glos. & Bart. l. rem alienam. ff. de pignorat.*
15 *act. Ang. & Iason §. item Seruiana. instit. de action.* Praeterea, cum res mihi cum alio communis pro parte mea sit, *l. serui electione. §. 1. & ibi Bart. Bald. Alex. & Ias. ff. de leg. 1.* etiam eam rem quae mihi cum alio communis est, pro parte mea pignori dare possum, *l. si fratres. C. commun. vtriusq. jud. l. 1. C. si res commun. pig. dat. fuer. l. si consensit. §. fin. ff. quib. mod. pign. vel hypoth.* Quod tamen ita demum verum est, si ego portionem meam illius rei, quae mihi cum alio pro indiuiso communis est, pro indiuiso pignori dedero: Namq; si portionẽ meam illius rei quae mihi cum alio pro indiuiso communis est, ego pro diuiso alteri oppignorauero, ex hoc negotio creditori non integra portio ipsi in pignus concessa, licet illa meam portionẽ quam pro indiuiso in pignore habeo non excedat, sed tantum illius portionis dimidia pars pro indiuiso obligatur, *Corn. cons. 266.*
16 *num. 10. lib. 1.* In re autem aliena pignus constitui nullo modo potest, nisi illud fiat domino rei vel consentiente

vel

vel ratum habente, *l. aliena res. in prin. ff. de pignorat. act.* vel nisi ipsi debitori res aliena fuerit debita, *l. 3. §. cum ex causa. ff. qui potior. in pign. habeant. glos. l. 1. in prin. ff. de pignoribus.* vel nisi res aliena sub ea conditione obligetur, si illa debitoris propria facta fuerit, tunc enim si illa propria debitoris facta fuerit, pignus conualescit, *l. grege. §. aliena ff. de pignoribus.* Illa quoque res quæ mihi rectè 17
atque legitimè pignori data est, licitè rursus à me pignori obligari alteri potest, licet illa aliena sit, *l. 1. C. si pign. pignor. dat. fuer. l. grege. §. cum pignori. ff. de pignoribus.* Quod non primo & secundo, sed etiam tertio, quarto & in infinitum creditoribus facere permissum est, *Ang. d. l. 1. C. si pign. pignor. dat. fuer. Alexand. l. qui bona. §. huic stipulationi. num. 4. ff. de damn. infect. Ang. de Clau. in sua summ. num. 7.* Quamuis contrarium, sed minus rectè sentiat Specul. *§. 1. vers. sed cum pignus de pignoribus. Rom. d. §. huic stipulationi. Abb. c. cum contra. extra de pignoribus.* Extra autem hos casus, si qui rem 18
alienam pignori dederit, si quidem ignoranti, creditor & contraria pignoratitia, & stellionatus actione contra debitorem agere potest, *l. tutor. §. contrariam. ff. de pignor. act.* Et si debitor fuerit effectus dominus huius rei pignori datæ, quia videlicet ipse vel ex testamento vel ab intestato domino rei successit, vel aliis modis, hoc pignus rei alienæ confirmatur, atq; creditori actio vtilis hypothecaria huius pignoris nomine conceditur, *l. rem alienam. & ibi Bart. & Bald. ff. de pign. action.* licet secus sit si dominus rei alienæ succedat debitori, qui illam rem pignoris nomine alij obligauit, tunc enim pignus rei alienę non nisi quo ad retentionem confirmatur, *d. l. rem alien. & ibi Bart.*

glos. & Bart. l. si Titio. ff. de pignorib. Bart. l. cum vir. ff. de
19 *vsucapion.* Scienti autem si res aliena pignori obligata fuerit, ipsi neq; contraria pignoratitia actio datur, *d.* §. *contrariam.* neq; si debitor post hunc contractum initum dominium pignoris consecutus fuerit, creditori vtilis hypothecaria actio conceditur, sed se tantum retentione rei pignoratæ iuvare potest, *l. 1. in prin. & ibi glos. & Bart. ff. de pignor.* Re tamen aliena pignori data, soluto debito, debitor hanc rem pignoratitia actione repetere potest, nec creditori permittitur, debitorem agentem exceptione dominij tertij repellere, *l. si rem alienam.* §. *is quoq;. ff. de pignor. act.* & omnes etiam fructus ex hac re perceptos debitori restituere tenetur, *l. si pignore.* §. *si prado. ff. de pignor. action.* & si hoc pignus vendiderit, ratione precij inde irreuocabiliter percepti, si ad summam debiti ascendat, debitor liberatur, *l. rescripto.* §. *1. ff. de distract. pignor.* Possessionem quoq; quam debitor in re aliena habet pignori dare po-
20 test, *Bart. l. rem alienam. num. 7. ff. de pignorat. action.* Et hoc quo ad res quæ pignori dari possunt: nunc indicabimus, quibus modis pignus constitui possit. Et dubium non est pignus rei traditione interueniente contrahi posse, *vt hîc, & l. 1. in prin. ff. de pignor. act.* Imò hoc pignus, quod rei traditione interueniente constituitur, propriè pignoris appellatione continetur, potissimum si res mobilis pignori data fuerit, *l. plebs.* §. *pignus. ff. de verb. signif. l. si rem alienam.* §. *inter pignus. ff. de pign. act.* §. *item seruiana. in-*
21 *stit. de action.* Ideoq; si in aliqua dispositione simpliciter fiat mentio pignoris, hæc dispositio tantum in pignore rei traditione interueniente contracto locum habet, nec ad pignus consensu constitutum extenditur, *Bart. d.* §. *inter pignus.* Quod tamen tantum in dispositione odiosa & stricta, non

cta, non autem in fauorabili procedere affirmat *Felin. c. cum aliquib. extra de sentent. & re jud. Dec. l. creditor. ff. si cert. petat.* Et hoc casu quo pignus re contrahitur, domini- 22
um rei pignoratæ apud debitorem remanet, nec ad creditorem transfertur, *l. cum & sortis. §. fin. ff. de pignor. action. l. si cum venditor. in prin. ff. de euiction.* Possessio tamen rei 23
ex conuentione pignori datæ in creditorem transfertur, *l. serui nomine. ff. de vsucap.* præterquam quo ad vsucapionem, *d. l. serui nomine.* noxale judicium suscipiendum, *l. si seruus depositus. §. 1. ff. de noxal. act.* item & satisdationem ju- 24
dicio sisti euitandam, *l. sciendum. §. creditor. ff. qui satisd. cogant.* In prætorio autem pignore possessio non transfertur in creditorem, *l. 3. §. fin. ff. de adquir. possess. l. si duo. §. creditores. & ibi glos. ff. uti possid. glos. & Bart. l. 1. ff. de pign. action.* Nudo quoq; atq; solo consensu, absq; traditio- 25
ne rei pignus contrahi posse dubio omni caret, *l. si tibi. §. de pignore. ff. de pact. l. 1. in prin. ff. de pign. action. l. contrahitur. ff. de pignor. l. cum constet. C. quæ res pign. l. 2. C. de remiss. pign. §. item Seruiana. infra de action.* Quod tamen propriè non pignus sed hypotheca nominatur, *d. §. item Seruiana. & d. §. propriè pignus*, & nulli alij quàm conuentionali pignori conuenit: nam prætorium pignus, non nisi re constitui potest, *l. non est mirum. ff. de pignor. action.* Præterea 26
pignoris contractus expressè & tacitè iniri potest. Et di- 27
citur expressè pignus constitutum, si hoc ex illis quæ inter contrahentes quibuslibet verbis vel signis aguntur, colligi possit, *arg. l. contrahitur. ff. de pignor. Bald. l. fin. C. quæ res pign. oblig. pos.* Ideoq; pignus contractum censetur, si quis sub rebus suis vel periculo rerum suarum mutuam pecuniam acceperit, *d. l. fin. C. quæ res pign. oblig. pos. l. Codicillis. §. instituto. & ibi Bart. num. 2. ff. de legat. 2. & item in l. fundus. ff.*

dus. ff. de annu. legat. Cranet. conf. 20. num. 10. lib. 1. vel si pignore aliter non constituto concedat creditori licentiam res suas vendendi, *l. 3 § fin. & ibi Bart. & Bald. ff. qui potior. in pign. hab.* vel propria auctoritate occupandi aut apprehendendi, *Bald. l. creditores. num. 3. C. de pignori-*
28 *bus.* Tacitè verò pignus contractum dicitur, quando cessante partium conuentione lex obligationem pignoris
29 inducit, quod aliquibus casibus fit. Namque primo tam pro dote promissa bona promittentis, quàm pro dote restituenda omnia bona mariti, taciti pignoris vinculo tenentur, *l. 1. §. & vt plenius. C. de rei uxor. act. Ang. &*
30 *Iason §. fuerat. instit. de action.* Similiter & pro donatione ante nuptias, *l. si constante. § jura. C. de donat. ante nupt. l. vbi ad hoc. & ibi glos. C. de jur. dot.* & pro bonis paraphernalibus vxori omnia bona mariti obstricta sunt, *l.*
31 *fin. C. de pact. conuent.* Eodem modo tàm patris quàm matris bona qui ad secundas nuptias transierunt, filijs prioris matrimonij pro restituendis ijs ipsis rebus, quas à coniuge prioris matrimonij lucrati sunt, taciti pignoris vinculo nexa sunt, *d. l. hac edictali. § in omnibus. l. si quis.*
32 *§. in illo. C. de secund. nupt.* Patris quoque bona, qui filij sui aduentitia bona ratione vsusfructus quem in illis habet, administrat, ipsis filijs tacitè obligata sunt, *l. cum*
33 *oportet. §. fin. C. de bon. quæ lib.* Sicut & tutoris vniuersum patrimonium pupillo & curatoris adulto vel furioso propter administrationem tutelæ vel curæ tacitè deuincta sunt, *l. de creationibus. C. de Episcop. audient. l. pro of-*
34 *ficio. C. de administ. tutor.* Itidem si mater, quæ tutelæ vel curæ filiorum suorum munere fungitur, ad secundas nuptias transeat, non reddita filijs pro administratione tutelæ

telæ vel curæ ratione, neque alio tutore vel curatore petito, omnes res illius viri cui nubit, pro ratione administrationis ipsius tacitè nexa sunt, *l. si mater. C. in quib. caus. pign. tacit. contrah.* Administratoris etiam ecclesiæ facul- 35
tates ecclesiæ tacitè obligatæ sunt, *c. illud. 13 q 2. glos. & Abb. c. ex literis. extra de pign.* Sicut & eius qui cum fisco quolibet modo contrahit, ipsi fisco. *l. 1. & l 2. C. in quibus caus. pig. tacit. contrah. l. semper. §. conductores. ff. de jur. immun.* Huc accedit, quod ea quæ non temporalis vsus 36
gratia, sed eo animo, vt ibidem eousque donec ibi conductor degit, à conductore in prædium vrbanum etiam domino ignorante inuehuntur vel inferuntur, tam pro pensione quàm pro deterioratione prædij, nec non & pro omnibus alijs ad quæ conductor, ratione huius contractus obligatus est, locatori taciti pignoris nomine obstricta sunt, *l. item quia. in prin. & ibi Bart. Bald. Alex. & Iason. ff. de pact. l. debitor. ff. de pignor. l. 2. l. 3. & l. 4. ff. in quibus caus. pign. tacit. contrah. l. certi juris. C. locat. l. si non inducta. & l. fin. C. in quibus caus. pign. tacit. contrahat.* in prædium autem rusticum demum sciente & volente domino inuecta & illata tacitè obligantur, *d. l. certi juris. & ibi Bald. Angel. & Iason §. item Seruiana. infra de action.* Fructus verò in prædijs conductis nati, indistinctè pro contractu conductionis obligati sunt, *l. in prædiis. ff. in quibus caus. pign. tacit. contrah. l. si servus communis. §. locaui. & ibi glos. verb. conuenit. ff. de furt.* Is quoq; qui ad ædificium restituendum 37
vel reficiendum, nauem vel reficiendam vel armandam pecuniam mutuam dedit, pecunia in hanc rem versa, tàm nauem quàm domum huius rei nomine tacitè obligatam

 habet,

habet, *l. 1. ff. in quib. cauſ. pign. l. interdum. ff. qui potior. in*
38 *pign. hab. Iaſ. & Dec. l. creditor. ff. ſi cert. petat.* Item & is, qui ad comparandas merces vel alias res pecuniam mutuo dedit, mercibus vel rebus ex hac pecunia empta, in hiſce tacitam hypothecam conſequitur, *gloſ. Auth. quo iure, ver. perſonali. C. qui potior. in pign. hab. Alex. l. ſi cum dotem. §. fin. num. 5. ff. ſolut. matrim. Iaſ. d. l. creditor.* Quamuis hoc caſu contrarium teneat, illudq́; communiter receptum eſſe dicat Salic. *d. Auth. quo iure Ant. de Fano in tractat. de pign.*
39 *5. part. princ. 4. ampliat. num. 5.* Eodem modo & legatarijs & fideicommiſſarijs, omnia bona teſtatoris pro legato vel fideicommiſſo ipſis relicto tacitè nexa ſunt, *l. 1. & ibi Bald. & Dd. C. commun. de legat. §. & noſtra autem conſti-*
40 *tutio. inſtit. de legat. Dd. in l. 1. ff. eod. tit.* Vltimo quoq́; ſi alteri res certa pro pecunia mutua vel alio credito obligata ſit, etiam omnes fructus, partus, fœtus, reliquaq́; ex illa re percepta pro illo credito tacitè obligata cenſentur, *l. quamuis. C. in quib. cauſ. pig. l. 1. & l. 2. C. de pignor. a-*
41 *ction. l. grege. in prin. ff. de pignor.* Simili modo & omnia ea, quę vel naturaliter, per alluuionem nempe, vel ciuiliter per vſucapionem videlicet, vel aliis modis rei pignoratæ accedunt, tacitè eodem pignoris vinculo obſtricta ſunt, *l. ſi conuenerit. §. 1. ff. de pign. act. l. ſi fundus. in prin. ff. de pi-*
42 *gnor. Bart. l. 1. §. 1. ff. eod. tit.* Et hæc vnà cum re principali pignori data, non tantum pro ipſo principali debito, ſed etiam pro vſuris, pœnis, intereſſe, reliquisq́; ad quæ debitor ratione principalis contractus obligatus eſt, nexa tacitè cenſentur, *arg. l. quaero. & ibi Bart. ff. de locat. l. centum Capuæ. & ibi Bart. Bald. & Iaſ ff. de eo quod cert. loc. l. grege. §. fin ff. de pignorib. Bart. & Bald. l. ſolutum. §. ſi non ſortem. ff. de pignor. act. text. l. ſi quis pro eo. §. ſi nummos. ff. de fideiuſ-*

de fideiussor. Bart. l. pignor. C. de vsur. Quod non tantum 43
in expresso, sed etiam in tacito pignore vel hypotheca locum habet: nam & hoc non tantum pro principali debito, sed etiam pro vsuris, fructibus, interesse, reliquisq; accessoriis nexum censetur, *Bart. & Alex. l. si cum dotem. §. sin autem in saeuissimo. ff. solut. matrim. Ang. §. fuerat. nu. 11. & ibi Ias. nu. 42. & 43. infra de action. Bald. l. 1. §. & vt plenius. C. de rei vxor. act.* Quae sententia mihi magis placet, quamuis contrarium sentiat Socin. *cons. 41. lib. 4.* Hoc ta- 44
men ita demum verum est, nisi quis vel pro sorte tantum, vel pro certa summa credita pignus dederit, *d. §. si non sortem. & ibi glos. Rom. cons. 507. & ibi Horat. Mandos. in addit. facit l. fideiussores magistratuum. §. pro Aurelio. ff. de fideiussor.* vel nisi haec poena, vel interesse non ratione contractus vel rei in contractum deductae, sed vel ratione loci, delicti vel contumaciae extrinsecus extra naturam contractus debeatur: tunc enim pignus simpliciter datum, pro his obligatum non censetur, nisi haec poena vel interesse, jam tum cum pignus dabatur debitum fuerit, *l. 1. & ibi Bart. Bald. Alex. & Ias. ff. de in lit. jurand. d. l. si fideiussores magistratuum. in prin. l. libertus. §. fin. ff. ad municip. Ias. & Dec. l. creditor. ff. si cert. petat.* vel nisi haec accessoria tantum naturaliter debita sint, *Bald. d. §. si non sortem.* Eandemque 45
item rem quam pignori traditam accepit, creditor debitori restituere debet, vt hîc, sed hanc rem non aliter reddere vel restituere cogitur, nisi vniuersum debitum ipsi solutum fuerit. Nam quamdiu aliquid vel modicum ex solutione debiti restat, pignus non liberatur, *l. his consequenter. §. Celsus. ff. Famil. hercisc. l. heredis. §. idem juris. ff. eod. tit. l. si rem. §. omnis. ff. de pign. act. l. quamdiu. C. de distract. pignor. l. 2. C. debit. vend. pign. imped. non pos.* Sublato autem

debito principali pignus liberatur: Ideoq; soluto debito, siue hæc solutio ipsi creditori, siue etiam alij, à quo verè vel fictè debitum solutum ad creditorem peruenit, facta fuerit, item siue ipse debitor, siue alius quidam hoc debitum soluerit, pignus liberatur, *l. Paulus.* §. *1. ff. quib. mod. pign. l. item liberatur. in prin. ff. eod. l. solutum.* §. *solutam. ff. de*
46 *pignorat. act.* Idem est si creditori volenti & consentienti alio modo quàm solutione de debito satisfactum fuerit, *l. soluitur.* §. *1. & l. pen. ff. quibus mod. pign. d. l. item libera-*
47 *tur. in prin.* Item si debitor ex fructibus, pensionibus, operis, aliisque commodis rei pignoratæ tantum vel percepit vel percipere potuit, quod summæ crediti sui æquipolleat, pignus liberatur, *c. cum contra. & ibi Abb. extra de pignor. l. 1. & l. 2. ibiq. Bart. & Bald. C. de pignor. action. l. fin. & ibi Bald. C. de par. pign. l. 1. & ibi Bald. C. de distract. pign. glos. art. 24.* Landrecht *lib. 2. glos. c. 55.* Lehn-
48 recht. Chilian König *c. 103. in proces.* Debito quoque sublato pacto transactione, jureiurando vel sententia pignus liberatur, *d. l. soluitur. in prin. l. antep. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. l. si tibi.* §. *de pignore. & ibi glos. & Dd. ff. de pact. glos. l. 2. C. de luit. pign.* quinimo etiamsi pactum de non petendo sit inefficax, si tamen causa sit talis, quæ pactum de remittendo principalem obligationem ad pignus non extendat, *l. debitum. C. de remis. pign.* nihilominus pignus liberatur, *l. 1.* §. *1. & ibi Bart. & Bald. ff. quib. mod. pign. Socin. cons. 41. num. 34. lib. 4. facit quod notot Bart. Alex. & Iason in l. fideiussor. in prin. ff. de legat. 1. Dec. c. præterea. &*
49 *c. prudentiam.* §. *si verò extra de offic. judic. deleg.* Nouatione quoque debiti facta pignus tollitur, *d. l. solutum. in prin. l. nouatione. ff. de nouat. Bart. l. aliam. ff. eod. tit. text. l. 1. in prin. C. etiam ob chirograph. pecun. l. si paternam. & ibi Bald.*

ibi Bald. C. ad SC^tm. Velleian. Aliqui tamen casus notabiles reperiuntur, in quibus principali obligatione sublata, pignus siue hypotheca firma remanent; Et primum, debito principali per præscriptionem sublato pignus non tollitur, *l. cum notißimi. §. 1. & ibi Bart. & Bald. C. de præscript. 30. vel 40. annor. glos. & Bald. l. 2. C. de luit. pign. Bart. in l. fideiussor obligari. in prin. ff. de fideiussor. Alexand. l. debitor. num. 3. ff. ad SC^tm. Trebell.* Secundo, si tertius possessor vsucæperit vel præscripserit pignus, per quàm præscriptionem licet ipse domnium vsucæperit, tamen contra hypothecariam actionem exceptionem non adquisiuit, *l. 2. in prin. ff. de vsucap. pro hæred. l. justo. §. non mutat. ff. de vsucap. l. 1. §. cum prædium. ff. de pignor. l. vsucapione. C. eod. tit.* Hoc casu si debitori soluenti debitum suum creditor hypothecariam actionem cedat, licet per solutionem principalis actio sublata sit: debitor tamen ex persona creditoris, rectè hypothecaria actione contra tertium possessorem experiri potest, *Bart. & Bald. d. §. cum prædium. glos. & Bald. d. l. vsucapione. Bart. d. l. fideiussor obligari. in prin. Bald. l. fin. C. de heredit. & act. vend.* Tertio si exceptio per quam principalis obligatio perimitur, non sit realis sed personalis tantum, sublata principali obligatione, pignus vel hypotheca durat, *arg. l. fin. in prin. ff. de jurejur. l. vbicumq. & ibi glos. & Bart. ff. de fideiussor.* Quarto licet sublato debito principali & pignus quoque tollatur: Si tamen debitor creditori etiam ex alia causa, pro qua ipsi specialiter vel generaliter hoc pignus non obligauit, ciuili & naturali jure obstrictus sit, permittitur ipsi hoc pignus retinere, donec ipsi & de alio debito satisfiat, *d. l. 1. C. etiam ob chirograph. pecun.* Quinimo etsi creditor

50 (margin, at "Aliqui tamen casus notabiles"); 51 (margin, at "Quarto")

creditor qui pignus posſidet ſoluto ſibi debito pro quo hoc pignus retinere potuit, pignus errore ductus non retinuit ſed reſtituit, hoc condictione incerti repetere poteſt, *Bald. d. l. 1. C. etiam ob chirograph. pecun. pign. retin. poſ.* Quod tam in pignore cõuentionali quàm prætorio vel iudiciali, *gloſ. & Bald. d. l. 1. C. etiam ob chirograph. pecun.* item tam in tacito quàm expreſſo pignore locum habet, *Ang. §.*
52 *item Seruiana. num. 5. & ibi Iaſ. nu. 22. infra de action.* Sed tamen tantum procedit, ſi ipſe principalis debitor rem ſuam pignori dederit: ſecus eſt ſi alius pro debitore principali rem ſuam, vel etiam ipſe principalis rem alienam domino conſentiente obligauerit, *gloſ. d. l. 1. arg. l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locati.* Item, locum non habet hæc retentio pignoris, vel contra ſecundum creditorem vel etiam contra tertium qui hanc rem à debitore emit, *d. l. 1. & ibi gloſ.* Eodem modo hac retentione vti creditor non poteſt, ſi tacitè vel expreſſè contrarium actum fuerit, *d. l. ſolutum. §. ſi non ſortem. & ibi gloſ. Bart. & Bald. ff. de pignor. act. gloſ. l. per retentionem. C. de vſur. Bart. & Bald. l. 1. C. etiam ob chirograph. pecun.* Idem eſt ſi hoc debitum pro quo creditor vult pignus retinere, ſit debitum naturale tantum, *arg. d. l. per retentionem. & ibi gloſ. d. §. ſi non ſortem. Bart. & Bald. d. l. 1.* Simile eſt, ſi hoc debitum quidem vtroq; jure tam ciuili quàm naturali debeatur, ſed ſit debitum odioſum, vſurarium puta vel pœnale, *d. l. per retentionem. & ibi gloſ. & Bald. l. pignoribus. & ibi Bart. & Bald. C. de vſur. Bart. & Bald. d. l. 1. C. etiam ob chirograph. pecun.* Vltimo hæc retentio locum non habet, quam creditor qui debitorem ex duabus cauſis obſtrictum habet, pro vnoquoque debito pignus ſeparatum habet, tunc enim ſi ipſi vnum debitum ſit ſolutum, huius debiti pignus pro alio

alio retinere non potest, *Bald. d. l. 1. col. fin. C. etiam ob chirograph. arg. l. fin. C. de pact. conuent.* Pro huius tamen dicti veritate vide quæ notat *Bart. & Alex. l. si cum dotem. in prin. ff. solut. matrim. Ias. §. item Seruiana. instit. de action. Ias. l. 2. C. de jur. emphyteut.* Ipse quoq; creditor principalis hoc jure tantum vti potest, cæterum hoc alij cedere minime illi licet, *Bald. l. consentaneum. num. 33. C. quomod. & quand. jud.* Præter hæc & aliis quibusdam modis, pignus etiam remanente saluo debito principali liberatur, vtputa, si pacto tacito vel expresso pignus creditor remisit, *d. l. soluitur. in prin.* quod fit, si venditioni, donationi, vel alio titulo, factæ irreuocabili alienationi pignoris à debitore, creditor tacitè vel expressè simpliciter consenserit, *l. si debitor. §. 1. & l. sicut. §. si voluntate. & l. Titius. ff. quib. mod. pign. toll. l. 1. & l. 2. & l. si eo tempore. C. de remiss. pignor. junct. l. voluntate. ff. quib. mod. pign. d. l. sicut. §. superuacuum.* Idem est si consensu creditoris debitor hanc rem alij pignori dederit, *l. Lucius. & l. Paulus. in prin. ff. quib. mod. pign.* vel si cautionem, qua conscriptum est, pignus hoc, creditori datum, creditor debitori reddiderit, *l. creditricem. C. de remiss. pign. facit. l. Labeo. & ibi Dd. ff. de pact.* Resoluto quoq; jure dominij, quod debitor in pignore habuit ex causa necessaria pignus liberatur, *l. 3. & l. 4. ff. quib. mod. pig. l. si ex duobus. §. 1. ff. de in diem addit. l. lex vectigali. ff. de pignorib. c. cum contra. & ibi Abb. extra eod. tit.* Por- 53
rò cum contractus pignoris, vtriusq; tam creditoris quàm debitoris gratia celebretur vt hic, certi juris est, tam creditorem quàm debitorem in hoc contractu de dolo, lata atq; leui culpa obligari, *l. si cum venderet. §. fin. cum l. seq. junct. glos. ff. de pignor. act. l. si seruus communis. §. quod si sciens. ff. de furt.* Namq; hæc in omnibus contractibus vtri-

usq; gratia celebratis præstari solent, *l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commod. l. contractus. ff. de reg. jur.* Quod tamen in pignore prætorio vel judiciali non procedit: in his enim creditor tantum de dolo & lata culpa tenetur, *l. prætor. §. est præterea quæsitum. ff. de bon. auctor. jud. possid. glos. l. 1. ff. de pignor. act.* Periculum autem casus fortuiti ad debitorem, qui est dominus pignoris spectat, *l. pignus. C. de pignor. act.* Creditor autem de casu fortuito non tenetur, *l. si inter. §. quidquid. ff. de pignor. l. quæ fortuitis. C. de pignor. act.* exceptis tamen illis casibus in quibus commodatarium & depositarium de casu fortuito obligatos esse supra indicauimus; vel si creditor eo casu, quo pignus non possidet, in se recipiat simpliciter pignoris periculum: In his enim casibus creditor de casu fortuito obstrictus est, *Bart. l. sed etsi. §. quæsitum. ff. si quis caut.* licet regulariter contrarium obseruetur. Ideoque quamuis pignus absq; dolo vel culpa creditoris interierit, tamen creditor à petitione sui debiti non excluditur, *vt hic, & l. seruo. C. de pignorib.* nisi hoc pacto expressè inter contrahentes conuentum fuerit, *d. l. quæ fortuitis.* vel nisi statuto aut consuetudine contrarium cautum fuerit, *glos. rub. C. de decret. decurion. lib. 10. Bart. & Alex. l. alia. §. eleganter. ff. solut. matrim. Bart. l. omnes populi. ff. de just. & jur. facit quod notat Alex. & Dec. in l. creditor. la. 2. ff. si*
54 *cert. petat.* Vnde in terris Saxonicis perempto pignore casu fortuito debitor liberatur. Expressè enim jure Saxonico cautum scimus: licet periculum casus fortuiti rei oppignoratæ ad creditorem non spectet: si tamen pignus casu fortuito fuerit peremptum, debitorem liberari, *art. 5.* Landrecht *lib. 3.* quum textum glos. fin. ibid. restringit vt tunc demum procedat quando constat atque liquet, cum

qui

qui pecuniam alteri credidit pignore accepto, nullam fidem posuisse in obligatione personæ, sed tantum pignori confisum; cui sententiæ & ego subscribo. Nam licet etiam secundum juris communis dispositionem dici possit, quando creditor qui pignus accepit, solummodo pignori, non etiam debitori confidit, siue tantum respectu pignoris & non personæ mutuam pecuniam dat, ipsum nullam actionem contra debitorem principalem habere, etiam pignore perempto, *Dec. l. creditor. num. 5. ff. si cert. petat.* atque ita hac interpretatione admissa, juris Saxonici constitutio superuacua reddi videatur, quod semper euitandum est, *arg. l. si quando. in prin. ff. de legat. 1. Iason l. 1. in prin. num. 42. ff. de offic. eius cui mand. est jurisd.* attamen cum hic creditor qui pignus accepit, certet de damno justè euitando, potius admittendum est, vt juris Saxonici dispositio hoc modo intellecta sit superuacua, quàm vt creditor contra naturalem æquitatem dispendium iniustum sentiat, *glos. l. fin. §. in computatione. & ibi Bart. Alex. & Ias. C. de jur. delib.* Pignus à pugno 55
denominatur, eò, quod res quæ pignori dantur, manu tradantur, *l. plebs. §. pignus. ff. de verbor. signif.* Pignoris species aliquæ patent ex ijs quæ circa definitionem pignoris diximus. Namque primò diuiditur in pignus quod consensu, & quod re contrahitur: Secundò diuiditur in pignus tacitum & expressum: Tertiò vltra hæc pignus aliud est cōuentionale, aliud prętoriū, aliud judiciale.
Conuentionale pignus illud dicitur, quod ex partium con- 56
uentione mediatè vel im̄ediatè descendit, germanicè appellatum willig pfand. Prętorium pignus illud appellatur, 57
quando judex nulla sententia præcedente aliquem in possessionem quorundam bonorum, vel causa damni infe-

cti, vel legatorum ſeruandorum vel ex alia juſta atq; probabili ratione mittit, *gloſ. 1. l. 2. C. de prætor. pign. gloſ. l. 2.*
58 *ver. pignore. C. qui potior. in pig. hab.* Iudiciale pignus illud dicitur, quando judex poſt ſententiam latam pro eius executione mittit actorem in poſſeſſionem bonorum rei condemnati, *Iaſon §. item Seruiana. num. 3. infra de action. Chi-*
59 *lian.* König. *in ſuo proceſ. cap. 103.* Et in quibus pignus conuentionale à cæteris pignorum generibus differat, *tradit gloſ. & Bart. l. 1. ff. de pign. act. Iaſ. l. à Diuo Pio. §. ſi pignora.*
60 *num. 2. ff. de re jud.* Pignoris ſubſtantialia ſunt, vt res aliqua ſingulariter vel vniuerſaliter conſentientibus partibus obligetur, item vt hæc obligatio fiat reſpectu certi debiti, item ne dominium rei pignoratę in creditorem transferatur, & vt eadem res reſtituatur, eo caſu, quo pignus ad
61 creditorem peruenit. Naturalia pignoris ſunt, vltra ea, quæ ex definitione pignoris colliguntur, vt ſumptus moderatos in pignus factos, etiam minimos, *l. ſi neceſſarias. in prin. & ibi gloſ. 2. ff. de pignor. act.* debitor agnoſcat, immoderati autem creditori imputentur, *l. ſi ſeruus. ff. de pign. act.* Item quod creditor, qui pignus non idoneum accepit, poſſit hoc non obſtante, integrum ſuum debitum actione perſonali conſequi, *l. creditor. la. 2. ff. ſi cert. petat. l. 1. & ibi Bald. C. de pignorib. Chilian.* König. *d. cap. 103.* niſi vel is qui pignus accepit non reſpectu perſonæ debitoris, ſed tantum reſpectu pignoris mutuam pecuniam dederit, *Dec. d. l. creditor. num. 6.* vel niſi is, qui hoc pignus accepit ſit Iudæus vel vſurarius manifeſtus: His enim caſibus, is, qui pignus accepit minus idoneum debitum ſuum quatenus excedit pignus, petere non poteſt, *Iaſ. d. l. creditor.* Huc accedit quod pignus in dubio præſumatur idoneum, *gloſ. l. 1. C. de pignor.* Ideoq; is qui pignus accepit debitorem à

quo

quo ipsi hoc pignus traditum est, suspectum allegare non potest, *Bald. Alex. & Ias. d. l. creditor.* Accidentalia pignoris sunt, si conueniat, vt debitor pignus vel vendere, *l. si conuenerit. la. 1. ff. de pignor. act.* vel propria auctoritate occupare possit, *l. creditores. & ibi Bart. & Bald. C. de pign.* & similia. Solennia pignoris sunt, ne res minorum immobilis vel etiam mobilis quæ vsu non consumitur, absq; decreto iudicis & tutoris auctoritate pignori detur, *l. 1. ff. de reb. eor. qui sub tutel. vel cur. sunt. l. lex qua tutores. C. de administ. tutor.* Porrò sciendum est, in pignore nos habere regulam, cum reliquis præponi, qui tempore prior est, *l. 2. & l. 4. C. qui potior. in pign. hab.* Quæ regula tam in conuentionali quàm judiciali pignore locum habet, *l. 3. & ibi Bart. Bald. Ang. C. qui pot. in pignor. hab. Bart. l. à Diuo Pio. §. super rebus. ff. de re judic. idemq; Bart. in l. cum vnus. in prin. num. 10. ff. de bon. auct. jud. posid. Alex. l. si finita. §. si plures. num. 3. ff. de damn. infect.* Item siue sit pignus generale siue speciale, *l. 2. ff. qui potior. in pign. hab. l. si generaliter. C. eod. tit.* item siue sit expressum siue tacitum, *l. 1. & ibi Bart. & Bald. C. Rem al. gerent.* item siue sit pignus eiusdem siue diuersi generis, vtputa, si vnus habeat pignus conuentionale, alius judiciale vel prætorium: nam vtroq; casu is qui tempore prior est, alijs potior habetur, *l. 2. C. qui potior. in pign. habeant. l. si postquam. C. vt in posses. legat. Dyn. c. qui prior num. 15. de regul. jur. lib. 6.* item siue debitum, cuius respectu pignus datur, sit purum siue conditionale, & illa conditio non sit sita in potestate debitoris, *l. qui balneum. in prin. & l. potior. in prin. ff. qui potior. in pign.* Quæ tamen regula fallit in eo casu, quando vterq; prætendit prætorium pignus, tunc enim is qui tempore prior est, reliquis non præfertur, *l. cum vnus. in prin. & ibi Bart. ff. de bon.*

62 63 64 65

auctor. judic. possid. Secundo hoc fallit, si res pignori secundo creditori data tacitè vel expressè, sit ex pecunia secundi creditoris empta, *l. licet. C. qui potior. in pign. habeant. l. fin. cum auth. quod obtinet. C. de pignorib. Capol. caut. 104. l. idemq. in prin. ff. qui potior. in pign. hab.* Tertio, hoc fallit in muliere respectu dotis, quæ omnibus anterioribus creditoribus habentibus tacitam hypothecam præfertur, *l. assiduis. C. qui potior. in pign. hab.* Quarto fallit si quis ad refectionē domus vel nauis pecuniam mutuo dederit, tunc enim domo vel naui ex hac pecunia refecta, creditor & tacitam hypothecam consequitur, & omnibus debitoribus, etiam quibus hæc domus vel nauis antea pignoris titulo obligata fuit præfertur, *l. interdum. ff. qui potior. in pig. hab.* Quinto hoc fallit, si tertius vel etiam vlterior creditor priori creditori pecuniam suam quam debitori mutuam dat, soluerit, *l. 1. C. qui potior. in pign. hab. l. fin. C. de his qui in prior. credit. loc. succed. l. potior. §. fin. ff. qui pot. in pign. hab.* vel etiam si ipse debitori eo pacto pecuniam mutuo dederit, vt & ipsi res alijs creditoribus obligata pinoris jure nexa sint, & vt hæc pecunia ei creditori cui hæ res primo obligatæ sunt soluatur, tunc enim primo creditori hæc pecunia soluta, ipse posterior creditor, omnibus creditoribus præcedentibus, qui huius rei hypothecam habent sequentibus tamen illum primum creditorem, in cuius locum hic posterior successit, præfertur, *l. Aristo. & ibi glos. & Bart. ff. quæ res pign. oblig. pos.* Sextò hoc fallit, si primus creditor qui pignus vel hypothecam habet, debitum suum animo nouandi à debitore stipulatus fuerit, & juxta hanc stipulationem conuenit, vt priora pignora ipsi & in hanc causam obligata sint; tunc enim licet per nouationem prior & obligatio & pignora sint penitus extincta, *l. nouare.*

l. nouare. & l. nouatio. ff. de nouat. l. 1. C. etiam ob chirograph. pecun. tamen ipse quo ad hæc pignora omnibus creditoribus, quibus post primam obligationem, & ante nouationem subsecutam hæ res oppignoratæ fuerunt, præfertur, *l. creditor. in prin. ff. qui potior. in pignor. habeant. l. si prior. in prin. ff. eod. tit.* Septimò hoc fallit si primo creditori debitor generaliter omnia sua bona, & specialiter res quasdam obligauerit, & postea secundo creditori, vel bona sua generaliter, vel certas quasdam res specialiter, priori expressè non obligatas pignori dederit, tunc enim si primus creditor ex rebus specialiter ipsi obligatis, totum debitum suum integrè consequi possit, alius creditor posterior, quo ad res primo generaliter obligatas potior habetur, *l. 2. & ibi Bart. & Bald C de pignor.* De huius tamen legis intellectu vide *Dn. Cardin. Parif. conf. 50. lib. 1. & conf. 103. lib. 3.* Porrò creditor potest pignus, postquam 66
debitor fuit in mora soluendi debitum, si hoc ei expressè concessum fuerit, etiam debitore non requisito vendere, *l. si conuenerit. la. 1. ff. de pignor. act. l. Titio. §. fin. & ibi Bart. ff. ad municip.* Si autem de hoc nullum pactum vel conuentio interuenerit, creditor demum denunciatione semel facta debitori, & post denunciationem biennio elapso, pignus vendere potest, *l. fin. C. de jur. domin. impetrand. glos. & Bart. d. l. si conuenerit.* Sin autem expressè actum fuerit, ne creditor pignus vendere possit, ipse demum trina denunciatione debitori præmissa, & expectato biennij lapsu pignus vendere potest, *d. l. fin. C. de jur. domin. impetr.* Vendito autem pignore, si ex venditione eius- 67
dem, creditor non tantum consecutus fuerit, vnde ipsi de credito suo integrè satisfiat, ipse nihilominus pro residuo actionem personalem contra debitorem intentare potest, *l. hypo-*

l. hypothecis. & l. quæ generaliter. C. qui potior. in pign. habeant.
68 *art. 70.* Landrecht *lib. 1.* Debitori autem pignore à creditore vendito non permittitur oblato precio venditori, pignus recuperare, nisi creditor eo pacto pignus vendiderit, vt debitori concedatur hoc pignus redimere, *l. si creditor. in prin. ff. de distract. pignor.* vel nisi fideiussor debitoris hoc pignus emerit, *l. 2. ff. de distract. pignor. l. 1. C. de dol.* vel nisi ipse creditor mediante alia persona à seipso pignus emerit, *l. & qui sub imagine. C. de distract. pign.* vel nisi ipse eo casu pignus vendiderit, quo ipsi pignus vendere non licet, *l. 2. C. si vend. pign. agat.* vel etiam si ipse in casu permisso pignus dolo vel mala fide distraxerit, illi, qui hujus doli conscius est: tunc enim si ipse creditor non sit solvendo, permittitur debitori oblato precio emptori, hoc pignus ab emptore recuperare, *l. 1. C. si vendit. pign. agat.*
69 Illud autem quod creditor ex venditione pignoris vltra summam crediti sui redegit, debitori restituere tenetur,
70 *l. fin. C. si vend. pig. agat.* Pacta quoq; omnia honesta atq; licita juxta contractum pignoris opposita, æquè valent atque tenent, ac si juxta quemlibet alium contractum opposita fuissent: excepto tamen pacto legis commissoriæ, vtputa, si creditor, qui alteri pecuniam mutuam sub certis pignoribus dat, cum debitore paciscatur vel conueniat, vt nisi debitor ipsi intra certum diem pecuniam debitam solvat, ipsi hæc pignora in solutum cedant: hoc enim pactum in pignoribus regulariter reprobatum est, *l. 1. & l. fin. C. de pact. pign. c. significante. & ibi Abb. extra de pignor. Bart. l. quamuis. ff. de solut. & l. Titius. ff. de pignor. act. Bald. Aluarot. præpos. & Matth. de Afflict. c. 1. in prin. de feud. dat. in vic. legis commiss. Carol. Molin. in tract. de commerc. quæst. 52. 53.*
71 *& 54. Alex. cons. 178. lib. 7. Capol. caut. 244.* Ex pignore duplex

duplex actio oritur, pignoratitia & hypothecaria. Pignoratitia actio alia est directa, alia contraria. Directa actio 72
pignoratitia illa dicitur, qua debitor soluto vel aliter extincto debito principali, contra creditorem agit, vt ipsi pignus cum omnibus fructibus omniq; emolumento, inde vel eius ratione percepto, restituat, *vt hic & l. si rem alienam. §. omnis. ff. de pignorat. act. l. creditoris. in prin. ff. de furt.* vel etiam si debitor contra creditorem ratione doli vel culpæ, circa pignus vel venditionem eius commissæ, vel ad hoc, vt ipsi actionem quam ex pacto, juxta venditionem pignoris in fauorem debitoris apposito consecutus fuit, cedat, experiatur, *l. si cum venderet per tot. ff. de pignor. act. l. 1. & ibi glos. verb. jubebit. C. si vendit. pignor. agat.* Et hæc actio demum debito soluto, ex præcedenti tamen contractu oritur, *glos. & Bart. d. §. omnis. glos. hic ver. actione,* & tam pro expresso quam tacitè pignore conuentionali competit, *l. solutum. §. solutam. ff. de pignor. action.* Pro pignore verò judiciali vel prætorio, debitori, actio in factum, *l. prator. in prin. ff. de bon. auct. jud. possid.* item & vtilis pignoratitia datur, *l. is cui. §. quæri poterit. ff. vti in posses. legat. Bart. l. 1. ff. de pignor. act.* Et non aliter locum habet, nisi pignus creditori traditum fuerit, *Bart. in §. Tertij. in Proëm. ff. tors.* Contraria pignoratitia actio illa dicitur, 73
qua creditor contra debitorem agit, quia videlicet ipse dolosè circa pignoris conuentionem vel traditionem vel etiam receptionem egit, vtputa si ipse creditori ignoranti rem alienam pignori dederit, *l. tutor. §. contrariam. ff. de pignor. act.* Idem est si debitor rem jam alij obligatam, pro maiori summa quàm vt ea exoluta ex æstimatione pignoris ex residuo secundus creditor creditum suum consequi possit, ignoranti pignori dederit, *l. si quis in obligatione. §.*

 fin. ff.

fin. ff. de pig. act. vel si in pignore vnam rem pro alia subiecerit, *l. 1. & d. l. si quis in pignore. in prin. ff. de pignor. act.* vel si animal vitiosum, quod creditori damnum intulit, sciens atq; prudens pignori dederit, *l. si servus communis. §. quod si quis sciens. ff. de furt.* vel si creditori persuaserit, vt ipsi pignus reddat, debitum in continenti soluturo, & fidem non adimpleat, *l. si quasi. ff. de pignor. act.* item si creditor impensas vtiles vel necessarias, moderatas tamen in rem pignori acceptam fecerit: his enim omnibus casibus creditori contra debitorem contraria pignoratitia actio datur, *l. si necessarias. in prin. & ibi glos. & l. seruos. & ibi glos. ff. de pignor. act.* Et hæc actio contraria etiam ex nudo pacto oritur, si videlicet quolibet modo debitor circa conuentionem pignoris quid dolo malo egerit, *d. l. 1. Bart. d. §. tertij.* Item pignoratitia actione conueniri potest debitor, qui à creditore pignus precario rogauit, si illud creditori petenti non restituat, *l. si pignore. §. si post distractum. ff. de pignor. act.* adeo vt etiam creditori permittatur, contra debitorem pignus non restituentem in litem iurare, *glos. d. §. si post distractum.* licet regulariter contrarium obseruetur.
74 Et vtraq; hæc actio tàm directa, quàm contraria & bonæ fidei est, *§. actionum. & ibi glos. & Ang. num. 52. infra de action. & personalis.* Ideoq; nulli alij quam debitori vel creditori & illorum heredibus datur, nec contra alium quàm debitorem vel creditorem & illorum heredes competit, *glos. & Bart. d. §. tertij. Bart. d. l. pign. C. de pign. l. in furti. §.*
75 *fin. ff. de his qui notant. infam.* Hypothecaria autem actio illa dicitur, qua creditor contra debitorem vel etiã quemlibet alium, etiam penitus extraneum pignoris vel hypothecæ possessorem experitur ad hoc, vt is sibi rem pignoris hypothecæue nomine obligatam restituat, quæ actio ex nu-

ex nudo pacto oritur, *l. si tibi.* §. *de pignore. & ibi glos. ff. de pact.* & realis est, *l. pignoris. ff. de pignorib. l. pignoris. & ibi Bart. C. eod. tit. l. eos. C. qui pot. in pign. habeant.* item & stricti juris, *Bart. d.* §. *tertij. Ang. d.* §. *actionum. num. 52.* Et hæc hypothecaria actio creditori, non tantum pro conuentionali, sed etiam pro prætorio ac judiciali pignore, datur, *l. 2. C. de prætor. pign.* Pro pignore quoq; Saluianum interdictum competit, quod quid sit, & quo casu locum habeat, docebo *in* §. *item Seruiana. infra de action. &* §. *sequens. infra de interd.*

DE VERBORVM OBLIGATIONIBVS.

TIT. XVI.

In Rubricam.

SVMMARIA.

1. *Continuatio huius tituli & argumentum.*
2. *Verba quàm variam obligationem pariant.*
3. *Et quando nullam.*
4. *Quidq; pariant verba promissionem continentia.*
5. *Pollicitatio quid, & quando propriè fieri dicatur.*
6. *Ex pollicitatione quatenus & quando obligatio oriatur, præsertim si reipublicæ vel ciuitati pollicitum quid fuerit.*
7. *Votum quid: quodq; ex eo efficax obligatio & actio descendat.*
8. *Constitutum quid: quodq; & illud ad actionem producendam satis efficax sit.*
9. *Pactum promissum cum producat.*
10. *Præsens & tacens, in quibus consentienti æquiparetur.*
11. *Pactum nudum donationis hodiè obligationem & actionem efficacem producit.*
12. *Cætera pacta nuda regulariter exceptionem tantum.*

1 IN §. fin. ſupra de obligationib. vniuerſum tractatum contractuum Iuſtinianus diuiſit, in contractus aut re, aut verbis, aut literis, aut conſenſu initos. Et quia in præcedenti titulo eorum contractuum qui re celebrantur naturam explicauit, rectè atq; ordine obligationem ex verbis
2 deſcendentem hic ſubnectit. Vt autem hæc materia rectius perfectiusq; cognoſcatur, annotandum eſt, verba variam obligationem parere: Interdum enim ex maleficio, *l. 1. §. iniuriam. ff. de iniur.* nonnunquam ex contractu, *§. fin. ſupra de obligat.* vel quaſi contractu, *l. cum patet. §. filius matrem.* tam nominatam quam innominatam obliga-
3 tionem producunt, *l. jurisgentium. in prin. ff. de pact.* Aliquando etiam nullam obligationem pariunt, quando vel ſimpliciter dicta, id eſt, verbotenus pronunciata & nudo ſermone finita ſunt, *l. ſciendum. §. dictum. ff. de ædilit. edict.* vel etiam joco, *l. obligationum ferè. §. fin. ff. de oblig. & action.* aut errore conſenſum impediente prolata, *arg. l. in*
4 *venditionibus. ff. de contrah. empt.* Et ſi quidem verba promiſſionem contineant, pariunt vel pollicitationem vel votum, vel conſtitutum vel pactum nudum, vel ſtipulatio-
5 nem. Pollicitatio autem eſt ſolius efferentis promiſſio, tacito nempe vel expreſſo conſenſu illius, in cuius fauorem fit, non interueniente, *l. pactum. §. 1. ff. de pollicitationib.* Quod tunc propriè fieri dicitur, quando vel abſenti ex quacumq; tàm lucratiua quàm oneroſa cauſa nuncio, epiſtola, procuratore vel negotiorum geſtore non interueniente, *arg. l. 1 §. fin. & ibi gloſ. ff. de contrah. empt. l. ex conſenſu. & ibi gloſ. ff. de action. & obligation.* vel etiam præſenti ex cauſa oneroſa fit promiſſio, *Iohan. de Imol. c. cum contingat. col. 33. extra de jureiurand. Alex. l. 1. n. 18. ff. de pact.*

Et

Et ex hac pollicitatione, ſi fuerit facta priuato, nulla neq; 6
ciuilis neq; naturalis obligatio deſcendit, *arg. l. 1.* §. *adeo. ff. de pact.* Pollicitum autem reipublicæ vel ciuitati ſolutum indiſtinctè repeti non poteſt, *l. pactum.* §. *fin. ff. de pollicitat.* non ſolutum autem, non aliter peti poteſt, niſi quis reipublicæ vel ob honorem decretum aut decernendum, vel ob incendium, ruinam, aliumúe fortuitum caſum quid promiſerit, vel etiam ſi opus aut ipſe facere, aut in opus ab alio faciendum pecuniam reipublicæ ſpoponderit, & opus fuerit cœptum, *l. 1. l. propter incendium. & l. ob caſum. ff. de pollicit.* Votum dicitur quando quis ali- 7
quid Deo, vel ob diuinum honorem mediatè vel immediatè promittit, etiam nullo interrogante aut recipiente hanc promiſſionem: Ex quo voto efficax & obligatio & actio deſcendit, *l. 2. ff. de pollicitat. tot. tit. extra de vot. & ibi Abb. c. 3. Bart. & Bald. l. illud. C. de SS. Eccleſ. Felin. in proœm. decretal. num. 25.* Conſtitutum verò eſt contra- 8
ctus nominatus, *arg. gloſ. Rub. C. de rer. permutat.* ſtricti iuris, *arg. gloſ.* §. *actionum. infra de action.* in quo contractu quis id, quod vel ipſe vel alius, *l. eum qui.* §. *quod exigimus. & l. vbi quis. ff. de conſtit. pecun. l. 1. C. eod. tit.* aut vtroq; iure, *l. 2. C. de conſtit. pecun.* aut natura tantum debet, *l. 1.* §. *fin. & l. 3. ff. de conſtit. pecun.* ſe ſoluturum pacto nudo promittit, §. *de conſtituta. & ibi Ang. & Iaſ. infra de action.* Et hoc conſtitutum ad actionem producendam efficax eſt, *l. 2. C. de conſt. pecun. d.* §. *de conſtituta.* Pactum autem 9
promiſſum tunc producit, quando aliquis alteri tacitè, *l. 2. & l. 4. in prin. ff. de pact.* vel expreſſè conſentienti ſe aliquid daturum facturumúe, ad quod neq; ipſe neq; alius antea ſaltem naturaliter obligatus fuit, interrogatione nulla precedente promittit, *l. 1. in prin. ff. de pact.* Ideoq; cum in 10
illis

illis quæ fauorem siue vtilitatem alicuius respiciunt præsens & tacens consentienti æquiparetur, *l. qui patitur. l. fideiussor. ff. Mand. Bart. Alex. & Ias. l. qua dotis. ff. solut. matrimon. c. is qui tacet, & ibi Dyn. de reg. jur. lib. 6.* receptum est, si quis alteri præsenti & tacenti ex lucratiua causa aliquid promittat absq; interrogatione præcedente, ex hoc negotio pactum nudum oriri, *Bart. Alex. & Ias. l. 1. C. de pact. l. tale pactum. in prin. ff. eod. Alex. l. 1. num. 18. ff. dicto*
11 *tit.* Vnde, cum hodiè pactum nudum donationis obligationem atq; actionem efficacem pariat, *l. si quis argentum. §. fin. C. de donat. Bart. & Dd. l. jurisgentium. §. quinimo. ff. de pact.* si quis alteri præsenti & tacenti se certum quid donaturum promittat, ex hoc negotio efficacissimè obligatur. *Ang. cons. 183. col. 2. incip. viso themate prædicto. col. 2.*
12 *Socin. cons. 112. incipiente Multum abunde. num. 5. lib. 1.* Et hoc pactum nudum regulariter actionem non producit, sed exceptionem tantum parit, *d. l. jurisgentium. §. sed cum nulla. & ibi Dd. ff. de pact.* Et de hisce quatuor generibus obligationum præsens & sequentes tituli non loquuntur, sed hic tit. cum sequentib. tantum de stipulatione tractat.

In princip. tit.

SVMMARIA.

1. *Summa principij huius.*
2. *Stipulationis definitio: eiusq; explicatio & confirmatio. Requisita stipulationis. Ibid.*
3. *Stipulationis etymologia.*
4. *Verbum stipulatio quid comprehendat.*
5. *Ex stipulatione quæ, & quotuplex oriatur actio.*
6. *Prima & præcipua stipulationum diuisio.*
7. *Stipulatio certa quæ dicatur?*
8. *Quæq; incerta.*

9. Stipula-

9. *Stipulatio incerta de jure canonico, omnimodo valida firmaq; est, & promissor compellitur incerta promissa, arbitrio boni viri declaranda implere.*

10. *Casus aliquot, quibus etiam incerta stipulatio de jure ciuili tenet: & extra quos, si constet partes in stipulando certum quid exprimere voluisse, idq; errore omisisse, neq; de hoc constare aliter possit: ipso jure nulla est.*

11. *Quid juris si partes ab initio incertum stipulati fuerint, neq; constet ipsas certum quid stipulari voluisse. Auctor hic duos casus præcipuè attendendos judicat.*

IN hoc principio Imperator ponit definitionem, Etymologiam, item vnicam diuisionem stipulationis, & quæ actio ex hoc contractu descendat. Quoad definitionis cognitionem pleniorem, annotandum est: 1
Stipulationem esse contractum nominatum, stricti juris in quo contractu præsens præsenti, se idipsum, quod interrogatus est, eodem modo daturum facturumve in continenti promittit. 2
Apertissimi enim juris est, stipulationem esse & nominatum, *l. 1. §. fin. ff. de pact.* & stricti juris contractum, *l. in actionibus. §. fin. cum l. seq. ff. de in lit. jurand.* Neque hunc contractum aliter quam inter præsentes celebrari posse, *l. 1. in prin. ff. de verbor. oblig. l. optimam. C. de contrahend. & commit. stipulat. §. item verborum. infra de inutil. stipulat.* Item requiritur in stipulatione, vt interrogatione præcedente responsio fiat, & si quid horum deficiat, stipulatio corruit, *vt hic & l. 1. §. si quis ita. ff. de verbor. obligat. l. 5. §. stipulatio. ff. eod. tit. l. 1. C. de vsur. l. 1. C. de contrah. & commit. stipul.* Simili modo necessarium est, ad stipulationem contrahendam, vt quis illud ipsum quod interrogatus est, *§. si de alia. infra de inutilib. stipulat.* & cum ijsdem qualitatibus promittat, *§. præterea. infra d. tit. l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de verb. oblig.* & vt promissor ipsi interro-

terroganti non autem alij, *l. quæcumq. ff. de action. & oblig.* §. *alteri. infra de inutil. stipulat.* & se, non autem alium daturum facturumúe aliquid promittat, *l. stipulatio ista. in prin. ff. de verb. obligat.* §. *si quis alium. infra de inutil. stipul.* Itidem ad substantiam stipulationis opus est, vt responsio in continenti, id est, antequam partes ad actus extraneos diuertant, & eodem die interrogationem sequatur, *l. 1.* §. *qui præsens. & ibi Dd. ff. de verb. obligat. l. continuus. in prin. ff. eod. tit.* &, vt verba stipulationis futurum non autem præsens tempus respiciant: *vt hic & d.* §. *stipulatio. & ibi*
3 *Bart. Alex. Ias. & Zas.* Stipulatio autem à stipulo quod veteris firmum appellabant, forsan à stipite descendens
4 denominatur, vt hic. Porrò hoc verbum stipulatio, integrum contractum verborum ex interrogatione & responsione consistentem comprehendit, *l. 5.* §. *stipulatio. ff. de verbor. oblig.* Sed si ad vnam partem tantum referatur, propriè interroganti conuenit, *glos. 1. l. 1. in prin. ff. de verb. oblig. glos. verb. stipulationum. infra* §. *sequ. arg. infra de duobus reis. in prin.* Impropriè verò ad promittentem extenditur,
5 *l. si non sortem.* §. *pen. ff. de cond. indeb.* Ex stipulatione oritur duplex actio. Nam interdum producit certi condictionem, si certum aliquid stipulatus fuerit, *l. si quis certum. ff. si cert. petat.* excepta tamen causa dotis, pro qua licet dos certa sit ex stipulatu actio datur, *l. 1. in prin. C. de rei vxor. act. glos hic verb. incerti. glos. & Dd. d. l. si quis certum.* Interdum parit actionem ex stipulatu, si quis incertum stipulatus fuerit, *vt hic.* Nonnunquam tamen vna eademq; stipulatio, partim certum aliquid, partim incertum continet, *l. liber homo.* §. *fin. ff. de verb. obligat.* ideoq; simul & semel vtramq; actionem parit: nam quatenus incertum continet, ex ea actio ex stipulatu oritur, quatenus verò

verò certum comprehendit, ex ea certi condictio descendit, *Bart. Alex. Iaſ. & Dec. l. lecta. ff. ſi cert. pet. Iaſ. & Dec. d. l. ſi quis certum. arg. l. quæ de tota. ff. de rei vendic. l. qui ſcit. ff. de vſur.* Vltimo, ex hoc principio colligitur prima atq; 6
præcipua ſtipulationum diuiſio. Namq; aliquæ ſtipulationes certæ ſunt, aliquæ incertæ, *vt hic l. ſtipulationum alia certa. ff. de verbor. obligat.* Certa ſtipulatio dicitur quan- 7
do quis id, quod ſubſtantia, qualitate atq; quantitate certum eſt, ſtipulatur, *d. l. ſtipulationum alia certa.* Quod tamen ita demum verum eſt, ſi quis eas res, quæ ſunt fungibiles, ſtipulatus fuerit, ſecus eſt, ſi quis ſpeciem certam ſtipuletur: tunc enim quo ad hoc vt ſtipulatio certa dicatur, ſufficit vt ſubſtantia atq; qualitas certa exprimatur, quo ad hoc vt ſtipulatio certa dici poſſit, *d. l. ſtip. ver. fundus Tuſculanus, homo Stichus. & ibi Alex. & Iaſ.* Incerta autem ſtipu- 8
latio ea appellatur, quando horum aliquid, de quibus jam mentionem fecimus, ſtipulationi deeſt, *l. vbi autem non apparet. in prin. ff. de verb. obligat.* Et hæc ſtipulatio in cer- 9
ta ſiue incertum continens, ſecundum juris canonici diſpoſitionem, omnimodo valida atq; firma eſt, & is qui incertam promiſſionem fecit, compellitur incerta promiſſa, arbitrio boni viri declaranda implere, *Archid. c. ſunt nonnulli. 1. q. 1. Abb. c. 1. extra de decim. Alex. Iaſ. & Zaſ. l. ita ſtipulatus. ff. de verb. oblig. Iaſ. & Zaſ. l. triticum. ff. eod. tit.*
Simili modo incerta promiſſio, quæ vel ex euentu aliquo 10
certificanda eſt, *d. l. vbi autem. §. illud. ff. de verbor. obligat.* vel ex coniecturis aliquibus certa fieri poteſt, valet atque tenet, *d. l. triticum. & ibi Dd.* Item & ſtipulatio incerta, cujus declaratio in arbitrium vel voluntatem ſtipulatoris collata eſt, tenet, ſiue hæc ſit incertitudo rerum, veluti, ſi quis ita ſtipuletur, quidquid mihi placebit dare ſpondes,

arg. c. cum juramentum. & ibi Anton. de Butr. & Ioan. de Sinan. extra de homicid. Alex. & Zaſ. d. l. ita ſtipulatus. facit l. ſi ita legatum. §. illi ſi volet. ff. de legat. 1. Siue ſit incertitudo perſonarum, veluti ſi quis ita ſtipuletur, promittis mihi dare decem eius nomine quem declarauero: nam etjamſi nullum poſtea nominauerit vel declarauerit, tamen ſtipulatio valet, & perinde eſt, ac ſi ſibi ſuisq; heredibus ab initio ſtipulatus fuiſſet, *l. ſecundum reſponſum. C. de contrah. & commit. ſtipulat. Bald. l. 1. in prin. num. 5. ff. de pact. Bald. l. cum poſt. §. gener. ff. de jur. dot. Alex. Iaſ. Zaſ. d. l. ita ſtipulatus.* In certa quoq; ſtipulatio facta de dote, *d. §. gener. alimentis. l. is cui. ff. de aliment. legat.* fauore eccleſiæ vel alterius piæ cauſſæ, *gloſ. pen. c. nos quidem. & ibi Dd. extra de teſtament. Bart. d. l. ſi cui. & l. priuilegia. C. de SS. eccleſ. Alex. Iaſ. & Zaſ. d. l. ita ſtipulatus. facit l. id quod pauperibus. C de SS. eccleſ.* artificij vel liberalium artium aut facultatum ad diſcendarum gratia, *arg. l. Stichus. ff. de legat. 3.* Item ſumptuum cauſa ad reficiendum pontem, viam, & id genus alia, valet. *arg. l. quidam in teſtam. ff. de legat. 2.* Extra hos autem caſus, ſi conſtet partes inſtipulando certũ quid exprimere voluiſſe, idq; per errorem à partibus omiſſum fuit, neq; de hoc aliter conſtare poſſit, ſtipulatio incerta ipſo jure nulla eſt, *d. l. ita ſtipulatus. & ibi Bart. Alex. Iaſ. &*
11 *Zaſ.* Sin autem partes ab initio incertum ſtipulati fuerint, neq; conſtet, ipſas certum quid ſtipulari voluiſſe: ego duos caſus præcipuè attendendos judico. Nam ſi quidem, ratione huius incertitudinis, debitori permitteretur huius rei ſolutione ab obligatione ſe liberare, ex qua re creditor nullam omnino, aut ſaltem non æſtimandam vtilitatem perciperet: hæc ſtipulatio propter incertitudinem vitiatur: Quia ſtipulationes inuentæ ſunt ad hoc, vt vnusquisq;

quisq; ſtipuletur quod ſua intereſt, *l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verbor. obligat.* Ideoq; cum hoc caſu ceſſet cauſa finalis ſtipulationis intereſſe ſcilicet ſtipulatoris, receptum eſt, optimo jure ſtipulationem hoc caſu interpoſitam nullam eſſe, *Bart. & Dd. d. l. ita ſtipulatus.* Ideoq; ſi quis ſtipuletur rem, ſubſtantiam vel animal in genere vel ſimpliciter fundum aut feudum ſibi dari, ſtipulatio non valet, quia hoc caſu promiſſor muſcam vel exiguum terræ ceſpitem dando liberaretur, & ſic creditor ex hac ſtipulatione nullum emolumentum ſentiret, *gloſ. hic ver. ſi incerta. gloſ. & Dd. l. legato generaliter. ff. de legat. 1. text. d. l. ita ſtipulatus. & ibi Dd. & Iaſ. num. 15. d. § gener. junct. l. locus. ff. de verbor. ſignif. Iacob Aluarot. c. 1. §. hoc quoq;. col. 1. de ſucceſ. feud.* Idem eſt, ſi quis domum ſimpliciter ſtipulatus fuerit, eo caſu quo promiſſor nullam domum in ſuo patrimonio habet, *arg. l. ſi domus. in prin. ff. de legat.* vel ſi quis opus ſolo cohærens qualia ſunt, foſſam fodi, domum ædificari & ſimilia, non adiecto loco in quo hoc opus explicari debeat, neq; expreſſa forma operis, ſtipulatus fuerit, *l. cui inſulam. & ibi Alex. Iaſ. & Zaſ. ff. de verb. oblig. d. l. ita ſtipulatus.* Quia hoc caſu promiſſor poſſet domum omnino inutilem ſtipulatori ſoluere, vel opus omnino inutile, aut in loco, ex quo ſtipulator nullum commodum percipere poſſit, extruere. Huc eadem ratione inutilis eſt incerta ſtipulatio, ſi quis eas res, quæ pondere, numero, menſuraúe conſtant, qualia ſunt vinum, oleum vel frumentum, non adiecta quantitate, ſtipuletur, *l. triticum. ff. de verb. oblig.* Quia poſſet promiſſor ſoluendo guttam vini vel olei, aut granum frumenti ſe ab obligatione liberare, & ſic ſtipulatio eluſoria redderetur, quod minime ad-

S 2 mitten-

mittendum est, *arg. l. si prætor. in prin. ff. de judic. l. fin. ff. ne quid in loc. public.* Sin autem propter incertitudinem ad hoc inconueniens non deueniatur, sed is qui promisit rem incertam non possit se ab obligatione contracta, nisi eius rei solutione, ex qua stipulator vtilitatem aliquam perciperet, liberare, hæc stipulatio valida atq; firma est, incertitudine non obstante, vtputa, si quis vel hominem in genere, equum, bouem aut asinum stipuletur, quia quocumque homine, equo, boue vel asino soluto, stipulator ex eo vtilitatem consequi potest, stipulatio valet, *arg. l. 2. ff. de opt. legat. glos. hic ver. si incerta. glos. d. l. ita stipulatus. ver. nomine.* Idem est si quis alteri promiserit certam quantitatem vini, olei vel frumenti, etiam non expressa bonitate siue qualitate: Namq; hæc stipulatio tenet atque valet: Quia quandocumq; vinum, oleum vel frumentum debitor soluerit, creditor ex eo commodum consequi potest, *arg. d. l. vbi autem. Zas. d. l. ita stipulatus.*

In §. in hac re.

SVMMARIA.

1. *Argumentum §. & quod solennia verba olim tàm in contractibus quàm vltimis voluntatibus reliquisq; actibus recepta, nunc exulare jussa sint.*

   Tàm in contractibus quàm vltimis voluntatibus mens potiùs quàm verba attendenda. Ibid.
2. *Stipulatio quibuscumq; verbis celebrata valet: quod tamen declaratur ibid.*
3. *Neq; tantum latina, sed ad græca & germanica & quacumq; alia lingua contrahi potest.*
4. *Vt & testamentum conscribi, sententia ferri, protestatio emitti, decretum interponi, fideiussio fieri: & testis quacumq; lingua deponere potest.*

5. Nec

5. *Nec refert, vtrum vterq; eodem an diuerso idiomate vtatur, modo alter alterius idioma, per se vel interpretem intelligat.*
6. *Et huius interpretis à contrahentibus electi dicto licet solus sit: quo ad contrahentium præiudicium plena fides adhibetur, etiam sine iuramento.*
7. *Vt tamen stipulatio inter homines diuersarum linguarum contracta per interpretem valeat, quid requiratur.*

IN hoc §. traditur stipulationem, non tantum latina, sed & germanica & quacumq; lingua, item & quibuscumque verbis etiam non solennibus, contrahi posse. Et licet etiam secundum quod veteribus legumlatoribus placuit, certa quædam solennia verba, tàm in contractibus, *vt hic & l. fin. C. de donat.* quàm in vltimis voluntatibus, *supra de testament. in prin.* libellis, reliquisq; actis judiciarijs, *l. 1. & l. 2. C. de form. & impetrat. sublat.* nec non in omnibus aliis actibus atq; gestis, vsu atq; lege recepta fuere, sine quibus hi actus celebrati subsistere non poterant, *§. præterea supra quib. mod. jus patr. potest soluat.* cum tamen in contractibus, *l. fin. C. quæ res pign. oblig. pos.* vltimis voluntatibus, *l. 3. C. de lib. præter.* judicijs, *l. si quis intentione. ff. de judic.* reliquisq; gestis mens potiùs, quàm verba attendenda sint, *c. intelligentia. extra de verb. signif. l. scire leges. ff. de legib.* optima atq; justissima ratione hæc superuacua verborum solennitas & à contractibus, *d. l. fin. C. de donat.* vltimis voluntatibus, *l. 2. C. commun. de legat. l. 1. ff. de hered. instit.* judicijs aliisq; actis atq; gestis exulare jussa est, *d. l. 1. & l. 2. C. de formul. & impetrat. sublat. c. in his. extra de verbor. signif.* Ideoq; & stipulatio quibuscumq; verbis celebrata valet atq; tenet, *l. omnes. C. de contrah. & commit. stipul. l. quæ extrinsecus. ff. de verbor. oblig.* dummodo tamen interrogatione præcedente atq; responsione sequente celebrata fuerit, *vt supra in prin.* & verba apta atq; congruentia

Margin numbers: 1 (beside "IN hoc §. traditur…"), 2 (beside "gnif. Ideoq; & stipulatio…").

interueneri. t, *l. 1. §. fin. ff. de verbor. obligat. glos. l. qui autem. §. fin. ff. de constit. pecun.* Vnde si inter partes conuenerit, vt A significaret promittis, & B significaret promitto, & postea vnus ad alium diceret. A. Stichum, ille verò responderet, B. Stichum: ex hoc negotio quia verbis aptis celebratum non est, stipulationis contractus non oritur, *glos. hic verb. quibuscumq́.* Simili modo si inter contrahentes actum sit, vt nomẽ appellatiuum naturale, aliam quandam rem denotaret, vtputa, vt nomen bouis equum significaret, licet quis equum sub nomine bouis stipulatus fuerit, & alter ipsi spoponderit: licet expressè constet atque liqueat contrahentes de equo sensisse: tamen hæc stipulatio, neq; quo ad bouem, quia de illo partes non senserunt, *§. si de alia. infra de inutil. stipulat.* neq; quo ad equum, quia ille verbis aptis, & conuenientibus expressus non est, valet, *arg. l. si quis in fundi vocabulo. in prin. ff. de legat. 1.* nisi forsan præsente & digito demonstrato equo, contrahentes illum sub nomine bouis stipulati fuerint: tunc enim stipulatio propter rei præsentiam valet atq; tenet, *glos. & Ias. l. qua extrinsecus. ff. de verb. obligat. Bart. & Dd. d. l. si quis in fundi vocabulo. ff. de legat. 1.* Secus est, si partes circa nomen proprium alicuius rei pacti fuerint, vt sub hoc nomine alia res significaretur, vtputa, si conuenerint, vt cum de Sticho exprimerent Pamphilus, vel si de fundo Tusculano mentionem facerent, puteolanus intelligeretur: Hoc enim casu indistinctè stipulatio Stichi sub Pamphili nomine facta, si de ipso actum liqueat, valet atq; tenet, *d. l. si quis in fundi vocabulo in prin.*
3 Neq; tantum latina lingua sed & græca & germanica, & quacumque alia stipulatio contrahi potest, *vt hic.*
4 Sicut & testamentum conscribi, *l. hac consultissima. §. fin. C. de testam.* sententia proferri. *l. judices. C. de*

C. de sentent. protestatio emitti. l. sed etsi pupillus. §. *de quo. ff. de institor. action.* atq; decretum interponi. *glos. & Bart. l. decreta. ff. de re judic. fideiussio fieri. l. gracè. in prin. ff. de fideius.* Testis deponere potest non tantum latina lingua, sed & germanica & quacumq; alia, *Bart. d. l. 1.* §. *fin. ff. de ver. obligat.* Nec hoc quidem refert, vtrum vterque eadem 5
lingua, an verò singuli diuerso idiomate vtantur, dummodo tamẽ alter alterius idioma, vel per se vel interueniente interprete intelligat, *vt hic & d. l. 1.* §. *fin. ff. de verb. oblig.* sicut & inter homines diuersarum linguarum interueniente interprete, & matrimonium contrahi, *Abb. c. ex literis. extra de sponsal.* & sententia à judice ferri, *Bald. d. l. judices.* & testis alicui actui adhiberi, *Bald. l. hac consultissima.* §. *fin. C. de testament. arg. l. qui testamento.* §. *fin. ff. de testament.* & à notario vel judice examinari potest, *Bart. & Dd. d. l. 1.* §. *fin. ff. de verbor. obligat.* Et huius interpretis 6
dicto, à contrahentibus electi, licet solus sit, quia ipsius fides à partibus approbata censetur, quò ad contrahentium præiudicium plena adhibetur fides, *Dd. d.* §. *fin. arg. l. Theopompus. & ibi Bart. ff. de dot. prælegat.* etiam absq; juramento, *Bart. l. Lucius. in fin ff. de fideius.* Quo ad hoc tamen, 7
vt stipulatio inter homines diuersarum linguarum contracta per interpretem valeat atq; teneat, requiritur, vt verba stipulationis & promissionis non interpretem, sed ipsos contrahentes respiciant, *Ias. d. l. 1.* §. *fin. num. 1. ff. de verbor. obligat.*

In §. *Omnis cum septem sequentibus.*

SVMMARIA.

1. *Continuatio & argumentum huius, & sequentium septem* §*orum.*
2. *Pura stipulatio quæ dicatur?*

3. *Ex stipu-*

3. *Ex stipulatione pura statim oritur efficax & obligatio & actio.*
4. *Exigi tamen statim non potest, sed miserationis gratia moderatum tempus ad soluendum indulgetur.*
5. *Idq; tempus, vt omnia alia legibus non expressa, secundum negotij, regionis, personarumq; qualitates, iudicis arbitrio determinandum relinquitur.*
6. *Hoc tamen tempus miserationis gratia indultum, neq; compensationem, neq; praescriptionem impedit, nec huius praetextu debitori vlla vel petitio vel repetitio competit.*
7. *Et stipulator si intra hoc tempus egerit, induciae ad soluendum promissori non duplicantur, neq; ei bis aliter vti licet, nisi creditori petenti idoneam cautionem praestet, se hoc tempore elapso debitum soluturum.*
8. *Ex pura stipulatione obligatus qualiter & quando in mora constituatur.*
9. *Stipulatio in diem quae dicatur & quotuplex illa sit?*
10. *Quaeq; dicatur tacitam diem habere. Declaratur exemplis?*
11. *Ex stipulatione tacitam diem habente, obligatio quidem confestim oritur, sed actio non datur nisi interueniente die.*
12. *Et lapsus huius diei taciti, etiam sine interpellatione, perinde debitorem in mora constituit, atq; dies expressus.*
13. *Mora per lapsum taciti diei contracta, grauior censetur quàm illa, quae per lapsum diei expressi contrahitur.*
14. *Aequiparatur enim prior, morae per litis contestationem contractae secund. Bald. & Salic. contra Iason: ad cuius rationem respondetur n. seq.*
15. *Morae purgationem non admitti post litis contestationem quando verum sit.*
16. *Commendatio dicti Bald. & Salicetis: & notabilis inde illatio.*
17. *Quae stipulatio dicatur diem expressum habere: & quotuplex illa sit: idemq; incertae diei subdiuisio.*
18. *Dies omnino incerta quando dicatur.*
19. *Et quando incerta quidem, sed tamen certo euentura. Deq; stipulationis sub hac die contractae validitate & firmitate ibid.*
20. *Ex hac stipulatione sub die incerta contracta ante diem neq; actio neq; obligatio oritur: nec per hunc diem venientem promissor absq; interpellatione in mora constituitur. Ratio ibid.*

21. *Debitor*

21. *Debitor tamen ante diem incertam soluens quod promisit condicere illud tanquam indebitum non potest.*
22. *Stipulatio super legato sub die incerta relicto, interposita ad heredes transmittitur.*
23. *Stipulatio quando expressam diem habere dicatur.*
24. *Quotq; illa habeat species.*
25. *Quando demonstrationis gratia dicatur dies stipulationi insertus.*
26. *Stipulatio cui causa demonstrationis dies insertus est, omnino pura censetur, & perinde habetur atq; si absq; diei mentione facta fuerit.*
27. *In dubio, quando non liquet, vtrum dies instans sit adiectum verbis obligatiuis an executiuis, præsumitur executiuis & sic demonstrationis gratia adiectum.*
28. *Tempus instans verbo obligatiuo adiectum, etiam quo ad ea quæ extrinsecus stipulationi accedunt, demonstrationis gratia stipulationi insertum intelligi auctor cum Paulo de Cast. sentit contra Ang. & alios.*
29. *Responsio ad l. talis scriptura in prin. de legat.1.*
30. *Dies quando limitandæ obligationis gratia stipulationi alteriúe contractui adiectus censeatur.*
31. *Item qualiter & quando obligationi simplici habenti causam successiuam dies adiectus, limitationis gratia adiectus putetur.*
32. *Quidq; si obligationi habenti vnicam & momentaneam causam dies adiectus sit.*
33. *Ex stipulatione cui limitandæ obligationis gratia dies insertus est, quando oriatur obligatio & actio.*
34. *Stipulator post diem limitandæ obligationis causa insertum, agens exceptione repellitur,*
35. *Nisi promissor ante hunc diem elapsum in mora fuerit.*
36. *Obligatus verò ex stipulatione, cui dies obligationis limitandæ gratia adiectus est, in mora non constituitur, nisi idoneo loco & tempore interpellatus fuerit.*
37. *Stipulationi annua vel menstruæ si fuerit dies limitata præscripta, pro præteritis saltem annis vel mensibus debitæ summæ etiam post hoc tempus elapsum exigi possunt, pro futuris non item.*
38. *Fideiussor huic stipulationi accedens, si vtroq; tàm promissore quàm*

stipulatore consentiente, dies adiectus in tempus longius prorogetur, non tenetur ultra tempus primæ stipulationis: nisi expressè huic prorogationi consenserit.

39. *Differendæ solutionis gratia dies quando stipulationi adiectus dicatur.*

40. *In dubio quodlibet tempus non præsens nec instans quibuscumq; verbis adiectum stipulationi, ex qua quis ad aliquid caussam successivam non habens obligatur, censetur differendæ solutionis gratia stipulationi insertum.*

41. *Tempus differendæ solutionis gratia stipulationi insertum quando currere incipiat:*

42. *Idq; exemplis illustratur & n. seq.*

43. *In stipulatione dotis intelligitur tacita conditio, si nuptiæ secutæ fuerint.*

44. *Ex stipulatione cui dies differendæ obligationis gratia insertus est, qualiter & quando obligatio & actio oriatur & n. sequentib.*

45. *Tempus anni vel diei, cum expressum est per accusativum, in dubio præsumitur tempus perfectum & absolutum denotatum.*

46. *Nisi tempori per accusativum expresso, fuerit adiecta dictio* INTRA, INFRA, ANTE, *vel similis.*

47. *Per ablativum tempus expressum, tempus perfectum & absolutum in dubio non denotat.*

48. *Stipulationem semper pro promissore, contra stipulatorem interpretamur.*

49. *Stipulator, ante diem stipulationi insertum vel venientem vel completum, promissorem quando demum conuenire nequeat, & quando indistinctè possit.*

50. *Debitor in diem fisco obligatus quando ante diem conueniri & exigi.*

51. *Itemq;, debitor de fuga suspectus ad quid à quolibet creditore ante diem conueniri possit.*

52. *Promissorem in diem obligatum ante diem conueniens, rectè egisse censetur nec exceptione repelli potest, si pendente iudicio, antequam huius rei nomine ipsi exceptio obijciatur, dies venerit.*

53. *Promissor potest ante diem solutioni destinatum, cum in dubio in eius gratiam stipulationi insertus censeatur, debitum quandocumq; ipsi placuerit, soluere.*

54. Nisi

54. *Nisi expressè inter debitorem & creditorem conuenerit, ne creditor ante diem elapsum debitum soluere possit.*
55. *Vel ne debitum soluere queat, nisi quando creditori hoc placuerit.*
56. *Et hoc indistinctè verùm est, quando stipulatio est interposita super alio quàm contractu mutui.*
57. *Sub qua distinctione idem in contractu mutui procedat.*
58. *Pactum inter debitorem & creditorem initum, ne ipse intra certum tempus debitum soluat & pignus luere posit, firmum est, modo tempus illud ad 30. annos non extendatur.*
59. *Pactum, ne in perpetuum soluat & pignus luat, prorsus reijcitur.*
60. *Vt & illud, si creditor qui pignus accepit cum debitore paciscatur, ne ipse debitum etiam pecuniarium, nisi quandocumq; ipsi creditori placuerit, soluere & pignus redimere possit.*
61. *Quod enim in voluntatem siue beneplacitum alterius confertur perpetuum iudicatur.*
62. *Quid verò si de tempore non longissimo, sed breuiori, intra quod tamen creditor ex fructibus pignoris consumptis verisimiliter plus percipiet, quàm est illud debitum ad quod quis obligatus est, de non luendo pignore [illegible]uentum fuerit.*
63. *Quo casu pactum valet; ne debitor intra certum tempus soluat & pignus luat, elapso hoc tempore, creditori omnes fructus consumpti in sortem computantur: non consumpti actione pignoratitia eum pignore repetuntur.*
64. *Idq; procedit, etiamsi expressè inter debitorem & creditorem conuenerit, vt creditor pignoris fructus lucrari, & illos non restituere, vel in summam debiti computare debeat.*
65. *Alius casus, quo debitori non permittitur ante diem differendæ solutionis gratia stipulationi insertum, debitum soluere, quando videlicet non solius debitoris, sed vel vtriusq; vel creditoris solum gratia, insertus est.*
66. *Hinc, ad certam pecuniæ summam sub vsuris ex stipulatione debitis, post certum tempus soluendam obligatus, ante hoc tempus illam soluere non potest.*
67. *Sic ex stipulatione aliouè contractu obligatus ad id, quod temporis cursu facilè corrumpitur, post diem certum soluendum, ante hunc creditori inuito soluere illud non potest.*

68. *Idem est si quis ab stipulatione vel alio contractu obstrictus sit pauperib. certi loci vel hospitalis centũ post tempus certum soluere.*
69. *Is item qui ex stipulatione judicio sisti aliquem certo die in judicio sistere obligatus est, illum ante diem sistendo non liberatur.*
70. *Quibus casibus in diem certum obligatus, etiam ante diem inuito creditori soluere possit.*
71. *Citatus in judicium ad certum diem, ante hunc diem, in judicio comparere non potest: secus si, vt ante, vel intra certum diem veniat, citatus quis fuerit.*
72. *Lapsus diei differendæ solutionis gratia stipulationi inserti indistinctè interpellat, atq; in mora debitorem constituit.*
73. *Debitum ex stipulatione cui certa dies differendæ solutionis gratia adiecta est, ante hanc diem per errorem solutum repeti non potest, nisi quo ad interusurium medij temporis.*
74. *Fideiussor qui accessit stipulationi cui differendæ solutionis gratia dies adiectus est, prorogato debitori hoc die nihilominus post primum terminum elapsum obligatus remanet.*
75. *Multiplicandæ obligationis gratia dies stipulationi adiectus quando dicatur.*
76. *Regulariter non præsumitur tempus multiplicandæ obligationis gratia stipulationi insertum, nisi hoc expressè agatur.*
77. *Si quis ita stipuletur, decem dare quo ad viuam spondes, ex hac stipulatione promissor ad quid obligetur.*
78. *Hæc stipulatio regulariter vnica & perpetua & ad heredes transitoria esse censetur.*
79. *Nisi contrarium specialiter actum sit, vel nisi ratione rei in stipulationem deductæ aut ratione personæ stipulatoris aliam præsumtionem capere necesse sit.*
80. *Stipulatio annua super alimentis vel vsufructu interposita, vt & ipsa alimenta & vsusfructus ad heredes transire non solet.*
81. *Idem est si paupertate laborans simpliciter sibi annua decem dari stipuletur.*
82. *Item si doctor vel aduocatus sibi pro opere atq; labore suo 10. annua dari stipuletur; firmatur ibid.*
83. *Et ex hac stipulatione, cui multiplicandæ obligationis gratia dies insertus est, quando & qualiter obligatio & actio nascatur.*
84. *Hoc debitum annuum in initio cuiuslibet anni solui debet.*

85. Nisi

85. *Nisi hac stipulatio fuerit interposita super eo contractu cuius ratione stipulator promissori aliquid adimplere vel praestare obligatus est.*
86. *Vel nisi quis alteri promiserit annuum quiddam respectu certae necessitatis praestare.*
87. *Is quoq; qui ex fructibus alicuius fundi annuum quid dare promisit, non in initio anni, sed tunc demum cum fructus nati atq; percepti fuerint ad soluendum conueniri potest.*
88. *Ex stipulatione annua cui dies multiplicandae obligationis gratia inseritur obligatus, debita sequentium annorum, ante quam hi veniant stipulatori inuito soluere non potest.*
89. *Annus vel dies multiplicandae obligationis gratia stipulationi adiectus, praescriptionem non impedit.*
90. *Hic dies quando interpellet & debitorem in mora constituat.*
91. *Diuidendae praestationis siue solutionis gratia dies quando stipulationi insertus dicatur.*
92. *Ex hac stipulatione annuum debitum quo tempore solui debeat: item qualiter & quando ex hac obligatio & actio nascatur.*
93. *Promissori cur permittatur hoc annuum debitum, etiam quo ad debita futuri temporis quorum dies nondum venit, indistinctè soluere.*
94. *In hac stipulatione quo ad praescriptionem impediendam, itemque quo ad moram contrahendam quid iuris.*
95. *Stipulatio conditionalis & conditio propriè quae dicatur; quaeq; requirantur ad hoc, vt conditionalis stipulatio dici possit & num. 96.*
97. *Stipulatio conditionalis quotuplex.*
98. *Stipulatio conditionalis quando tacitam conditionem habere dicatur & quando expressam.*
99. *Ex hac stipulatione conditionali, ante conditionem existentem, nec obligatio nec actio oritur.*
100. *Quid tamen si super contractu stipulationis conditionalis instrumentum conscriptum non sit, & timeatur ne testes qui huic negotio adhibiti fuerunt ante conditionem existentem moriantur.*
101. *Et quid si debitor conditionalis sit de dilapidatione vel fug. suspectus.*

102. *Creditor conditionalis separationem bonorum petere poteſt, ſi debitor non confecto inuentario ſuccedat ei qui ſoluendo non eſt.*

103. *Debitum hoc conditionale conſtitui, eiq́; fideiuſſor, & pignus accedere poteſt.*

104. *Et ante conditionem exiſtentem quocumq́; errore ſolutum repeti poteſt: ſcienter ſolutum deficiente conditione condici.*

105. *Hoc quoq́; debitum, ante conditionem exiſtentem creditori inuito, ſolui non poteſt.*

106. *Creditor conditionalis tantò locupletior etiam ante conditionem exiſtentem iudicatur, quantò carius hæc obligatio conditionalis venire poſſit.*

107. *Hæcq́; conditionalis obligatio ex ſtipulatione aliouè contractu originem trahens, etiam ante conditionem exiſtentem, ſicut & cætere obligationes omnes, ad hæredes tranſitoria eſt.*

108. *Debitum tamen conditionale, ex vltima voluntate originem trahens, ad hæredes ante conditionem exiſtentem non transmittitur.*

109. *Stipulatio ſub conditione poteſtatiua negatiuè concepta, in arbitrium ſtipulatoris collata quando verificetur.*

110. *Euentus conditionis, cum ante eum nec obligatio nec actio nata ſit, debitorem in mora non conſtituit.*

111. *Tàm is qui alium ſub conditione obligatum habet, quàm is qui alteri ſub conditione obſtrictus eſt, creditor & debitor dicitur, impropriè tamen.*

112. *Ideoq́; ſtatutum de creditore & debitore mentionem faciens ad hos non extenditur.*

113. *Et is qui mandatum ſuſcipit, vt omnibus creditoribus alicuius ſatisfaciat, ratione huius mandati, creditori, cui ſub conditione mandans obligatus eſt, ſatisfacere non poteſt.*

1 EXplicata definitione, Etymologia atq; prima diuiſione ſtipulationis, item & quæ actio ex ſtipulatione deſcendat, & quibus verbis, quaq́; lingua illa concipi poſſit: Imperator in hoc §. & ſequentib. ſeptem paragraphis, ponit ſecundam trimembrem ſtipulationis diuiſionem, & dicit, ſtipulationem aut eſſe puram, aut in diem, aut ſub conditione. Et quia vnaquæq́; ſtipulationis ſpecies, materiam pe-

am peculiarem atque vtilem habet, de vnaquaq; separatim dicemus. Pura itaq; stipulatio illa dicitur, quando 2
quis illud, quod per rerum naturam in continenti atq; vnico momento dari fieriue possibile est, qualia sunt 10. dare, fundum tradere & similia, nulla die vel conditione tacitè vel expressè adiecta, stipulatur. Namq; si quis illud, quod tempore stipulationis per rerum naturam dari vel fieri nõ potest, quales sunt fœtus pecorum nasciturì, item & fructus fundi nasciturì, simpliciter stipuletur, stipulatio non, nisi quo ad sonum verborum, pura dicitur, *l. interdum. in prin. junct. glos. 1. ff. de verbor. obligation. l. 1. §. fin. ff. de condit. & demonst.* Similiter si quis id, quod vnico momento expediri non potest, sed quod tractum temporis requirit, qualia sunt, domum ædificare, fossam fodere & similia, stipuletur, pura stipulatio dici non posset, quia huic stipulationi inest tacitum tempus, intra quod hoc factum expediri possit, *l. si ita stipulatus essem abs te. & ibi Bart. Alex. Iason & Zas. ff. de verbor. oblig.* Eodem modo, si vel tacitè vel expressè conditio aut dies insit stipulationi, stipulatio pura non censetur, *§. loca. infra h. t. n. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbor. obligat. d. l. interdum. in prin.* Sed tunc demum pura stipulatio reputatur, quando quis simpliciter, absq; die vel conditione tacita vel expressa, quid sibi dari fieriue stipuletur, *vt hic. & l. cum qui. §. quoties. ff. de verbor. oblig. l. in omnib. ff. de reg. jur.* Et ex hac stipulati- 3
one pura statim atq; in continenti efficax oritur & obligatio & actio, *vt hic, & l. si dies. ff. quand. dies legat. ced.* Cum tamen nemo debeat cum sacco venire paratus, *l.* 4
quod dicimus. ff. de solut. Promissor qui purè aliquid spopondit in continenti exigi non potest, *glos. hic. in verb. confestim.* sed ei miserationis gratia tempus nec minimum nec maxi-

maximum, sed moderatum, quodq; magis sensu percipi, quàm verbis exprimi potest, *arg. l. ratum. ff. de solut.* ad soluendum indulgetur, §. *fin. & ibi glos. & Ang. infra de inutil.*
5 *stipulat.* Et cum expressè legibus cautum non sit, quantum hoc tempus esse debeat, judex secundum negotij, regionis atq; personarum qualitates, hoc tempus arbitrio suo moderatur, *glos. in d. §. fin. Ang. hic n. 1. Bart. l. ita stipulatus num. 35. ff. de verbor. oblig.* Sicut & omnia alia legibus non expressa judicis arbitrio determinanda committuntur, *l. 1. ff. de jur. delib. c. de causis. §. fin. & ibi Abb.*
6 *& canonist. extra de offic. deleg.* Hoc tamen tempus miserationis gratia indultum, neq; compensationem, *l. si cum militi. §. fin. ff. de compensat.* neq; præscriptionem impedit, *arg. l. in rebus. §. fin. C. de jur. dot.* neq; huius prætextu debitori vlla vel petitio vel repetitio competit, *arg. l. si donaturus. in fin. ff. de condict. ob caus. l. nupta. §. fin. ff. solut. ma-*
7 *trim.* Et si stipulator intra hoc tempus egerit, quia hoc facere jura permittunt, *d. l. si cum militi. §. fin.* induciæ siue tempus ad soluendum promissori non duplicantur, *arg. l. Gracchus. C. ad leg. jul. de adult.* Neq; promissori aliter hisce inducijs vti licet, nisi creditori petenti idoneam cautionem præstet, se post hoc tempus elapsum ipsi debitum soluere velle, *arg. l. si debitori. ff. de judic. l. vniversa. & ibi Ias.*
8 *C. de precib. imperat. offerend.* Porrò is qui ex pura stipulatione obligatus est, non aliter in mora constituitur, etiamsi maximum tempus elapsum fuerit, nisi extra judicialiter semel saltem, *glos. l. qui Romæ. §. Cohæres. & ibi Bart. & Dd. ff. de verbor. oblig.* quibuscumq; verbis etiam informibus vel enunciatiuis, qualia sunt, si quis diceret, debitori suo, Indigeo pecunia debita, *Bart. & Ias. l. si quis mihi bona. §. sed & si quid mandauit. arg. ill. text. ff. de adquir. hered.*

Bart.

Bart. l. etiam hoc modo. arg. ill. tex. ff. de legat. 1. interpellatus
fuerit. l. si ex legati. & ibi Bart. Alex. & Ias. ff. de verbor. obli-
gat. Ias. & Dec. l. quod te. ff. de verbor. oblig. facit l. mora. in
prin. & ibi glos. ff. de vsur. Stipulatio in diem illa dici- 9
tur, quando in contractu stipulationis dies certa vel incer-
ta aut expressè à partibus adijcitur, aut tacitè ex præsum-
ta mente contrahentium, aut ex natura rei in contractum
deductæ, aut ex natura contractus celebrati tacitè intelli-
gitur. Et hæc stipulatio in diem duplex est; Nam quæ-
dam habet diem expressam, quædam habet tacitam. Ta- 10
citum diem stipulatio habere dicitur, quando dies vel in
principali vel in accessoria stipulatione expressus non est,
sed vel ex præsumpta mente contrahentium, vel ex natu-
ra rei in contractum deductæ, vel etiam ex natura contra-
ctus, super quo stipulatio interposita est, subintelligitur:
vtputa, si quis hîc Vitebergæ simpliciter sibi stipuletur de-
cem Dresdę dari. Nam licet huic stipulationi dies insertus
non sit: tamen in hac stipulatione subintelligitur illud
tempus, quo commodè Dresdam perueniri possit, §. *loca.*
infra h. t. n. l. eum qui calendis. §. *quoties. ff. de verbor. oblig.*
Similiter qui alicui simpliciter promittit factum quod v-
nico momento expediri non potest, licet in hac promissi-
one dies adiectus non sit: tamen tacitè subintelligitur il-
lud tempus, quo hoc factum expediri possit, *l. si ita stipula-*
tus essem abs te. la. 2. ff. de verbor. oblig. Eodem modo in sti-
pulatione, qua quis promittit alicui soluere pro ipso mer-
cedē vel magistro suo vel domus aut habitationis ab ipso
conductæ, subintelligitur illa dies, quæ vel præceptori vel
locatori ædium merces solui consueuit, *arg. l. nec semel.* §.
si habitationem. ff. quand. dies. leg. ced. Is quoq; qui mu-
tuam pecuniam accepit, si per stipulationem promittat

eam reſtituere, non ante conueniri poteſt, niſi elapſo aliquo tempore arbitrio boni viri æſtimando, quo ipſe veriſimiliter ita pecunia vſus vel neceſſitatis ſuæ gratia vti potuit, *Bart. l. ſi pœnam. & ibi Alex. Iaſ. Zaſ. ff. de verbor. oblig.* Tutor etiam qui rem pupillo ſaluam fore promiſit, ex hac promiſſione non, niſi tutela finita conueniri poteſt, *l. 1. l. non quaſi. §. hanc ſtipulationem. ff. Rem pupil. ſalu. for.* Præterea & in omnibus caſibus, in quibus licet dies expreſſus non ſit, tamen ex tacita mente contrahentium colligi poteſt, ſtipulatio in diem judicatur, *arg. gloſ. L. ſi dies. in prin.*
11 *verb. confeſtim. ff. quand. dies legat. ced.* Ex hac ſtipulatione quæ diem tacitam habet, obligatio quidem in continenti oritur, ſed actio non datur, niſi eueniente die, *d. l. ita ſtipulatus eſſem abs te. verſ. non ante agi poſſe. l. interdum. in prin. verb. tunc enim incipit actio. & ibi Bart. & Dd. ff. de verb. oblig. facit l. ſi tutor. reipublicæ. §. fin. ff. de tutel. & rat. diſtrah. junct. l. 1. ff. Rem pupil. ſalu. for. Bart. l. ita ſtipulatus. num. 39. & ibi Zaſ. ff. de verbor. oblig.* Ideoque ſi ante hunc diem euenientem ſtipulator huius rei nomine promiſſorem conueniat, quia nemo ſine actione experiri poteſt, *l. ſi pupillis. §. videamus. ff. de negot. geſt.* judex hunc agentem, etiam promiſſore conuento nihil petente vel excipiente ex ſuo officio ab agendo repellere poteſt, *gloſ. ver. pœna. verſ. Tertia. l. vti pactum. & ibi Iaſ. num. 11. C. de tranſact. gloſ. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ver. in pactis. & ibi Bart. & Iaſ. ff. de pact. Bart. & Dd. l. ſi Titius. ff. de ver-*
12 *bor. obligat. Bart. d. l. ita ſtipulatus. n. 55.* Lapſus tamen huius diei taciti etiam nulla interpellatione à creditore facta interpellat, atq; debitorem in mora conſtituit, atq; dies expreſſus debitorem in mora conſtituere ſolet, *l. quoties in diem. cum l. ſeq. & ibi Iaſ. & Dd. ff. de verb. oblig. c.*

licet

licet canon. ver. nulla monitione præmissa de elect. lib. 6. Bart. & Bald. l. promissor. §. *1. ff. de constit. pecun. Alex. d. l. si ita stipulatus essem abs te.* Imò maior atq; grauior ea mora 13
reputatur, quæ per lapsum diei taciti contrahitur, quàm quæ per lapsum diei expressi: Namq; ea quæ per lapsum 14
diei taciti contrahitur æquiparatur moræ per litis contestationem contractæ, *l. fin.* §. *fin. & ibi Bald. & Salic. C. de jur. dot.* Et licet dominus Iaſ. *in d. l. quoties. n. 8.* hanc sententiam Bald. & Salic. ea ratione refutare nitatur, quia leges permittunt moram per lapsum diei taciti contractam purgare, *arg. l. 2. C. de jur. emphyt. junct. c. potuit. extra locat. Ang.* §. *loca num. 3. infra h. t. n.* Sed moram commissam per litis contestationem purgare leges non concedunt, *l. si insulam. & ibi Dd. ff. de verbor. obligat.* Igitur liquet moram per lapsum diei taciti contractam non æquiparari moræ per litis contestationem contractæ: Tamen hac ratione Iasonis non obstante credo hoc dictum Baldi & Saliceti esse verissimum per textum clarum & expressum, quem pro sua sententia allegant. Ad rationem ve- 15
rò Iasonis contrariam facilimè responderi potest: Quia hoc quod dominus Iaſ. dicit, post litis contestationem moræ purgationem non admitti, tunc demũ verum est, quando non per litis contestationem, sed ante litis contestationem, quis in moram incidit: tunc enim non permittitur moram nisi vsque ad contestationem litis purgare, & ita procedit *d. l. si insulam.* Secus autem est quando per litis contestationem is qui antea in mora non fuit, moram cõtraxit, tunc secundum communem atque receptam Dd. sententiam, etiam post litem contestatam vsq; ad sententiam moram purgare permittitur, *Bart. d. l. si insulam. n. 16. & ibi Alex. Iaſ. & Zaſ. arg. gloſ. fin. l. siue apud acta. C. de*

 transact.

transact. glos. l. si maior. C. de transact. Quare cum antequam dies tacita labatur, debitor in mora constitutus non fuerit, licet certum sit moram per lapsum taciti diei commissam purgari posse, tamen non sequitur ex hoc, moram contractam per lapsum taciti diei à mora contracta per litis contestationem differre: Quia hoc etiam in mora per litis contestationem inducta vsu venire indubitati juris
16 est. Vnde hoc dictum Baldi & Saliceti tanquam notabile & verum perpetuò tenete menti. Namq; ex hoc, domini, sequuntur multæ notabiles conclusiones; & inter cætera ex hoc sequitur; quod licet is qui ex contractu stricti juris obligatus est, non post moram, sed tantum post litem contestatam ad fructus rei debitæ restituendos conueniri possit, *l. cum fundus. in prin. & ibi Bart. Alex. Ias. & Dec. ff. si cert. petat. Bart. & Dd. l. filiusfamilias. §. 1. ff. de verbor. oblig.* Si quis tamen per lapsum taciti diei in mora fuerit constitutus, ipsum à tempore moræ ad fructus rei debitæ obstrictum esse: eò quia hæc mora æquiparatur moræ per litis contestationem contractæ: igitur de vtroque idem judicium sumendum, *arg. glos. fin. & ibi Bart. l. si quis seruo. C. de furt. glos. l. quod verò. ff. de legib. Ias. Auth. quas actiones. C. de SS. eccles.* Et hoc quo ad stipulationem, quæ sub die tacita concepta est: nunc descendamus ad
17 stipulationem quæ diem expressam habet. Stipulatio itaq; illa dicitur diem expressam habere, in qua dies à contrahentibus expressus est. Et hæc rursus duplex est, alia habet diem certam, alia verò incertam. Et incerta dies
18 iterum duplex est: Nam quædam dies est omnino incerta, an videlicet & quando eueniet, vtputa, si quis ita stipuletur: 100. mihi dare spondes si Cæsar Dresdam venerit: namq; hoc tempus est omnino incertum: Quia primò dubium

dubium est an Cæsar Dresdam venturus sit, & contingere potest, quod Cæsar nunquam Dresdam veniat: Simili quoq; modo incertum est, quando Imperator Dresdam venturus sit. Et hæc dies incerta propriè conditio dicitur, *l. stipulatio ista. §. inter certum. ff. de verbor. oblig. Bart. d. l. ita stipulatus. num. 41.* Et de hac die incerta, siue conditione inferiùs dicemus. Quædam verò est dies incerta, quam 19
certum est euenturam, sed dubitatur quando euentura sit, vt est dies mortis: Nam cum omnibus statutum sit semel mori, certum atq; indubitatum est, illum in cuius mortem stipulatio collata est, moriturum, sed quando & qua hora morietur incertum est, *l. 1. ff. de condit. & demonst.* Et hæc stipulatio sub die incerta mortis concepta omnino valet atq; tenet, siue stipulatio tempus mortis stipulatoris, siue tempus mortis promissoris, siue etiã cuiusdam tertij respiciat, *§. post mortem. insra de inutil. stipul. l. quodcumq́. §. 1. & 2. ff. de verbor. oblig.* item siue in ipsum tempus mortis, siue post mortem, siue pridie quàm morietur, stipulatio facta fuerit, *l. scrupulosam. C. de contrah. stipulat. d. l. quodcumq́. §. pen. & d. §. post mortem.* item siue sit stipulatio dandi, siue faciendi, *l. fin. C. de contrah. & commit. stipul.* Et ex hac stipulatione sub die incerta contra- 20
cta, ante diem euenientem; neq; obligatio neq; actio oritur, *glos. l. in omnibus obligationibus. ff. de regul. jur.* Ideoq; per hunc diem venientem promissor absq; interpellatione stipulatoris in mora non constituitur, *Bart. d. l. ita stipulatus num. 43.* Quia vna eademq; dies non potest simul & obligationem parere & reum in mora constituere, *Bart. & Dd. l. quoties in diem. ff. de verbor. oblig. arg. l. quod dicimus. ff. de solut.* Ante hanc tamen diem incertam, si de- 21
bitor soluat hoc, quod promisit, illud tanquam indebitum

condicere non poteſt, *l. nam ſi cum moriar. ff. de condict. in-*
22 *deb.* Item & ſtipulatio ſuper legato ſub die incerta reli-
cto, interpoſita ad heredes transmittitur, *arg. l. heres me-*
us. ff. de condit. & demonſtr. junct. l. 1. §. ſi ſub conditione. ff.
23 *vti legat. ſiue fideic. nomin. caueat.* Expreſſam verò diem
ſtipulatio habere dicitur, quando in ipſa ſtipulatione prin-
cipaliter vel acceſſoriè interpoſita, dies à contrahentibus
expreſſè adiectus eſt: quale eſt illud, Calend. Ianuarijs
decem dare ſpondes: vel quando ipſi ſtipulationi acceſ-
ſoriè ſuper aliquo contractu interpoſitæ, dies quidem non
inſertus eſt expreſſè, ſed tamen illa obligatio ſiue contra-
ctus principalis cui accedit ſtipulatio diem expreſſam ha-
bet. Namq; licet principalis obligatio pura ſit, tamen ac-
ceſſoriæ ſtipulationi diem adijci poſſe receptum eſt, §. *fi-*
deiuſſores. infra de fideiuſ. Bart. l. ſi qui. ff. de fideiuſ. Et cum
acceſſorium naturam principalis ſequatur, *c. acceſſorium de*
reg. jur. lib. 6. l. inter ſocerum. §. cum inter. ff. de pact. con-
uent. l. 3. §. ſi quid acceſſit. & ibi Bald. ff. de negot. geſt. Bart.
Alex. Iaſ. & Dec. l. cum mota. C. de pact. Alex. & Iaſ. l. miles.
§. decem. ff. de re judic. placuit diem in principali contractu
adiectam in acceſſoria ſtipulatione, licet hoc à partibus
omiſſum fuerit, expreſſè repetitam cenſeri, *l. ſi teſtamento.*
§. fin. ff. de fideiuſſor. Bald. l. Titius. C. de oper. libert. Dec.
conſ. 2. lib. 1. facit l. vt proponis. ff. de fideiuſ. l. 1. §. ſi ſub con-
24 *ditione. ff. vti fideicom. nom. caueat.* Et hæc ſtipulatio quæ
habet diem expreſſam, quinq; ſpecies habet. Nam ali-
quando dies ſtipulationi adijcitur cauſa demonſtrationis,
interdum cauſa limitandæ obligationis, ſæpè gratia diffe-
rendæ ſolutionis, nonnunquam multiplicandæ obligatio-
nis cauſa, ſolet & diuidendæ præſtationis ſiue ſolutionis
25 gratia dies ſtipulationi inſeri. Demonſtrationis gratia
dies

dies ſtipulationi inſertus dicitur, quando tempus præſens ſiue inſtans verbis obligatiuis, non autem verbis executiuis ſtipulationis adijcitur: quale eſt illud, ſi quis ita ſtipuletur, hodie vel nunc, jam, promittis decem dare. Nam hic verbum Hodiè confeſtim & in continenti adijcitur verbo Promittis, quod eſt verbum obligatiuum: ideoq; demonſtrationis gratia, hoc tempus inſtans ſtipulationi adiectum dicitur, *l. liber homo.* §. *decem. ff. de verbor. oblig.* non verbis obligatiuis, ſed verbis executiuis tempus præſens ſiue inſtans adijcitur, quale eſt, ſi quis ita ſtipuletur, promittis mihi decem hodiè, vel nunc, vel jamiam dare: Nam quia hoc caſu verbum Hodiè, nunc vel jamiam, non verbo promittis, ſed verbo dare, quod eſt verbum executiuum, adiectum eſt, hoc tempus non demonſtrationis gratia, ſed vel differendæ ſolutionis cauſſa, ſi videlicet illud tempus tractum aliquem in ſe habeat, quale eſt id, quod per dictionem Hodiè denotatur, *Bart: Alex. & Iaſ. d.* §. *decem.* vel vt ad hoc ſolutio in continenti & abſq; dilatione vlla fiat, ſi videlicet illud tempus inſtans momentaneum ſit, quale eſt illud, quod per dictionem nunc, jamiam & ſimiles exprimitur, *Iaſ. d.* §. *decem. arg. l. talis ſcriptura. in prin. ff. de legat. 1.* Et hæc ſtipulatio cui cauſſa demonſtrationis di- 26
es inſertus eſt, omnino pura cenſetur, & perinde habetur atq; ſi abſq; mentione diei ſtipulatio facta fuerit, *d.* §. *decem. & ibi Bart. & Dd.* Ideoq; omnia ea, quæ ſupra de ſtipulatione pura diximus, & in hac ſtipulatione locum habent: Et ſi quis ita ſtipuletur, hîc Vitebergæ hodiè vel nunc vel jamiam ſpondes 10. Dresdæ dare, quia hæc ſtipulatio nihil impoſſibile vel abſonum continet, eò, quia actus promiſſionis hodiè explicatur, & ipſe non hodiè, ſed ſimpliciter decem Dresdæ dare obligatus eſt, huiusmodi ſtipula-

ſtipulationem valere atq; tenere receptum eſt, *arg. eius quod tradit. Bart. & Alex. d. §. decem.* Secus ſi ſtipulationi cui differendæ, vel præſenti tempore implendæ ſolutionis gratia tempus præſens adiectum eſt, inſeratur locus remotus ad quem intra hoc tempus promiſſor venire non poteſt: tunc enim hæc ſtipulatio tanquam impoſſibilis nulla eſt, §. *loca, infra h. t. n. l. 3. §. ſi quis ita ſtipuletur. ff. de*
27 *eo quod cert. loc. l. fin. §. ſi inter eos. ff. de verbor. oblig.* In dubio tamen quando non liquet vtrum dies ſiue tempus inſtans ſit adiectum verbis obligatiuis, an verò verbis executiuis præſumitur illud verbis executiuis, ſtipulationis & ſic demonſtrationis gratia adiectum, *Alex. d. §. decem.*
28 *nu. 2. arg. l. fin. §. Titia. ff. de liberat. legat.* Et licet Ang. Ioan. de Imol. & Iaſ. velint, etiamſi ſi tempus inſtans adijciatur verbo obligatiuo, illud cenſeatur demonſtrationis gratia, quo ad ipſam principalem obligationem ſtipulationi inſertum: tamen quo ad ea quę extrinſecus juxta principalem obligationem apponuntur, tempus inſtans differendæ ſolutionis gratia, vel ad hoc vt ſolutio in continenti fiat juxta ſupra traditam diſtinctionem, ſtipulationi appoſitum cenſendum, *arg. l. talis ſcriptura. in prin. ff. de legat. 1.* Ideoq; eum, qui hodiè decem ſub pœna dare promiſit non niſi omnibus horis hodierni diei elapſis conueniri poſſe, & elapſo hoc die, illum ipſo jure abſq; interpellatione aliqua in pœnam incidere adeò, vt cum hic ſit dies & pœna, moram purgare non poſſit, *l. magnam. C. de contr. & commit. ſtipul. l. traiectitia. §. fin. ff. de action. & obligat.* Ego nihilominus tamen cum Paul. de Caſtro, contrariam ſententiam veriorem judico, videlicet etiam quo ad ea, quæ extrinſecus ſtipulationi ſiue obligationi accedunt, tempus inſtans verbo obligatiuo adiectum demon-

ſtratio-

ſtrationis gratia ſtipulationi inſertum intelligi: Ideoq; ſi quis hodiè promiſerit decem dare ſub pœna, ipſum & hodierno die nondum elapſo ad decem conueniri poſſe, *arg. d. l. decem.* & ipſum non per hodierni diei lapſum, ſed ita demum, ſi interpellatus fuerit, & tantum tranſierit tempus intra quod commodè hæc decem dare poſſit, *l. in mora conſtitui. & l. ita ſtipulatus. verſ. item ſi quis ita & ibi gloſ. ver. agendum. ff. de verbor. oblig.* tum quia acceſſorium naturam principalis ſequitur, *c. acceſſorium. de reg. jur. lib. 6.* tum quia principalē obligationem ratione acceſſorij mutari, alterari vel extendi inconueniens eſt, *l. ex pupillari. & ibi Iaſ. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. l. quod per manus. ff de Codicill. Clem. 1. extra de præbend.* Nec obſtat d. l. talis ſcriptura in prin. Quia expreſſè ex illa lege liquet verbum inſtans ſcilicet verbum præſentia non obligativum ſed executivum verbum reſpicere. Namq; in illo textu teſtator non dixit, ego in præſentiarum lego Titio decem, quo caſu hæc dictio ipſum actum legandi, ſiue obligatiua verba reſpiceret, ſed lego teſtator dixit decem pręſentia ſcilicet danda vel reſtituenda, & ſic illa dictio præſentia executivum verbum reſpicit: Et ita liquet hunc textum noſtræ ſententiæ non obſtare. 29

Et hoc quo ad diem ſiue tempus demonſtrationis gratia ſtipulationi adiectum: Limitandæ verò obligationis gratia dies ſtipulationi vel alij contractui adiectus cenſetur, quando id inter partes tacitè vel expreſſè actum eſt, ne debitor vltra certum diem obligatus ſit: vtputa, ſi conuenerit expreſſè inter ſtipulatorem & promiſſorem, ne promiſſor ſtipulatori vltra annum obligatus ſit: Nam hîc obligatio ad annum limitata eſt, *l. obligationum ferè. §. placet. ff. de action. & oblig.* 30

Idem eſt ſi obligationi ſimplici habenti cauſſam ſucceſſiuam dies vel 31

X tempus

tempus adijciatur: vtputa si ita stipulatus fuero: decem annis, vel ad decem annos annua vel menstrua quinq; dare spondes, vel si stipuler mihi seruitutem aliquam realem, decem annis vel ad decem annos dari: Quia & vsusfructus & seruitutes causam successiuam habent: ideoq; dies certa vel incerta ijs pręscripta limitandæ obligationis gratia adiecta censetur, *l. eum qui ita. §. qui ita. & ibi Bart. & Dd. ff. de verbor. oblig. facit. l. & puto. §. 2. ff. famil. herciscund. l. 5. §. fin. ff. de seruitut.* Quod tamen ita demum verum est, si dies fuerit hisce obligationibus, habentibus causam successiuam, simpliciter adiectus: secus verò est, si dies hisce obligationibus insertus, respiciat initium præstationis siue solutionis, quale est illud, si quis ita stipuletur, ex isto die vel post istum diem annua decem vel vsumfructum dare spondes: tunc enim hic dies siue hoc tempus differendę solutionis gratia stipulationi insertum censetur, *arg. d. l. & puto. §. 1. & l. obligat. ferè. §. 1.* Idem est, si ex tacita vel expressa mente contrahentium contrarium liqueat: vtputa, si quis stipuletur sibi vsumfructum fundi dari ad diem vel tempus certum, adeò breue; intra quod stipulator nullos fructus ex fundo percipere possit: tunc enim, ne hæc stipulatio sit inutilis, capimus eam interpretationem, hoc tempus non finiendæ obligationis caussa, sed differendæ solutionis gratia stipulationi adiectum, *arg. l. quoties. & ibi Ias. ff. de verbor. oblig. facit. l. si quando. in prin. ff. de legat. 1.* Deinde, id ita demum verum est, si illa causa successiua sit talis, quæ singulis temporibus discretis suam vtilitatem adfert, qualis est obligatio annua vel menstrua, item & stipulatio seruitutis personalis vel realis: secus est si obligatio quæ caussam successiuam habet, sit talis, quæ non ex tempore sed ex perfectione suam vtilitatem ha-

tem habet, cuiusmodi sunt, fossam fodere, insulam ædificare, &c. Nam dies huic obligationi adiecta in dubio ipsi differendæ solutionis gratia inserta censetur, *l. insulam intra biennium. ff. de verbor. obligat.* Sin verò obligationi ha- 32
benti vnicam & momentaneam, quale est, si quis decem sibi dari vel fundum stipulatus fuerit, dies vel tempus huic stipulationi adiectum in dubio differendæ solutionis gratia contractui insertum censetur, *l. si mandato Titij.* §. *Paulus respondi. & l. 2. ff. Mand. d. l. eum qui ita.* §. *qui ita stipulatur ante calendas. & l. ad diem. ff. de verbor. oblig.* nisi forsan ab vtraque parte tàm promissoris quàm stipulatoris aliquid præstandum vel adimplendum sit: tunc enim dies adiecta etiam obligationi momentaneæ causam habenti, limitandæ obligationis gratia adiecta censetur, *arg. l. si quis ita promiserit.* §. *Seia. & ibi Ias. & Zas. ff. de verbor. oblig.* Ideoq; si is qui fundum, domum vel aliam rem vendidit, cum emptore paciscatur, vt sibi hanc rem oblato precio intra certum tempus redimere liceat: Quamuis hæc obligatio caussam momentaneam contineat, retro emptionem, tamen quia in hac obligatione & venditor precium reddere, & emptor rem restituere tenetur, hoc tempus limitandæ obligationis gratia contractui insertum dicitur, neque permittitur venditori post hoc tempus elapsum rem venditam redimere, *Ias. & Zas. d. l. eum qui.* §. *qui ita. Ias. d.* §. *Seia.* Simili modo si quis alteri vendiderit domum eo pacto in continenti adiecto, vt is intra certum tempus precium promissum soluat, hoc tempus limitandæ obligationis gratia pacto insertum censetur: ideoq; hoc tempore elapso, emptor vlterius precium offerre, & domum emptã petere non potest, *Raph. Cuman. & Ias. d.* §. *Seia.* Et ex 33
hac stipulatione cui limitandæ obligationis gratia dies

infertus eſt, in continenti oritur & obligatio & actio, *§. at ſi ita. & ibi Ang. infra h. t. n. d. l. eum qui. §. qui ita. Bart. Alex. Iaſ. & Zaſ. l. qui hoc anno. ff. de verbor. oblig.* tamen promiſſori æquè, vt in pura obligatione diximus, tempus aliquod arbitrio boni viri æſtimandum, ad ſoluendum indul-
34 getur, *arg. l. quod dicimus. ff. de ſolut.* Porrò licet tempus non ſit modus obligationis tollendæ, & ideo etiam poſt elapſum hoc tempus limitandæ obligationis gratia ſtipulationi inſertum obligatio & actio non tollatur, *d. §. placet.* tamen ſtipulator poſt hoc tempus agens exceptione
35 repellitur, *d. §. at ſi ita. & d. §. qui ita.* niſi promiſſor ante hunc diem elapſum in mora fuerit, tunc enim quia mora obligationem temporalem perpetuam reddit, *l. ſi ſeruum. §. nunc videamus. ff. de verbor. oblig.* ipſe conuentus ſtipulatori exceptionem temporis elapſi obijcere non poteſt,
36 *l. ſi mandato Titij. §. ille illi ſalutem. ff. Mand.* Non aliter tamen is qui ex ſtipulatione cui dies obligationis limitandæ gratia inſertus, tenetur, in mora conſtituitur, niſi idoneo loco & tempore interpellatus fuerit, *Iaſ. l. ſi ex legati. num. 14. ff. de verbor. obligat. arg. l. emptorem. §. deniq. ff. de action. empt. gloſ. c. 1. ver. non cogitur. an ille qui interf. fratr.*
37 *domin.* Præterea quamuis ſtipulatio tempore limitata finito tempore extinguatur ope exceptionis: tamen ſi ſtipulationi annuæ vel menſtruæ fuerit dies limitata præſcripta, pro futuris quidem annis vel menſibus poſt diem elapſum nihil debetur vel peti poteſt, ſed ſummæ pro præteritis annis vel menſibus debitę etiam poſt hoc tempus ela-
38 pſum exigi poſſunt, *gloſ. fin. l. ſi cum Hermes. C. locat.* Cæterum, circa hanc ſtipulationem cui tempus limitandæ obligationis gratia præſcriptum, annotandum eſt, ſi huic ſtipulationi fideiuſſor acceſſerit, & poſt vel etiam ante elapſum

pſum hoc tempus,hic dies qui limitandæ obligationis gratia adiectus fuerit, vtroq; tàm promiſſore,quàm ſtipulatore conſentiente in tempus longius prorogetur, fideiuſſorem vltra tempus primæ ſtipulationis non obligatum manere,niſi ipſe expreſſè ſtipulatione interueniente huic prorogationi conſenſerit, *d. l. ſi cum Hermes. C. locat. l. Labeo. §. fin. ff. de arbitr. l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locat. Iaſ. l. lecta. ff. ſi cert. petat. idemq; Iaſ. in l. 1. C. de judic. Abb. c. conſtitutus. extra de fideiuſ.* Differendæ ſolutionis gratia 39
dies ſtipulationi adiecta dicitur, quando dies certa vel tēpus certum, quo ſolutio fieri debeat, in contractu ſtipulationis à contrahentibus exprimitur. Et in dubio quod- 40
libet tempus non præſens nec inſtans, quibuſcumq; verbis adiectum ſtipulationi ex qua quis ad aliquid cauſſam ſucceſſiuam non habens, obligatur, cenſetur differendæ ſolutionis gratia ſtipulationi inſertum, *Bart. Alex. & Iaſ. d. l. eum qui ita. §. qui ita. Tiraquel. in tract. de vtroq; retract. part. 2. §. 1. gloſ. 3. n. 4.* Porrò tempus differendæ ſolutionis gratia 41
ſtipulationi inſertū incipit currere à die ſtipulationis contractæ, ſi illa ſtipulatio pura ſit,nec ex illa ſtipulatione ſtipulator quidquam præſtare vel adimplere promiſſori vel alteri obligatus ſit. Ideoq; ſi quis ita ſtipulatus fuerit, in- 42
tra annum vel menſem mihi decem dare ſpondes? hic annus vel menſis computatur à die initæ ſtipulationis, *l. ſi quis ita promiſerit. in prin. ff. de verbor. oblig. l. eum qui calendis. in prin. ff. eod. tit.* Secus eſt, ſi hæc ſtipulatio contineat in ſe tacitam conditionem, vel ſi ratione huius contractus ſuper quo ſtipulatio interpoſita eſt, ſtipulator obligatus ſit promiſſori quid dare vel facere: tunc enim hoc tempus non niſi ab eo die quo conditio extitit, vel ſtipulator hoc, ad quid obſtrictus eſt, promiſſori adimpleuit, numeratur.

43 Ideoq; si quæ puella ita stipulata fuerit: dotis nomine mihi intra annum proximum decem dare spondes: quia in stipulatione dotis intelligitur tacita conditio, si nuptiæ secutæ fuerint, *l. stipulationem. ff. de jur. dot. Bart. l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condit. & demonst.* hic annus stipulationi insertus, non à die stipulationis, sed à die nuptiarum computatur, *l. tali facta stipulatione. in prin. ff. de jur. dot.* Similiter si venditor post venditionem perfectam, ante tamen traditionem, stipuletur ab emptore, vt is sibi pretium conuentum intra annum soluat, quia venditor obligatus est emptori, rem emptam tradere, *l. exempto. in prin. ff. de action. empt.* hic annus non à tempore stipulationis, sed à tempore traditionis rei venditæ computatur, *Bart. Alex. & Ias. l. si cui legetur. la. 1. in prin. ff. de*
44 *legat. 1.* Et ex hac stipulatione, cui dies differendæ obligationis gratia inserta est, si quidem hæc super eo interposita fuerit, quod ad heredes stipulatoris transmitti non potest, quale est, si quis vsumfructum vel alimenta sibi ex certo die stipulatus fuerit, obligatio & actio non oritur ante diem in stipulatione expressam euenientem, *l. 1. §. fin. ff. quand. dies vsusfr. legat. ced.* Sin verò stipulatio super eo interposita fuerit, quod ad heredes transitorium est, quales sunt regulariter omnes obligationes, *l. veteres. C. de contrah. & commit. stipul.* siue in ipsa stipulatione, vel in cõtinenti post stipulationem dies adiectus fuerit, *l. cedere diem. ff. de verbor. signif. d. l. 1. §. fin. ff. quand. dies vsusf. legat. ced. l. qui mandatum. ff. mandat.* siue ex interuallo post stipulationem initam pacto conuentum fuerit, ne promissor nisi post certum tempus debitum soluere cogatur, ex hac stipulatione in continenti oritur & obligatio & actio, sed stipulator ante diem agens exceptione repelli à judi-

ciorum

ciorum limine poteſt, §. *temporales. & ibi Ang. num. 37. infra de except.* Ex hoc absq; omni dubio verum eſt, quando tempus quo ſolutio fieri debet nōdum venit, veluti ſi quis ita ſtipuletur: promittis mihi dare decem Calend. Ianuarijs vel poſt annum, vel anno elapſo, nam antequam Calendæ Ianuariæ veniant vel annus labatur, ſtipulator promiſſorem conuenire non poteſt, *vt hic. & l. qui duos. §. fin. ff. de manumiſ. teſtam.* Idem eſt ſi annus vel dies, quo ſolutio facta eſt, venerit quidem, ſed anni vel diei mentio fuerit facta, per tale verbum, quod tempus omnino perfectum & abſolutum denotat. Quod in dubio præſumi- 45
tur quando tempus anni vel diei eſt per accuſativum expreſſum, veluti ſi quis ita ſtipuletur, in diem, vel, ad diem proximum paſchatis, vel ad annum aut in annum te dare ſpondes. Nam non niſi omnibus horis illius diei, vel omnibus partibus anni elapſis, ſtipulator ex hac ſtipulatione agere poteſt, *Bart. & Alex. l. qui hoc anno. ff. de verbor. obligat. Alex. & Iaſ. l. ſi cui legetur. in prin. ff. de legat. 1. arg. l. non putabam. cum l. ſeq. ff. de condit. & demonſtrat.* Excepto tamē eo, ſi tempori per accuſativum expreſſè fu- 46
erit adiecta dictio Intra, vel Infra, vel Ante, vel ſimilis: Veluti ſi quis ita ſtipuletur: intra vel ante annum, vel Calendas Ianuarias decem dare ſpondes: tunc enim per accuſativum, tempus perfectum & abſolutum non denotatur, *l. ſi ita fuerit libertas. §. fin. ff. de manumiſ. teſtam.* Ideoq; hoc caſu idem juris ſtatuendum, quod in ſequenti caſu. Sin verò tempus ſiue dies differendæ ſolutionis gratia ſtipulationi adiectū per tale verbum expreſſum fuerit, quod tempus perfectum ſiue abſolutum nō denotat, quod 47
in dubio fit quando temqus per ablativum caſum expreſſum eſt: veluti ſi quis ita ſtipuletur, hoc anno vel Calend.

Ianua-

Ianuarijs decem dare ſpondes,hoc caſu ſimili modo ſtipulator ante diem vel tempus elapſum cum effectu agere nõ poteſt, quando verba ſtipulationis promiſſorem reſpiciunt, veluti ſi quis ita ſtipuletur, hoc anno vel ante Calendas Ianuarias vel Calendis Ianuarijs decem dare ſpondes, *vt hic. & l. qui hoc anno. ff. de verbor. oblig. l. qui ante. ff. eod. tit.* Idem eſt ſi dubitetur, quo tenore ſtipulatio concepta
48 fuerit: Nam cum ſtipulationem ſemper pro promiſſore contra ſtipulatorem interpretemur, *l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus. ff. de verbor. obligat.* præſumitur verba ſtipulationis in perſonam promiſſoris collata eſſe, *Bart. d. l. qui hoc anno. arg. l. eum qui. ff. de annuis legat.* Sin verò verba ſtipulationis hoc caſu ipſum ſtipulatorem reſpiciant,veluti, ſi quis ita ſtipuletur, promittis mihi decem dare, quæ hoc anno vel Calendis Ianuarijs petere poſſim: vel ita, hoc anno accipiam à te decem, ſtipulator etiam ante annum perfectè elapſum, item & ipſis Calendis Ianuarijs, promiſſorem cum effectu conuenire poteſt, *Bart. & Alex. d. l. qui hoc anno. Bart. Alex. & Iaſ. d. l. ſi cui legetur. in prin. ff.*
49 *de legat. 1.* His tamen caſibus, in quibus diximus ſtipulatorem ante diem ſtipulationi inſertum, vel venientem vel completum promiſſorem conuenire non poſſe, tunc demum procedunt,quando dies contractui vel ſolius promiſſoris vel vtriusque tàm promiſſoris quàm ſtipulatoris gratia adiectus eſt: ſecus verò eſt, ſi dies ſolius creditoris fauorem reſpiciat: tunc enim creditor ſiue ſtipulator indiſtinctè ante diem agere poteſt, *Ludou. Rom. l. ſtipulatio iſta. §. inter certum. ff. de verbor. obligat. Franc. Aret. l. qui Romæ. in prin. ff. de verbor. obligat. Dec. l. in omnib. obligationib. col.*
50 *fin. ff. de reg. jur. arg. l. 1. §. pen. ff. depoſ.* Similiter & promiſſor ſiue debitor, qui in diem fiſco obligatus eſt, ſi hoc neceſſitas

necessitas vel vtilitas publica suadeat, ante diem conueniri & exigi potest, *l. 1. & ibi Bald. C. de condict. ex leg. Alex. & Iaß. l. pecuniam. ff. si cert. petat. Iaß. §. sed hac quidem. infra de action.* Is quoq; qui in diem obligatus est, si de fuga vel 51
dilapidatione suspectus fuerit, ante diem à quolibet creditore conueniri potest, ad hoc, vt creditori idoneam cautionem præstet de soluendo ipsi debitum die constituto, *arg. glos. l. quæsitum. §. fin. ver. interest. & ibi Bart. ff de pignor. Iaß. d. l. pecuniam.* Et licet stipulator promissorem 52
in diem obligatum ante diem conuenire cum effectu non possit: Si tamen ante diem promissorem conueniat, & pendente judicio antequam huius rei nomine ipsi exceptio obijciatur, dies veniat, ipse rectè egisse censetur, nec vlterius exceptione repelli potest, *Bald. Alex. & Iaß. d. l. pecuniam. ff. si cert. petat. arg. l. si rem. §. fin. ff. de pignor. act.* Et cum hoc tempus siue dies in cuius euentum solutio 53
collata est, in dubio censeatur debitoris siue promissoris gratia stipulationi insertum, permittitur promissori debitum suum ante hunc diem quandocumq; ipsi placet soluere, *l. stipulatio ista. §. inter certam. ff. de verb. oblig. l. eum qui calendis. §. fin. ff. eod. tit. l. cum temp. ff. de reg. jur. l. quod quis. ff. de oblig. & act. l. quod in diem. ff. de solut.* Hoc tamen verum non 54
est, si expressè inter debitorem & creditorem conuenerit, ne debitor ante diē elapsum ipsi creditori debitum soluere possit: tunc enim antequam tempus labatur debitor creditori debitum soluere non potest, *Bart. l. qui Rom. in prin. n. 3. & ibi Alex. Iaß. & Zaß. ff. de verb. oblig. facit. l. 1. in prin. ff. de pact. l. 1. in prin. ff. de constit. pec.* Quod non tantum locum habet 55
si conuenerit inter debitorem & creditorem, ne debitor intra certum diem vel tempus debitum soluere possit, sed etiam procedit, si fortè indistinctè inter creditorem con-

uenerit, ne ipse debitum suum vnquam, nisi quando creditori hoc placebit, soluere possit: Nam & hoc casu hoc pactum valet, nec debitor vnquam nisi creditori volenti debitum soluere potest, *Alex. d. l. qui Roma. num. 7. & ibi Zas. num. 10. arg. eius quod tradit Bart. & Dd. magis communiter. in l. à Titio. §. fin. ff. de verbor. obligat.* vbi concludunt hanc stipulationem qua quis stipulatur sibi dari decem, quando ipse stipulator vult, validam atq; firmam esse,
56 *arg. l. si ita legatum. §. illi si volet. ff. de legat. 1.* Et hoc indistinctè verum est, quando stipulatio est interposita super alio contractu, quàm super contractu mutui, *arg. glos.*
57 *fin. c. conquestus. extra de vsur. glos. in summ. 14. q. 3.* Simili modo & in contractu mutui procedit, quando ex contractu mutui debetur pecunia numerata, quia pecuniæ semper certa æstimatio, sin verò ex mutuo debeatur vinum, oleum vel frumentum vel quid aliud, cuius æstimatio variatur, si quidem actum atq; conuentum fuerit, ne debitori intra certum tempus, annum puta, permittatur hoc debitum soluere, hoc pactum valet atq; tenet, *Zas. in l. qui Roma. num. 11.* Sin autem indistinctè conuenerit, ne debitor vnquam nisi quando creditori placebit, permittatur hoc debitum soluere; tunc enim quia verisimile est, creditorem hoc debitum petiturum eo tempore, quod hoc vinum, frumentum vel oleum plus valebit, quàm valuit tempore contractus, & omne quidquid accedit sorti mutuo datæ vsura sit, *c. 1. & c. 2. & ibi glos. 14. q. 3.* hoc pactum tanquam in fraudem vsurarum juxta contractum mutui non valet neq; tenet: *Paul. de Castr. l. item quia. in prin ff. de pact. Ioan. de Imol. cons. 25. Andr. Barbat. in addit. ad Abbat. c. fin. num. 20. extra de vsur. Zas. d. l. qui Roma.*
58 *in prin.* Præterea quoq; eo casu, quo debitor creditori pignus

pignus dedit, pactum inter ipsum & creditorem conuentum, ne ipse intra certum tempus debitum soluere & pignus luere possit, valet, *glos. l. fin. C. de pact. pign.* Dummodo tamen hoc tempus non extendatur ad 30. annos, quo casu hoc pactum non valet, *glos. d. l. fin. C. de pact. pign.* multo minus verò valet hoc pactum, si actum fuerit inter 59
contrahentes ne debitor vnquam in perpetuum debitum soluere, & pignus luere permittatur, *glos. verb. obtulerit. d. l. qui Romæ. in prin. & ibi Alex. num. 7. & Ias. nu. 23. & Zas. num. 12.* Idem est si creditor qui pignus accepit 60
cum debitore paciscatur, ne ipse debitum etiam pecuniarium, nisi quandocumq; ipsi creditori placuerit, soluere, & pignus redimere liceat: Namque hoc pactum perinde non valet atq; tenet, ac si inter ipsos conuentum fuerit, ne debitor in perpetuum debitum soluere & pignus luere possit. Quia hoc, quod in voluntatem siue beneplacitum 61
alterius refertur, perpetuum iudicatur, *l. iurisperitos. in prin. & ibi Bart. ff. de excusat. tutor.* Imò etiamsi de tempore 62
non longissimo, sed breuiori, intra quod tamen creditor ex fructibus pignoris consumptis, verisimiliter plus percipiet, quàm est illud debitum ad quod quis obligatus est, inter stipulatorem & promissorem de non luendo vel repetendo pignore conuenerit, hoc pactum simili modo non valet, & permittetur debitori etiam ante tempus elapsum soluto debito pignus luere, *Zas. d. l. qui Romæ. in prin.* Et in illo casu quo valet pactum, ne debitor intra certum 63
tempus debitum & soluere & pignus luere possit, elapso hoc tempore creditori omnes fructus consumpti in sortē imputantur, *l. 1. & l. 2. C. de pignor. action.* non consumpti verò, vna cum ipso pignore, pignoratitia actione repetuntur, nec creditor hos fructus vlla ratione præcipuos re-

64 tinere poteſt; Imò etiamſi expreſſè inter debitorem & creditorem conuenerit, vt creditor fructus pignoris lucretur, & ne illos vel reſtituere vel in ſum̃am debiti computare cogatur, hoc pactum tanquam vſurarium non va-
65 let neq; tenet, *c. 1. & ibi gloſ. & Abb. extra de vſur.* Similiter debitori non permittitur debitum ante diem differendæ ſolutionis gratia ſtipulationi inſertũ ſoluere, quando hic dies vel tempus ſtipulationi non ſolius debitoris, ſed vel vtriuſq; tàm debitoris, quàm creditoris vel etiam ſolius creditoris gratia inſertus eſt, *l. eum qui. ff. de annu. legat. d. l. qui Romæ. in prin. & ibi Bart. Alex. Iaſ. & Zaſ.*
66 Ideoq; ſi quis ad certam pecuniæ ſummam ſub vſuris ex ſtipulatione debitis poſt certum tempus ſoluendam obligatus ſit, hoc debitum ante tempus elapſum ſoluere non poteſt, *gloſ. Bart. & Dd. d. l. qui Romæ. in prin.* Quia ſolutio debiti ſub fœnore ad certum diem ſiue tempus, vtriuſq; tàm debitoris quàm creditoris cauſſa dilata cenſetur, *arg.*
67 *l. 2. ff. mandat.* Eodem modo ſi quis ex ſtipulatione vel alio contractu obligatus vel obſtrictus ſit ad illud quod temporis curſu facilè corrumpitur, quale eſt frumentum vel oleum, poſt tempus vel diem certum ſoluendum, quia & hoc caſu illud tempus tàm creditoris, quàm debitoris fauore ſtipulationi adiectum judicatur, promiſſor ante elapſum tempus præſcriptum hoc debitum creditori inuito ſoluere non poteſt, *Bald. l. plures apochis. in fin. C. de fid. inſtrum. Alex. l. ſtipulatio iſta. §. inter certam. num. 9. & ibi Iaſon num. 3. & Zaſ. num. 7. ff. de verbor. obligat. Alex. d. l. qui Romæ. in prin. num. 11. & ibi Iaſ. num. 4. idemq́; Iaſ. in l. 2. n. 63. C. de jur. emphyteut. Dec. l. cum tempus. ff. de reg.*
68 *jur.* Idem eſt ſi quis ex ſtipulatione vel etiam ex alio contractu obligatus eſt pauperibus certi loci vel hoſpitalis

centum

centum poſt tempus certum ſoluere: Nam hic dies ſtipulationi inſertus non tantum reſpicit fauorem ſtipulatoris, ſed etiam fauorem pauperum, qui tempore ſolutioni deſtinato in iſto hoſpitali vel loco erunt; cum poſſit fieri, vt ante illud tempus elapſum multi pauperes ex illo loco vel hoſpitali moriantur, & interim alij in locum illorum ſubſtituantur, ideoq; ante quàm dies vel tempus ſolutioni præſcriptum prætereat, promiſſor hoc debitum ſoluere non poteſt, *arg. l. vxorem.* §. *Seia. ff. de legat. 3. l. cum pater.* §. *à filia. & ibi Bart. ff. de legat. 2. l. filiusfamilias.* §. *Diui. ff. de legat. 1. Bart. l. poſt mortem. & ibi Dd. C. de fideicom. Alex. d.* §. *inter certam.* Is quoq; qui ex ſtipulatione judicio ſiſti aliquem certo die in judicio ſiſtere obligatus eſt, eum ante iſtum diem ſiſtendo non liberatur, *arg. gloſ. fin. Clem. quamuis de appell. junct. l. ſi eum.* §. *qui injuriarum. ff. ſi quis caution.* In omnibus tamen caſibus, in quibus diximus debitorem ſiue promiſſorem in diem certum obligatum ante hunc diem debitum ſoluere non poſſe, permittitur debitori debitum etiam ante diem creditori inuito ſoluere, ſi ipſi vnà cum debito omne intereſſe, quod creditor ratione huius temporis prætendere poſſit, ſoluere paratus ſit, *gloſ. verb. obtulerit. d. l. qui Romæ. in prin. & ibi Bart. Alex. Iaſ. & Zaſ.* Similiter & eo caſu, quo tempus vel ſolius creditoris vel vtriusq; tàm creditoris, quàm debitoris gratia ſtipulationi inſertum eſt, ſi illud tempus fuerit expreſſum per tale verbum, quod tempus perfectum & abſolutum non denotat, veluti ſi quis ita ſtipuletur, hoc anno, & intra aut ante hunc annum mihi decem dare ſpondes, permittitur promiſſori ante tempus ſtipulationi inſertum perfectum & abſolutum, debitum ſoluere, *Bart. d. l. qui Romæ. in prin. num. 4. & ibi Iaſ. num. 33. Bart. l. qui ante*

(margin: 69 at "Is quoq;"; 70 at "In omnibus")

calendas. num. 2. & ibi Ias. num. 3. ff. de verbor. oblig. arg. l. si ita fuerit. la. 2. §. fin. ff. de manumiss. testam. facit. gloss. fin. d. Clem. quamuis. & quod docet Bart. Alex. & Ias. d. l. qui
71 *ante.* Vbi in simili concludunt, si judex aliquem citauerit, vt certo die vel tempore in judicium veniat, hunc citatum ante hunc diem siue tempus in judicio comparere non posse: Sin verò judex aliquem citauerit, vt ante vel intra certum diem in judicium veniat, ipsum quandocumq; etiam ante hunc diem in judicium venire posse.
72 Porrò lapsus huius diei vel temporis differendæ solutionis gratia stipulationi inserti indistinctè interpellat, atque debitorem in mora constituit, *l. magnam. C. de contrah. & commit. stipulat.* siue dies vel tempus solius creditoris vel debitoris, aut etiam vtriusq; tàm debitoris quàm creditoris gratia stipulationi adiectum sit, *l. nummis. junct. gloss. ver. sua die. & ibi Alex. & Ias. nu. 17. ff. de eo quod cert. loc. l. fin. §. fin. & ibi Bald. C. de jur. dot. Bald. l. 1. in fin. C. Quand. dies legat. ced.* Item siue verba stipulationis stipulatorem siue promissorem respiciant, *Bald. & Ias. l. si ex legati. ff. de verbor. obligat.*
73 Præterea debitum ex stipulatione, cui certa dies differendæ solutionis gratia adiecta est, ante hunc diem per errorem solutum repeti non potest, nisi quo ad interusurium medij temporis, *l. in diem. & ibi Ias. ff. de condict. indeb.*
74 Fideiussor quoq; qui accessit stipulationi cui differendę solutionis gratia dies siue tempus adiectum est, prorogato debitori siue promissori hoc die vel tempore, nihilominus post tempus primum elapsum obligatus remanet, *Abb. c. constitutus. extra de fideius. Ias. l. lecta. ff. si cert. petat. idemq; Ias. in l. 1. C. de judic.* Et hoc quo ad stipulationem cui differendæ solutionis gratia dies adiectus est: nunc accedemus ad eam stipulationem cui multiplicandæ

candæ

candæ obligationis gratia dies adiecta est. Dicitur au- 75
tem muliplicandę obligationis gratia dies stipulationi ad-
iecta, quando quis annua vel menstrua decem, vel quid
simile perpetuo vel simpliciter, vel etiam ad tempus in-
certum, mortis puta vel simile, sibi dari stipulatus est, vel
quando quis id, quod ad heredes non transit, qualia sunt
alimenta in annos singulos, etiam ad tempus certum vel
limitatum, sibi dari stipulatur, veluti si quis ita stipuletur:
decem annua vel in annos singulos dare spondes, *l. Sti-
chum. §. stipulatio. & ibi Dd. ff. de verbor. oblig. l. senatus. §.
fin. ff. de donat. caus. mort.* vel si quis ita stipuletur: decem
annua vel in annos singulos quo ad viuam dare spondes,
§. at si ita. infra h. t. n. l. cum qui ita. §. qui ita. ff. de verb. oblig.
vel si quis ita stipuletur: vsumfructum mihi annuum illius
fundi vel decem annua alimentorum ad decem annos vel
decem annis dare spondes. Nam omnibus his casibus di-
es siue tempus anni, multiplicandæ obligationis gratia di-
citur, *arg. l. si cum præfinitione. & l. Firmio. §. fin. ff. quand. di-
es legat. ced.* Regulariter tamen non præsumitur tempus 76
stipulationi multiplicandæ obligationis gratia insertum,
nisi hoc expresse agatur. Ideoq; licet quis ita stipuletur:
decem quo ad viuam dare spondes; Ex hac stipulatione 77
promissor non obligatur singulis annis stipulatori decem
soluere, sed tantum ad vnica decem obligatus est, *Ang. §.
vt si ita. nu. 7. infra.* Nisi forsan homo paupertate labo-
rans, ita stipulatus fuerit: tunc enim hanc stipulationem
alimentorum gratia factam præsumitur: ideoq; promis-
sor singulis annis, quo ad stipulator viuet, ipsi decem sol-
uere obligatus est, *Bart. Alex. & Ias. d. l. cum qui ita. ff. de
verbor. obligat.* Et hæc stipulatio regulariter censetur & 78
vnica & perpetua. Itaq; tam heres promissoris obligatus
est sti-

eſt ſtipulatori & eius heredibus hæc annua promiſſa ſol-
uere, & heres ſtipulatoris à promiſſore eiuſq; heredibus
hæc annua decem petere & exigere poteſt, *d. l. Stichum.*
79 *§. ſtipulatio. & ibi Alex. & Iaſ. ff. de verbor. obligat.* Vel ni-
ſi hoc ſpecialiter actum fuerit, ne hæc ſtipulatio ad here-
des tranſeat, *d. §. at ſi ita. d. § qui ita.* vel niſi ratione rei
in ſtipulationem deductæ, aut ratione perſonæ ſtipulato-
80 ris aliam præſumptionem capere neceſſe ſit. Ideoque ſi
quis alimenta annua vel vſumfructum annuum ſibi dari
ſtipulatus fuerit, hæc ſtipulatio annua ſuper alimentis vel
vſufructu interpoſita ad heredes æquè non tranſit, *arg. l.
corruptionem. C. de vſufruct.* ſicut nec ipſa alimenta, vel vſus-
fructus ad heredes tranſire ſolet, *l. cum hi. §. modus. ff. de
tranſact. l. ſi cum præfinitione. ff. quand. dies leg. ced. § finitur.*
81 *infra de vſufr.* Similiter ſi quis paupertate laborans ſim-
pliciter ſibi annua decem dari ſtipuletur, hæc ſtipulatio
ad heredes ſtipulatoris non tranſit; quia præſumitur pau-
perem alimentorum gratia hæc decem ſtipulatum, *Bart.*
82 *Alex. & Iaſ. d. §. ſtipulatio.* Eodem modo ſi doctor vel
aduocatus ſibi pro opera atque labore ſuo decem annua
dari ſtipuletur, hæc ſtipulatio licet annua ſit, tamen ad
heredes ſtipulatoris non tranſit, *Zaſ. d. §. ſtipulatio. nu. 15.*
Eò, quia opera ſiue induſtria, quorum reſpectu hæc annua
debentur, vna cum ſtipulatore, doctore nempe vel aduo-
cato extinguitur, nec ad heredes tranſit, *l. is cuius. ff. de*
83 *curat. furioſ. & l. Seio. in prin. ff. de annu. legat.* Ex hac ſti-
pulatione cui multiplicandæ obligationis gratia dies in-
ſertus eſt, in continenti oritur & obligatio & actio, quo ad
hoc, vt ſtipulatori permittatur, in eum finem promiſſorem
in judicio conuenire, vt judex declaret hunc debitorem
qui annua decem promiſit, ex hac promiſſione obſtrictum
ſiue

ſiue obligatum eſſe hęc annua decem ſua die ſoluere, *Bart. l. ita ſtipulatus. num. 44. ff. de verbor. obligat. arg. l. 1. & ibi gloſ. & Dd. C. de fideicommiſ.* quo verò ad hoc, vt debitum ſiue promiſſum annuum exigatur, hæc ſtipulatio quo ad primum annum quidem pura eſt, ideoq; ex ea, quo ad decem debita, primo anno in continenti oritur & actio & obligatio, neq; debitor promiſſorem agentem exceptione repellere poteſt, *d. §. at ſi ita. d. §. qui ita.* pro annis verò ſequentibus hoc debitum cenſetur in diem, *gloſ. hic. verb. pure. Bart. l. cum notiſſimi. §. fin. C. de praſcript. 30. ann.* Ideoq; ſi per annuam ſtipulationem debeatur id, quod ad heredes tranſitorium nō eſt, qualia ſunt alimenta & vſusfructus, quoad penſionem cuiuscumq; anni antea obligatio & actio non eſt nata, quàm is annus veniat, *arg. l. 1. §. fin. ff. Quand. dies vſuſf. leg. ced.* Si verò per ſtipulationem annuam id debitum fuerit, quod ad heredes tranſire poteſt, quales ſunt regulariter omnes ſtipulationes, etiam quo ad penſiones futurorum annorum, ex iſta ſtipulatione nata actio & obligatio eſt, ſed agenti exceptio obſtat, *Bart. d. l. ita ſtipulatus. nu. 44. arg. §. appellantur. infra de except.* Et hoc debitum annuum in initio cuiuslibet anni 84
ſolui debet, *arg. d. §. at ſi ita. d. §. qui ita. l. 1. C. Quand. dies. leg. ced. l. nec ſemel. in prin. ff. eod. tit.* Niſi hæc ſtipula- 85
tio fuerit interpoſita ſuper eo contractu, cuius ratione ſtipulator promiſſori aliquid adimplere vel præſtare obligatus eſt; vtputa ſi locator domus vel fundi à promiſſore ſtipuletur annuam mercedem domus vel fundi: Namque hoc caſu locator ſiue ſtipulator obligatus eſt promiſſori, vt patiatur ipſum inhabitare hanc domum conductam vel colere fundum conductum: Ideoq; hanc mercedem, non in fine vniuscuiusque anni petere poteſt, *Bart. l. ſi ſervus*

communis Meuij. §. *fin. ff de stipul. seruor. Speculat.* §. *postquam.*
86 *num. 14. locat. Bart. & Bald. l. ad in. C. locat.* Similiter si quis alteri promiserit annuum quiddam respectu certæ necessitatis præstare, veluti si quis alicui qui domum vel præceptorem conduxerat, promiserit mercedem annuam quam ipse præceptori vel locatori domus debet; Nam hæc merces licet sit annua, à stipulatore non in initio anni, sed demum eo tempore, quo hæc merces præceptori vel locatori domus solui debet, peti potest, *arg. l. nec semel.*
87 §. *si inhabitationem. ff. Quand. dies ced. leg.* Is quoq; qui ex fructibus alicuius fundi annuum quid dare promisit, non in initio anni, sed tunc demum, cum fructus nati atq; percepti fuerint, ad hoc soluendum conueniri potest, *l.*
88 *Firmio.* §. *fin. ff. Quand. dies legat. ced.* Porrò is qui ex stipulatione annua, cui dies multiplicandæ obligationis gratia inseritur, obligatus est, debita annua sequentium annorum antequam hi anni veniant stipulatori inuito soluere non potest, *Bart. l. eum qui. ff. de ann. legat. Spec.* §. *nec aliqua. num. 44. de emphyteus. Ias. d. l. 2. num. 63. C. de jur. em-*
89 *phyteut. Zas. d.* §. *inter certam. num. 7.* Et hic dies siue tempus multiplicandæ obligationis gratia stipulationi adjectum præscriptionem non impedit. Ideoq; si is, qui ex stipulatione annua perpetua obligatus est, 30. annorum spacio hanc pensionem annuam stipulatori non soluerit, ipse contra eum, non tantum pro pensionibus annorum præcedentium, sed etiam annorum futurorum libertatem præscribit, *gloss. & Bart. l. cum notissimi.* §. *in his. C. de qua-*
90 *drien. præscript.* Præterea hic dies siue annus multiplicandæ obligationis gratia stipulationi insertus, eo casu, quo ante hanc annum vel diem euenientem ex hac stipulatione obligatio & actio nata fuit, interpellat, & debitorem in mora

mora constituit, *Bart. l. ita stipulatus. num: 45. arg. l. 2. C. de jur. emphyt.* Eo verò casu, quo ante hoc tempus eueniens ex hac stipulatione obligatio & actio nata non est, non interpellat, neq; in mora constituit, *l. 1. & ibi Bart. ff. de pen. legat. Ias. d. l. si ex legati. ff. de verb. oblig.* Diuiden- 91
dæ præstationis siue solutionis gratia dies stipulationi insertus dicitur, quando quis id, quod ad heredes transmissibile est, sibi annis singulis, vel in annos singulos vsq; ad certum atque definitum tempus dari stipulatur; veluti si quis ita stipuletur: quinq; annua vel in annos singulos vsque ad decennium vel decem annis dare spondes, *arg. l. si cum præfinitione. ff. Quand. dies leg. ced. l. Codicillis. in prin. ff. de ann. legat.* Ex hac stipulatione debitum annuum, 92
non in initio, sed in fine cuiusq; anni solui debet, *Ang. d. §. at si ita. Bart. d. l. qui hoc anno. in fin. arg. l. nec semel. in fin. prin. ff. Quand. dies legat. ced. l. lecta. & ibi Alex. num. 4. Ias. num. 7. Dec. nu. 10. ff si cert. petat.* Ideoq; ex hac stipulatione in continenti, quo ad omnes summas annuas debitas obligatio & actio oritur, *d. l. si cum præfinitione:* Sed tàm primi, quàm sequentium annorum debitum exceptione refragante, non nisi in fine cuiuslibet anni peti potest, *d. l. lecta:* Primo tamen anno elapso stipulator, & debitum annuum illius anni exigere, & petere etiam potest, vt judex pronunciet promissorem obligatum vnamquamq; summam annuam ipsi sua die soluere, *arg. l 1. & ibi glos. Bald. & Ias. C. de fideicom. Bart. l. non quemadmodum. ff. de judic. & in l. 1. §. 1. ff. de vsur. idemq́, Bart. Alex. & Ias. l. vbi autem. §. qui sortem. ff de verbor. obligat.* Et cum hoc tem- 93
pus diuidendæ præstationis siue solutionis gratia censeatur stipulationi exonerandi promissoris gratia adiectum, *d. l. nec semel. in prin. d. l. si cum præfinitione.* permittitur pro-

promissori indistinctè, etiamsi ipse ex hac stipulatione ad illud quod tẽporis cursu mutari atq; corrumpi potest, hoc debitum annuum etiam, quo ad debita futuri temporis, quorum dies nondum venit, indistinctè soluere, *Bart. d. l. si cum præfinitione. Alex. d. §. inter certam num. 9. Ias. d. l. 2.*
94 *num. 65. C. de jur. emphyt.* Quoad præscriptionem impediendam, in hac stipulatione idem juris statuitur, prout in præcedenti stipulationis specie statui solet. Quo verò ad moram contrahendam, sciendum est, quod cum ab initio etiam, pro summis siue pensionibus omnium annorum obligatio & actio nata sit, lapsum vniuscuiusq; anni interpellare atq; promissorem in mora constituere, *Bart. d. l. ita stipulatus. num. 45.* Hactenus de stipulatione in diem: nunc aggrediemur stipulationis conditionalis materiam.
95 Stipulatio conditionalis propriè illa dicitur, quæ in aliquem futurum euentum, de quo dubitatur, vtrum existat vel non, confertur. Namq; euentus qui futurum tempus respicit, propriè conditio dicitur, *l. itaq;. ff. si cert. petat.* Illud autem quod ad præteritum vel præsens tempus relatum est, propriè conditio dici nequit, *glos. l. si sic. §. 1. verb. demonstratio. ff. de legat. 1. glos. l. 2. verb. inesse. ff. de heredib. instit.* Ideoq; si quis ita stipuletur, si Cæsar est in Germania, mihi decem dare spondes: vel ita si academia Bononiensis est ab Imperatore Theodosio instituta, vel si sanctus Petronius, primus Bononiensis Episcopus fuit frater Theodosij Imperatoris, mihi 20. dare spondes: Hæc stipulatio si quidẽ conditio illa, præsens vel præteritum tempus respiciens, & stipulationi inserta, sit falsa, ipso jure nõ valet neq; tenet, §. *conditiones. infra h. t. n. l. conditio. ff. de verbor. obligat. l. cum ad præsens. ff. si cert petat.* Sin autem hęc conditio sit vera, licet contrahentibus hoc sit incognitum,

tùm, hæc ſtipulatio omnino pura judicatur atq; ex ea in continenti oritur & obligatio & actio: Omniaq; ea quæ de pura ſtipulatione ſupra diximus, & in hac quoq; ſtipulatione locum habent, *d. §. conditiones. d. l. conditio. d. l. cum ad præſens.* Excepto tamen eo, quod, licet ſtipulatio omnino pura ſine cauſa contracta, non valeat neq; teneat, *l. 2. §. circa. ff. de except. do.* Stipulatio tamen ſub conditione concepta, ſiue illa conditio præſens, ſiue præteritum, ſiue etiam futurum tempus reſpiciat, licet illi cauſa inſerta nõ ſit, indiſtinctè valida atq; firma eſt: Quia conditio cauſæ æquiparatur, *Bart. Iaſ. & Dec. d. l. cum ad præſens. Bart. Alex. & Iaſ. l. à Titio. ff. de verbor. obligation.* Cæterum nihil refert, vtrum illa conditio futurum tempus reſpiciens, in caſum omnino fortuitum collata ſit, vel factum hominis reſpiciat, *l. in facto. ff. de condit. & demonſt.* item vtrum illud factum conſiſtat in dando, vel in faciendo, *d. l. in facto.* Item, vtrum hoc factum in promiſſoris vel ſtipulatoris, aut etiam cuiusdam tertij arbitrium collatum ſit, *§. ſi quis ita. infra h. t. n. l. ita ſtipulat. ff. de verbor. oblig. l. hoc jure. ff. eod. tit.* Item vtrum juris ſit an verò facti, *l. multum intereſt. ff. de condit. & demonſt.* Item vtrum affirmatiuè, an negatiuè ſit concepta: namq; omnibus hiſce caſibus ſtipulatio conditionalis dicitur, *d. l. in facto.* Requiritur quoq; ad hoc 96
vt conditionalis dici poſſit, vt dubium ſit, vtrum ille euentus, in quem eſt collata ſtipulatio, exiſtet vel non, *gloſ. 1. §. ſub conditione. infra h. t. n. Bart. conſ. 4. lib. 1. gloſ. Rubr. ff. de condit. & demonſt.* Namq; ſi certum ſit, illud in cuius euentum ſtipulatio eſt collata, omnino euenturum, hæc ſtipulatio conditionalis dici nequit, *l. ſi pupillus. ff. qui ſub conditione. ff. de nouat.* ſed vel tempus certum habere dicitur, quando dies intra quem hoc eueniet, certa ſit: vel diem

incertam continere judicatur, quando dubitatur, quo tem-
97 pore hic casus in quem stipulatio collata est, existet. Hæc conditionalis stipulatio duplex est: Alia enim stipulatio
98 habet conditionem tacitam, alia verò expressam. Tacitam conditionem stipulatio habere dicitur, quando in stipulatione conditio à contrahentibus expressa non est, sed vel ex natura rei in stipulationem deductæ, vel ex legis dispositione tacitè subintelligitur: vtputa si quis ita stipulatus fuerit: promittis mihi fructus fundi nasci turos, vel fœtum pecoris, aut partum ancillæ nasciturum. Namq; licet hæc stipulatio, quo ad sonum verborum pura sit, tamen ex natura rei, super qua stipulatio interposita est, in hac stipulatione subintelligitur talis conditio, si vel fructus fundi, vel fœtus pecoris, aut partus ancillæ nascatur, *l. interdum. in prin. & ibi Dd. ff. de verbor. obligation. l. 1. §. fin. ff. de condit. & demonst.* Similiter licet quis purè atq; simpliciter dotem stipuletur: tamen huic stipulationi ex legis dispositione tacitè intelligitur inesse hæc stipulatio, si nuptiæ sequantur, *l. stipulationem. ff. de jur. dot. l. item quia. §. 1. ff. de pact.* Expressam conditionem stipulatio habere dicitur, quando conditio stipulationi à contrahentibus inser-
99 ta est. Ex hac stipulatione conditionali, siue ei sit conditio tacita siue expressa inserta, item siue affirmatiuè, siue negatiuè concepta ante conditionem existentem, neque obligatio neq; actio oritur, *l. cedere diem. ff. de verb. signif. §. sub conditione. infra h. t. n. d. l. interdum. in prin. glos. d. l. item quia. §. 1. ver. male agitur. & ibi Dd* Imò etiamsi eo casu, quo conditio negatiua stipulationi inserta, in arbitrium stipulatoris collata est, vtputa, si quis ita stipuletur: si capitolium non ascendero, decem dare spondes, licet stipulator promissori cautionem Mutianam exponere paratus sit,

tus sit, tamen ex hac stipulatione antequam hæc conditio existit, id est, postquam jam omnino certum est, ipsum capitolium ascendere non posse, quod per mortem demum omnino indubitatum efficitur, ex hac stipulatione actio non datur, §. *si quis ita. infra h. t. n. glos. & Bart. l. Mutiana. ff. de condit. & demonst. glos. & Alex. l. 1. C. de pact. Ias. l. siue apud acta. C. de transact.* Si tamen super contractu stipu- 100
lationis conditionalis instrumentum conscriptum non sit, & timeatur, ne testes qui huic negotio adhibiti fuerunt, ante conditionem existentem moriantur, stipulator etiam ante conditionem existentem contra promissorem agere potest, vt curet atq; faciat super hoc negotio instrumentum publicum conscribi, ex quo stipulator eueniente conditione de debito suo fidem facere potest, *Bart. l. si finita. §. eleganter. col. pen. ff. de dam. infect. arg. l. in omnibus junct. glos. ff. de judic.* Similiter si debitor conditionalis sit su- 101
spectus de dilapidatione vel de fuga ante conditionem existentem, à stipulatore siue creditore conueniri potest, vt ipsi satis det de debito hoc conditionali ipsi, adueniente conditione soluendo, *glos. d. Bart. l. quæsitum. ff. de pignor. Alex. & Ias. l. pecuniam. ff. si cert. pet.* & si ipse debitor ante conditionem existentem conuentus creditori cautionem siue satisdationem exponere noluerit vel non potuerit, creditor mittitur in possessionem bonorum debitoris conditionalis, donec vel ipse satisdet vel conditio deficiat, *l. in possessionem. in prin. & ibi glos. & Bart. ff. quib. caus. in poss. eat. idem Bart. l. si creditores. ff. de priuil. cred.* Imò debitor sub conditione ante conditionem euenientem vel fugiens vel fugam præparans, propria auctoritate à creditore capi, & ad judicem ab eo in vinculis detinendus, deduci potest, *Bal. l. 1. C. de condict. ex leg. Ias. §. sed hæ quidem. num. 10.*

conditione negatiua in arbitrium vel promissoris vel stipulatoris collata, verificetur, non tunc quidem cum stipulator vel promissor conditionem implere potuit, & non impleuit, sed tunc demum, cum morte & interitu vel contrahentium vel rei in stipulationem deductæ interueniente, certum esse cœpit, in cuius arbitrium conditio collata est, contra illam nihil facere posse, §. *si quis ita. infra h. t. n. l. ita stipulatus. ff. de verbor. obligat. l. in illa. la. 1. ff. eod. tit.*
Deinde quoque annotandum est, euentum conditionis, 110
cum ante eum obligatio & actio non sit nata, debitorem in mora non constituere, *Bart. & Ias. l. quoties in diem. ff. de verbor. obligation.* Porrò tàm is qui alium sub conditio- 111
ne obligatum habet, quàm is qui alteri sub conditione obstrictus est, debitor & creditor dici potest, *l. creditores. ff. de verb. signif. l. is cui. ff. de act. & oblig.* hoc tamen impro-
priè fit, *arg. l. debitor. ff. de verb. signif.* Ideoq; statutum 112
de debitore & creditore mentionem faciens ad hos non
extenditur, *Ang. §. sub conditione. infra h. t. n.* Et si quis 113
mandatum suscepit, vt omnibus creditoribus alicuius satisfaciat, ipse ratione huius mandati, ijs creditoribus quibus ipse mandans sub conditione obligatus est, satisfacere non potest, *l. si is cui Flauius. & ibi Bart. ff. de solut.*

In §. Non solum.

SVMMARIA.

1. *Sensus huius §. & argumentum cum tertia stipulationum diuisione.*
2. *Quæ stipulatio in dando consistere dicatur.*
3. *Et quæ in faciendo.*
4. *Dandi stipulatio diuidua est. & præcisa, neq; in ea post moram succedit obligatio & interesse.*
5. *Quod in faciendi stipulatione regulariter contra est.*

6. Intereſſe cum difficilis probationis ſit, vt pœna ſubijciatur in ſtipulationibus faciendi, cautio eſt.

7. Factum vel aliud quid ſpondens pœnam promittere regulariter non cogitur: fallit ibid.

1 SEnſus huius §. eſt, non tantum res, ſed etiam facta in ſtipulationem deduci poſſe: Et cum in ſtipulationibus facti ſuccedat obligatio ad intereſſe, cuius probatio difficilis eſt, vtile eſſe in hiſce ſtipulationibus, in eum caſum, quo promiſſor ei, quod in ſtipulationem deductum eſt, non paruerit, pœnam adijcere. Ponit autem in hoc §. Imper. tertiam diuiſionem ſtipulationum, quod nimirum quædam conſiſtant in dando, quædam in faciendo, *l. 2.*
2 *in prin. ff. de verbor. obligat.* In dando conſiſtere dicitur ſtipulatio, quando quis id, quod vnico momento expediri poteſt, qualia ſunt domum, fundum vel decem dari ſibi,
3 ſtipulatur. In faciendo conſiſtere dicitur ſtipulatio, quando quis illud quod vnico momento expediri non poteſt, quale eſt, ſi quis ſibi vſumfructum vel ſeruitutem dari ſtipuletur, vel ſi quis opus hominis, aut opus certum extrui,
4 vel etiam rem ſibi tradi aut reſtitui ſtipuletur. Dandi ſtipulatio eſt diuidua, & tàm inter heredes promiſſoris, quàm ſtipulatoris ipſo jure diuiditur, *l. in executione. in prin. ff. de verbor. obligat. l. 1. C. ſi cert. pet.* Deinde hæc obligatio eſt præciſa, *l. vbi autem. §. fin. ff. de verbor. oblig.* neq; in ea poſt moram ſuccedit obligatio ad intereſſe, *l. ſi ſer-*
5 *vum. §. fin. ff. de verbor. oblig.* Faciendi ſtipulatio eſt indiuidua, neq; inter heredes vel promiſſoris vel ſtipulatoris diuiditur, *d. l. in executione. in prin. l. 2. §. ex his. & l. 4. §. Cato. & l. ſtipulationes non diuiduntur. in prin. ff. de verbor. obligation.* In hac ſtipulatione poſt moram ſuccedit obligatio ad intereſſe regulariter, *l. ſi quis ab ali. §. fin. ff. de re jud.*

re jud. Et cum difficilis ſit probatio eius quod intereſt, 6
l. fin. ff. de prætor. ſtipul. Bart. & Bald. l. 1. C. de ſentent. quæ pro eo quod inter. profer. ſuadet hic Imperator, ne actor onere probandi intereſſe grauetur, vt ſemper in ſtipulationibus facti, in eum euentum, quo promiſſor ſtipulationem non adimpleuerit, inſeratur pœnæ ſtipulatio, quo ſubſecuto, ſi promiſſor moram fecerit in adimplendo id, quod promiſit, ſtatim pœnam ab eo ſtipulator exigere poteſt: neq; onere probandi intereſſe aggrauatur, *l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verbor. obligat.* Non tamen regulariter is 7
qui factum vel quid aliud ſpondet pœnam promittere cogitur, *gloſ. & Bart. d. l. fin. ff. de prætor. ſtipulat. Bart. Alex. & Iaſ. l. 2. §. fin. ff. qui ſatiſd. cogant.* niſi judex inſpectis negotij vel cauſſæ qualitatibus & circumſtantijs aliud arbitratus fuerit, *arg. l. 1. §. fin. ff. de prætor. ſtipul.*

IN TIT. XVII.

DE DVOBVS REIS.

SVMMARIA.

1. *Tituli huius argumentum.*
2. *Reorum appellatio hoc loco vnde.*
3. *Duo pluresue rei credendi vel promittendi, non ſolum ex contractibus ſed & ex vltima voluntate conſtitui poſſunt.*
4. *Definitionis vel deſcriptionis integræ, quanta vtilitas: quoq; ordine huius tit. materia ab auctore explicetur.*
5. *Duo rei credendi quando dicantur: & quomodo conſtituantur, quod ibid. multis illuſtratur.*
6. *Rei diuerſitas duorum reorum conſtitutionem impedit, ideoq; requiritur vt duo rei alium ad eandem rem obligatum habeant.*
7. *Qualiter reſpectu eiuſdem facti duo rei credendi conſtitui poſſint.*
8. *Non aliter, etiam niſi ex eodem contractu duo rei credendi conſtitui poſſunt.*

 9. *Diuer-*

9. *Diuersitas causæ debendi quomodo impediat duorum reorum constitutionem.*
10. *Et qualiter diuersitas qualitatis.*
11. *Duo rei credendi non accessoriè in aliquo contractu, sed principaliter tantum constitui possunt.*
12. *Duo quoq; rei credendi dici nequeunt, nisi vnusquisq; ex iis alium in solidum obligatum habeat.*
13. *In potestate reorum credendi est, vtrum omnes simul, an verò vnus tantum contra reum debendi experiri velit.*
14. *Plures autem rei credendi qualiter simul reum debendi pro rata vel etiam in solidum conueniri possint.*
15. *Quodq; non tantum vno, sed etiam diuersis libellis contra reum debendi experiri queant.*
16. *Nisi reus debendi se vno eodemq; libello coram eodem judice conueniri petat.*
17. *Vnus ex reis credendi si in solidum vel pro parte aduersus reum promittendi agat, lite contestata perimit jus alterius.*
18. *Solutio, confessio judicialis facta creditori, & constitutum factum vni ex correis credendi: indistinctè alius præiudicat.*
19. *Sicut & acceptilatio, delegatio, jurisiurandi delatio reorum credendi facta, & sententia judicis pro vel contra vnum ex reis credendi lata.*
20. *Mora quoq; vnius rei credendi, aliis correis indistinctè nocet.*
21. *Factum vnius rei credendi, per quod reus debendi vel in mora constituitur, vel contra correum debendi præscriptio interrumpitur, aliis credendi correis semper & indistinctè prodest.*
22. *Pactum verò vel nouatio debiti facta ab vno reorum credendi, item & constitutum factum vni, quatenus & quando cæteris correis noceat.*
23. *Et quando sententia arbitri pro vel contra vnum ex duobus reis credendi lata: itemq; dolus & culpa ab vno ex reis credendi commissa.*
24. *Socij duo rei quando demum dicantur.*
25. *Quomodo contra correum credendi qui solutionem rei debitæ à reo debendi accepit: vel acceptilatione aliòue modo reum debendi liberauit, actio dari debeat.*

26. *Vtrum*

26. *Vitum si vnus ex duobus pluribusue reis credendi reo debendi heres extiterit, alterius rei credendi actio & obligatio extinguatur.*

27. *Duo rei debendi siue promittendi quando dicantur, & n. sequentib.*

28. *Cur plures magistratus vnum idemq; officium administrantes, itemque plures tutores vel curatores vnam eandemq; tutelam curamue gerentes, duo rei debendi dici nequeant, & n. 30.*

29. *Vt & plures exercitores vel institores, plures procuratores quibus in solidum vnum idemq; negotium commissum est, quiq; ex administratione sua in solidum obligantur.*

30. *Itemq; ex quasi delicto obligati, qui in multis duobus reis debendi æquiparantur.*

31. *Apud quos vna eademq; res deposita est: vel quibus illa commodato data est, vt & hi qui ad rem indiuiduam in solidum etiam obligati sunt, duo rei debendi dici nequeunt, nisi hoc expressè actum fuerit.*

32. *Pacto tacito vel expresso interueniente rei debendi eodem modo quo rei credendi constituuntur: Quod declaratur ibid.*

33. *Duo pluresue mandatores & fideiussores, item & illi qui vnum idemq; debitum alternatiuè se soluturos constituerunt, duo rei debendi dici nequeunt: nisi expressè hoc agatur: Ratio ibid.*

34. *Vnus ex duobus in solidum obligatis, si obligatus sit principaliter, alter verò accessoriè, duo rei debendi hi dici nequeunt.*

35. *Sententia lata & iusiurandum contra vnum ex reis debendi præstitum: item & confessio debiti, quo ad condemnationem siue probationem faciendam correo debendi indistinctè non præiudicat.*

36. *At agnitio debiti facta per vnum ex reis debendi, item mora contracta quo ad præscriptionem interrumpendam.*

37. *Item & dolus & culpa cuius ratione quis ad interesse tenetur, ab vno ex duobus reis debendi commissa, aliis correis debendi nocet.*

38. *Solutio verò debiti facta ab vno, nisi contrarium conuentum fuerit, indistinctè aliis debendi correis prodest: Declaratur ibid.*

39. *Acceptilatio quoq; debiti facta vni ex reis debendi vt & nouatio, delegatio & factum vnius, per quod creditor in mora constituitur, aliis correis indistinctè prodest.*

40. *Idem est in sententia absolutoria super facto siue contractu lata, & iureiurando super facto praestito.*

41. *Super iure praestitum iuramentum tunc demum correis debendi prodest, si socij sint, aliàs non.*

42. *Pactum de non petendo vni ex duobus pluribusúe reis debendi factum aliis correis sociis indistinctè prodest.*

43. *Non sociis, pro ea tantum parte, pro qua ipsi conuenti & exacti contra istum correum suum actionem habituri sunt.*

44. *Mora ab vno ex pluribus correis debendi contracta, quatenus & quando caeteris praeiudicet.*

45. *Et quid sit, quo ad dolum & culpam ab vno ex duobus pluribusúe reis debendi commissam.*

46. *Scientia conditionis illius, cum quo duo pluresúe rei contrahunt, quatenus caeteris debendi correis noceat.*

47. *Vtrum si contingat liberationem factam duobus pluribusúe reis debendi, vel rescindi vel ipso iure nullam esse propter qualitatem vel vitium aliquod respectu vnius ex reis debendi, haec liberatio rescindatur quo ad omnes debendi reos.*

48. *Vtrum exceptio competens vni ex correis debendi, aliis quoq; detur, remissiuè.*

49. *Creditor potest omnes reos debendi simul & vnumquemq; in solidum conuenire.*

50. *Habita tamen hoc casu protestatione, quod vnica solutione debiti contentus esse velit.*

51. *Potest item creditor plures reos debendi simul & vnumquemq; pro rata conuenire.*

52. *Et hoc casu litis contestatione facta intelligitur hoc debitum creditor inter reos debendi quasi pacto tacito diuisisse.*

53. *Creditor plures reos debendi simul conuenire volens, non vno saltem eodemq; libello id, sed & diuersis potest.*

54. *Nisi rei debendi petant, ne diuersis instantiis vexentur.*

55. *Creditor si vnum ex reis debendi vel in solidum vel pro parte conuenerit, antequam is integrum debitum soluerit, alij correi non liberantur.*

56. *Duobus pluribusúe reis debendi quae & quot beneficia à legibus ciuilibus indulta sint.*

57. *Excussionis beneficium quod dicatur: & quotuplex illud sit.*

58. *Benefi-*

58. *Beneficium excussionis jure nouellarum introductum quibus & qualiter competat.*

59. *Beneficium excessionis jure ff.torum. inuentum, quibus indultum sit & quando demum eo vti liceat.*

60. *Primum beneficium excussionis, fideiussori nempe concessum, quando demum duobus pluribusue reis debendi concedatur: & quando alterum.*

61. *Exceptionem excussionis reus debendi conuentus, non nisi vsq; ad litis contestationem creditori obijcere potest.*

62. *Renuncians omnibus beneficiis duobus reis vel etiam fideiussoribus concessis, beneficio excussionis à jure ff.torum. introducto, nisi omni legum beneficio renunciauerit, vti nihilominus potest.*

63. *Beneficium diuisionis quo jure introductum sit, quis eius vsus, & quibus casibus duobus pluribusue reis debendi indulgeatur.*

64. *Duo rei inuicem fideiubere ex causa onerosa quomodo dicantur.*

65. *Et quando demum ex causa lucratiua.*

66. *De beneficio diuisionis quis vsq; ad sententiam, si solus conuentus sit, excipere potest: sin omnes in solidum conuenti etiam post condemnationem, vsque ad executionem sententiæ exceptioni locus est.*

67. *Beneficium cessionis quod, & quando locum habeat.*

68. *Reus debendi quot & quibus casibus hoc beneficio vti non possit.*

69. *Hoc beneficium etiam post condemnationem vsq; ad solutionem, & post solutionem in continenti tamen reus debendi petere potest.*

70. *Beneficium vtilis actionis cui detur & quando locum habeat.*

IN hoc titulo Imperator ponit quartam diuisionem sti- 1
pulationum, quod nimirum quædam sint stipulationes simplices: quædam verò duorum vel plurium reorum tàm promittendi quàm stipulandi: Et stipulandi rei dicuntur, qui stipulantur, atq; ex stipulatione sua alium obligant, promittendi verò rei illi dicuntur qui ex promissione sua alteri obligantur, *l. 1. ff. de duobus reis.* Reorum 2
autem appellatione hic non à reatu, quo casu vel accusatum, *l. deferre. ff. de jur. fisc.* vel defensorem significat, *l. fin. in prin.*

in prin. & § *fin. ff. de eo per quem fact. fuit*: sed super qua stipulatio vel alius contractus initur, deducimus, *gloss. 1. hic. in prin. gloss. l 1. ff. eod. tit. facit. c. focus. extra de verbor. signif.*
3 Et cum rei appellatio latissima sit, *l. rei appellatione. ff. de verbor. sign.* placuit duos vel plures reos credendi promittendiue non tantum verbis siue stipulatione, *vt hic in prin.* sed etiam alijs contractibus, siue re, siue literis, siue consensu contrahantur, constitui posse, *l. eandem. in prin. & ibi Bart. ff. de duob. reis. l. si non singuli. & l. cum te. C. si cert. pet. l. propter mutuam. C. de duob. reis. Bart. Auth. hoc ita 1. q. prin. C. eod. tit.* Quinimo non tantum ex contractu, sed etiam ex vltima voluntate duos pluresúe reos constitui posse re-
4 ceptum est, *d. l. eandem. in prin.* Cum autem definitio siue descriptio integra, magnum lumen omnibus materijs addat, & ex ignorantia definitionis nulla materia benè intelligi vel cognosci possit: Ego vt hæc quotidiana atque vtilissima duorum reorum materia, plenius meliusq; intelligi possit, ponam primò descriptionem duorum reorum credendi, ijsq; annexam materiam explicabo: postea tradam definitionem, item causas atq; effectus duorum reo-
5 rũ promittendi siue debendi. Duo itaq; rei credendi dicuntur, quando duo pluresúe ex pacto tacito vel expresso contrahentium vnum vel plures ad eandem rem principaliter ex eodem contractu, eadem causa ijsdemq; qualitatibus in solidum obligatos habent. Manifesti enim iuris est, duos reos credendi, non nisi interueniente pacto siue voluntate contrahentium constitui posse, *Bart. l. fin. n. 7. ff. hoc tit. Bart. Auth. Hoc ita. num. 20. C. eod. tit.* Ideoq; si plures aliunde quàm ex pacto tacito vel ex presso alium in solidum obligatum habeant, licet hæc obligatio eandem rem respiciat, vtputa, si duo vel plures, vnum idemq; iter, actum

actum vel viam forsan ad fundum communem stipulati sint, vel stipulatori heredes extiterint, quo casu vnicuique ex stipulatoribus vel stipulatoris heredibus, promissor in solidum, non ratione pacti, sed ratione rei indiuiduæ in stipulationem deductæ obligatus in solidum est, *l. 2. §. ex his. ff. de verbor. oblig.* tamen quia hoc non euenit ex pacto contrahentium siue stipulantium, sed ex natura rei in stipulationem deductæ, puta itineris, actus vel viæ, quæ omnino indiuidua sunt, *l. 1. §. vsusfructus. ff. ad leg. Falcid. l. pro parte. ff. de seruit.* hi qui idem iter, actum vel viam stipulati sunt, duo rei stipulandi dici nequeunt, *Bart. l. 2. nu. 4. ff. de duobus reis. Bart. Auth. Hoc ita. num. 7, C. eod. tit.* Et cum expressio eorum, quæ tacitè alicui actui insunt, nihil aut parum operetur, *l. non rectè. C. de fideiuss. l. 3. & ibi Bart. Alex. & Iaß. ff. de legat. 1.* placuit hoc casu, licet expressè dictum sit vt promissor vnicuiq; stipulatorum in solidum obligatus sit: tamen illos duos reos stipulandi dici non posse: nisi hoc, vt isti duo rei judicentur, expressè actum sit, *Bartol. Auth. Hoc ita. num. 7. idemq́. Bart. d. l. 2. num. 2.* Pacto verò tacito vel expresso interueniente indistinctè duo rei credendi constituuntur, *glos. fin. l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duob. reis. Bart. d. l. 2. num. 1. ff. eod. tit.* Ideoq; siue hoc dictum fuerit, vt plures contrahentes sint duo rei, *d. l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duob. reis.* siue vt illis obligatio in solidum quæratur, duo rei credendi constituuntur, *arg. d. Auth. Hoc ita. & ibi Bart. num. 3. idemq́. Bart. d. l. 2. num. 2. ff. de duob. reis.* Simili modo si duobus separatim eadem decem stipulantibus promissor respondeat spondeo, *l. si ex re. §. si ipsi. ff. de duob. reis.* vel si duo conjunctim alternatiuè eandem rem sibi dari stipulentur, *arg. l. si à Titio aut Seio. ff. de legat. 1.* vel etiam copulatiuè ad-

iecta stipulationi dictione Quilibet vel alia, quæ cuilibet rem in solidum attribuit, *arg. l. si pluribus. & ibi glos. ff. de legat. 2.* vel etiam repetita re in stipulationem deducta circa personam vniuscuiusq; stipulatoris, vtputa, si quis ita stipulatus fuerit, mihi Codicem & Titio Codicem dare spondes: Quia hisce casibus promissor vnicuiq; stipulatorum in solidum obligatus est, hi stipulatores duo rei stipulandi iudicantur, *l. stipulatio ista. §. eum qui. ff. de verbor. obligat. l. eum qui ita. in prin. ff. eod. tit. Ang. hic. in prin. nu. 1.* Neq; tantum simul atq; semel, sed etiam ex interuallo, *l. 3. in prin. ff. de duob. reis.* item & non solum præsentes, sed etiam absentes, si hoc expresse actum fuerit, duo rei constitui possunt, *Bart. d. l. reos. in prin. nu. 9. idemq́. in d. Auth. Hoc ita. nu. 76.* Et duo pluresúe rei credendi vel stipulandi non tantùm respectu vnius debitoris, *vt hic in prin.* sed etiam respectu plurium debitorum constitui possunt, *Bart. l. ex duobus. num. 33. ff. de duobus reis. idemq́. Bart. d. Auth.*

6 *Hoc ita. num. 58.* Requiritur ad constitutionem duorum reorum, vt ipsi ad eandem rem alium obligatum habeant: Namque rei diuersitas duorum reorum constitutionem impedit, *l. si id quod. ff. de duobus reis.* sed respectu vnius eiusdemque rei indistinctè duo rei constitui possunt:

7 Adeò, vt etiam respectu eiusdem facti duo rei credendi constitui possint, *l. nemo est qui nesciat. ff. de duob. reis.* dummodo tamen hoc factum personæ stipulatoris non cohæreat, qualia sunt alicui seruire in mensa vel camera, vel ipsum ægrotum curare: quia hæc facta ex persona vniuscuiusq; stipulatoris variantur atq; diuersa iudicantur, Et vtriusq; stipulatoris in solidum intersit: alioquin enim respectu facti, duo rei credendi siue stipulandi constitui non possunt, *Bart. d. l. Nemo est qui nesciat. nu. 7. & d. Auth. Hoc ita. n. 8.*

ita. n. 8. Neque aliter, nisi ex eodem contractu duo rei credendi constitui possunt: ideoq; si quis alteri vendiderit domum pro centum aureis, quo casu emptor obligatus est venditori ex contractu venditionis ad centum aureos, licet hoc casu consensu venditoris, quis ab eodem emptore hos centum aureos stipuletur, tamen stipulator & venditor, quamuis eundem ad eadem centum in solidum obligatum habeant, duo rei credendi dici nequeunt, *Bart. d. Auth. Hoc ita. num. 14. Bart. d. l. fin. ff. de duob. reis.* Quinimo etiamsi quis duobus ex eodem contractu in solidum obligatus sit: causa tamen obligationis diuersimodè respiciat personam vniuscuiusque stipulatoris, hi duo pluresúe duo rei credendi dici non possunt, *arg. l. qui seruum. junct. glos. ff. de interrogat. act. l. si id quod. ff. de duobus reis.* 8 9

Qualitatis quoq; diuersitas constitutionem duorum reorum impedit, *d. l. eandem.* §. *1.* nisi vel hæc diuersitas sit talis vt spes sit ad æqualitatem eam reduci posse, §. *fin. infra h. t. n.* vel nisi hæc diuersitas qualitatis non ab initio contractus, sed post contractum perfectum interuenerit, *d. l. eandem.* §. *1.* Præterea duo rei credendi non accessoriè in aliquo contractu, sed principaliter tantum constitui possunt, *Bart. d. l. eandem. in prin. num. 6. Bart. d. Auth. Hoc ita. num. 9.* Et ita demum illi qui alium simul obligatum habent, duo rei credendi vel stipulandi dici possunt, si vnusquisq; ex illis alium in solidum obligatum habeat, sin verò debitor vnicuiq; ex creditoribus non in solidum, sed pro virili portione obstrictus sit, hi creditores duo rei dici non possunt, *l. Reos.* §. *cum in tabulis. ff. de duobus reis.* Sin verò vnus debitor pluribus creditoribus in solidum ad eandem rem obligatus sit, hi creditores duo rei judicantur, licet debitor vni creditori ciuiliter & naturali- 10 11 12

turaliter, alteri verò naturaliter tantum obligatus sit, *l. si ex*
13 *duob. §. 1. ff. de duob. reis.* Iuxta hos reos credendi sciendum est, in potestate reorum credendi esse, vtrum omnes simul an verò vnus tantum contra reum debendi ex-
14 periri velint, *Bart. l. 3. §. fin. ff. h. t.* Et siquidem omnes simul reum debendi siue promittēdi conueniant, cum vnusquisque vel pro parte siue rata sua, vel etiam in solidum conuenire possunt, *arg. l. 2. & l. 3. §. fin. & ibi Bart. ff. de duob. reis. l. reos. in prin. ff. de duob. reis.* Habita tamen hoc casu protestatione, quod ipsi in solidum agentes vna solutione contenti esse velint, alioquin enim plures rei credendi, reum debendi singuli in solidum conuenire nō pos-
15 sunt, *arg. l. 1. junct. glos. fin. C. de fideius. tutor.* Et non tantum vno, sed etiam diuersis libellis duo pluresúe rei credendi reum debendi conuenire possunt, *Bart. d. l. 3. §. fin. num 5. ff. de duob. reis. arg. l. supra iter. §. Cassius. ff. de*
16 *aq. pluu. arcend.* Reo tamen debendi petente coguntur duo pluresúe rei credendi, fauore litium dirimendarum, eum vno eodemq; libello atq; coram eodem judice conuenire, *arg. l. huiusmodi. §. fin. ff. de legat. 1. l. non est novum*
17 *junct. glos. ff. de action empt.* Vnus quoq; ex reis credendi solus, contra reum promittendi vel in solidum, vel pro parte agere potest, *arg. l. 2. & l. 3. ff. de duob. reis.* Et si quidem ipse cum reo debendi vel quo ad totum debitum, vel quo ad partem debiti, litem contestatus fuit, vlterius correus credendi, hoc debitum pro ea portione, pro qua lis cum reo debendi contestata fuit, neq; petere neq; hoc ipsi solui à debitore potest, *l. ex duobus. la. 2 & ibi Bart. ff. de*
18 *duob. reis. l. fideicommissa. §. plerumq;. ff. de legat. 3.* Porrò solutio, *l. 2. ff. de duob. reis. l. si vnus. in prin. ff. de pact.* confessio judicialis facta creditori, *Bart. d. l. ex duob. la. 2. n. 32.*

Bart.

Bart. d. Auth. Hoc ita. num. 57. & constitutum factum vni ex correis debendi, *l. idem est. la. 2. ff. de constit. pecun.* Item & acceptilatio, *l. & per jusiurandum. §. fin. ff. de acceptil.* delegatio, *l. si rem. §. si duo. ff. de nouat.* jurisiurandi delatio reorum credendi facta, *Bart. d. l. ex duobus. nu. 21. & Bart. d. Auth. Hoc ita. num. 48. arg. l. nam etsi. §. si is qui temporali. ff. de jureiur.* & sententia judicis pro vel contra vnum ex reis credendi lata, indistinctè alijs correis credendi præiudicat siue nocet, adeò, vt postea ipsi contra reum debendi neq; agere, neq; ab ipso solutionem recipere possint, *glos. d. l. ex duobus. & ibi Bart. num. 18. & idem Bart. d. Auth. Hoc ita. nu. 45.* 19

20 Mora quoq; vnius rei credendi alijs correis indistinctè nocet, siue præiudicat, *Bart. d. l. ex duob num. 36. Bart. d. Auth. Hoc ita. num. 21. arg. d. l. si vnus. in prin. junct. l. si te. C. ad SC^tum. Velleian.*

21 E conuerso factum vnius rei credendi per quod reus debendi vel in mora constituitur, vel contra correum debendi præscriptio interrumpitur, alijs correis credendi semper & indistinctè prodest, *Bart. d. l. ex duobus. num. 37. & d. Auth. Hoc ita. num. 62. tex. l. fin. C. de duob. reis. l. si quis solutioni. ff. de vsur.*

22 Pactum verò vel nouatio debiti facta ab vno reorum credendi, item & constitutum factum vni reorum credendi, alijs credendi correis indistinctè non præjudicat, si ipsi fuerunt constituti siue effecti duo rei ex causa onerosa, *arg. d. l. si vnus. in prin. junct. glos.* nisi forsan pecunia siue res cuius ratione duo pluresúe rei credendi facti sunt, ab illo tantum, qui hos actus celebrare vult profecta fuerit: tunc enim quia hoc debitum, huius proprium censetur, factum illius circa hoc debitum indistinctè alijs reis credendi nocet, *arg. l. sed & Iulianus. §. non solum. & §. fin. ff. ad SC^tum. Maced.* Sin verò hi duo vel plures rei creden-

credendi ex causa lucratiua, donatione puta, legato vel simili, constituti fuerint, pactum vel nouatio ab vno facta, vel constitutum iuri factum: ita demum alijs præiudicat, si ipsi non socij sint, *l. si rem. §. si duo. ff. de nouat.* alioquin verò non, *d. l. si vnus. in prin. & ibi Bart. Alex. & Ias. Bart. d. l. ex duob. num. 27. idemq; Bart. d. Auth. Hoc ita. num. 52. facit. l. in lege Falcidia hoc esset obseruandum. ff. ad leg. Falcid.*

23 E conuerso verò laudum vel sententia arbitri pro vel cõtra vnum ex duobus reis credendi lata: ita demum alijs nocet, si ipsi socij sint: alioquin autem non, *l. si duo. in prin. ff. de arbit.* Similiter dolus & culpa ab vno ex reis credendi commissa, alijs reis credendi in obligatione quærenda, ita demum si socij sunt, obest, *l. si duo rei. in prin. & ibi Ias. ff. si quis caution.* In obligatione autem quæsita amittenda, dolus vel culpa vnius rei credendi, alteri non nocet indi-

24 stinctè, *arg. l. si vnus. in prin. ff. de pact.* Socij verò duo rei tunc demum dicuntur, quando vel omniũ bonorum sunt socij, vel hoc expressè inter illos conuentum fuit, vt omne lucrum atq; damnum ex illo contractu, cuius ratione ipsi duo rei credendi constituti sunt, prouenient, inter illos sit commune, *Bart. d. l. ex duob. num. 22. idem in d. Auth. Hoc ita. num. 49. & in d. l. si vnus. in prin. arg. l. si vnus ex sociis.*

25 *in prin. ff. pro soc.* Porrò si vnus ex reis credendi pecuniam vel rem debitam in solidum exegit à reo debendi, vel si ei sponte hæc pecunia tota soluta fuit, si quidem hæc constitutio duorum pluriumúe reorum ex caussa onerosa, emtione puta, locatione vel simili originem trahat, permittitur correo suo credendi, pro ista portione, pro qua ad ipsum hoc negotium spectat, ab illo hanc pecuniam siue rem repetere, vltra verò non, *arg. l. si & me & Titium. ff. si cert. petat. l. si in re communi. ff. de noxal. action. junct. l. Iulianus.*

Iulianus. §. non solum. cum §. seq. ff. ad SC^m. Maced. Sin verò ipsi sint constituti duo rei ex causa lucratiua, puta donatione vel simili, permittitur correo credendi solutū correo suo credendi, pro dimidia portione repetere, si ipsi sunt socij: sin socij non sint, nihil ipse à correo suo repetere potest, *Bart. l. Reos. in prin. nu. 9. ff. de duob. reis. Bart. d. Auth. Hoc ita. num. 76. C. eod. tit. arg. d. l. in lege Falcidia hoc obseruandum.* Et hoc quod de solutione diximus etiam habet locum, si vnus ex reis credendi reum debendi vel acceptilatione vel delegatione similiue modo liberauerit: Nam cum acceptilatio, *l. vt ab eo. ff. de iur. dot.* item & delegatio facta solutioni receptæ æquiparetur, *l. quamuis. §. interdum. ff. ad SC^m. Velleian. l. inter causas. §. abesse. ff. Mand.* eodem modo contra correum credendi qui acceptilatione vel alio modo reum debendi liberauit, correo suo actio dari debet, atq; si solutionem rei debitæ à reo debendi accepisset, *Bart. d. l. reos. in prin. num. 10. Bart. d. Auth. Hoc ita. n. 77.* Vtrum autem si vnus ex duobus pluribusúe reis credendi reo debendi heres extiterit, alterius rei credendi actio & obligatio extinguatur, dubitabilis quæstio est. 26
In qua quęstione ego vnà cum Dd. nostris concludo, quod secundum rigorem iuris obligatio & actio alterius rei credendi, per hoc, quod correus suus reo debendi successit: si quidem ipsi correi socij non sint, omnino non: sin verò sint socij, tantum pro dimidia parte tollatur, *l. Vranius Antoninus. in prin. ff. de fideiuss.* sed secundùm æquitatem hæc distinctio in illis quidem, qui ex lucratiua causa obligati sunt, procedit, sed in illis, qui ex causa onerosa obligati sunt, locum non habet, sed indistinctè correo pro ea portione, pro qua ad ipsum negotium spectat, contra correum suum credendi, qui reo debendi heres extitit, actio

datur,

datur, *Bart. d. l. ex duobus. num. 33. & d. Auth. Hoc ita. n. 58.*
27 Et hoc quo ad duos reos credendi, nunc de duobus reis debendi siue promittendi dicemus. Duo rei debendi siue promittendi dicuntur, quando duo pluresúe ex pacto tacito vel expresso contrahentium vni vel pluribus ad eandem rem ex eadem causa atq; cum ijsdem qualitatibus principaliter & in solidum obligati sunt. Namq; certum est duos pluresúe reos debendi non nisi interueniente pa-
28 cto vel consensu contrahentium constitui posse. Ideoq; licet plures magistratus siue ordinarij siue delegati, qui vnum idemq; officium administrant, *l. Imperatores. ff. ad municip. l. magistratib. ff. de conuen. magist. l. ex facto. ff. de negot. gest.* item plures tutores vel curatores qui vnam eandemq; tutelam vel curam gerunt, *l. 3. in prin. & l. si pupillus. ff. de admin. tutor.* plures exercitores, institores vel facto-
29 res, *l. 1. §. si plures. ff. de exercit. act.* Plures procuratores, quibus in solidum vnum idemque negotium commissum est, ex administratione sua in solidum obligentur, *l. creditor. §. duob. ff. Mand.* Tamen, quia hoc non ex pacto tacito vel expresso contrahentium, sed ratione officij, quod ipsi administrant euenit, propriè duo rei debendi dici nequeunt: etiamsi in multis, duobus reis debendi æquiparentur, *Bart. de l. eandem. in prin. nu. 7. idemq; in d. Auth.*
30 *Hoc ita. num. 10.* Similiter & plures qui ex quasi delicto obligati sunt, licet in multis, duobus reis debendi æquiparentur, *arg. l. 1. §. fin. cum l. seq. ff. de his qui deiec. vel effuder.* tamen quia ipsorum obligatio non ex pacto, sed ex delicto descendit, propriè duo rei dici nequeunt, *Bart. l.*
31 *fin. num. 4. ff. de duob. reis.* Illi quoq;, apud quos vna eademq; res deposita est, vel quibus vna eademq; res commodata, non expresso hoc, vt duo rei censeantur, licet ratione

tione doli vel culpæ communis, circa iſtam rem commiſſæ ſinguli quidem in ſolidum teneantur, & in multis cum duobus reis conueniant, *l. 1. §. ſi apud duos. ff. commod. l. ſi ut certo. §. duob. ff. commod.* tamen quia hæc obligatio non ex pacto deſcendit, propriè duo rei dici nequeunt, *Bart. d. Auth. Hoc ita. num. 6. & num. 72.* Hi etiam qui ad eam rem quæ indiuidua eſt, quales ſunt ſeruitutes omnes reales, tam vrbanorum quàm ruſticorum prædiorum, *l. 1. §. vſusfructus. ff. ad leg. Falcid* licet in ſolidum obligati ſint, *l. 2. §. ex his. ff. de verbor. obligation. l. 4. §. Cato. & l. ſtipulationes non diuiduntur. in prin. ff. de verbor. obligat.* tamen quia hoc non ex pacto contrahentium, ſed ex natura rei in contractum deductæ euenit, niſi hoc expreſſè actum fuerit, duo rei dici nequeunt, *Bart. d. Auth. Hoc ita. num. 7. & d. l. 2. nu. 4. ff. de duobus reis.* Pacto verò tacito vel expreſſo 32
interveniente eodem modo, vt ſupra de duobus reis credendi diximus, duo rei debendi conſtituuntur, *Bart. d. Auth. Hoc ita. num. 2. Bart. d. l. 2. num. 2. ff. d. h. t.* Ideoq; plures mercatores ſocij, qui omnes negotiationes ſuas per factorem ſiue inſtitorem expediunt, ex omnibus contractibus inſtitoris ſiue factoris ſinguli in ſolidum duo rei ex pacto tacito videlicet, quod hunc factorem ſiue inſtitorem negotiationi ſuæ præpoſuerunt, obligantur, *Bart. l. eandem. in prin. nu. 9. ff. de duob. reis. Bart. d. Auth. Hoc ita. num. 11. arg. l. 1. §. fin. ff. de exercit. action.* Similiter ſi ex pluribus ſocij mercatores non per factorem ſiue inſtitorem ſed per ſemetipſos mercaturam exercentibus, unus Antuerpiæ, alter Lipſiæ, tertius Auguſtæ, quartus Venetijs negotietur, vel etiam omnes quatuor ſocij in uno eodemq; loco ſinguli diuerſas mercaturas exerceant, puta quia vnus cum panno, alius cum ſerico, tertius cum aro-

 matibus,

matibus, quartus cum plumbo, stanno vel similibus negotietur: quia hoc casu omnis socij vnumquemq; socium tacitè negotiationi præposuisse, siue factorem illius negotiationis vel in illo loco fecisse intelliguntur, *l. eius qui. vers. fin. & ibi Bart. Alex. num. 9. Ias. nu. 5. Dec. num. 11. ff. si cert. petat. Bart. l. si tamen plures. ff. de exercit. act.* Ideoque hoc casu ex contractu unius socij omnes alij perinde atq; ex contractu factoris sive institoris in solidum obligantur, & duo rei debendi constituuntur, *Bart. d. l. eandem. in prin. n. 9. Bart. d. Auth. Hoc ita. nu. 11.* Reliqua omnia in definitione duorum reorum debendi posita, eodem modo declarantur prout supra definitionem duorum reorum credendi explicauimus, & omnia ibi dicta hic repetenda erunt, excepto verbo principaliter, in definitione duorum reorum debendi posita, circa quod annotandum
33 est. Licet duo pluresúe mandatores, *l. si mandato Titij. §. Paulus. & 3. ff. Mand. fideiussores. l. non rectè. C. de fideius. §. si plures. instit. eod. tit.* Item & illi qui vnum idemq; debitum alternativè se soluturos constituerunt insolidum obligentur, *Auth. si quando. C. de constit. pecun.* tamen quia hæc obligatio non principalis, sed accessoria est, ipsi duo rei debendi dici nequeunt, *Bart. d. l. eandem. in prin. nu. 6. Bart. d. Auth. Hoc ita. nu. 9.* Et cum expressio eorum quæ tacitè insunt, nihil operetur, *l. 3. & ibi Bart. Alex. & Ias. ff. de legat. 1.* etsi in ijs qui accessoriè obligantur expressè conuentum fuerit, ut singuli in solidum obligati sint: tamen ipsi non efficiuntur duo rei debendi, nisi hoc vt ipsi duo rei debendi censeantur expressè dictum fuerit, *Bart. d. l.*
34 *eandem. num. 6. Bart. d. Auth. Hoc ita. num. 9.* Simili modo si vnus ex duobus in solidum obligatis, sit obligatus principaliter, alius verò accessoriè, duo rei debendi illi duo obligati

ligati dici nequeunt. Ideoq; licet institor siue factor alicuius mercatoris, item & is mercator cuius nomine ipsé mercaturam exercet, *l. 1. §. pen. ff. de exercit. act.* item & principalis, item & fideiussor, singuli in solidum ad eandem summam obligentur, *l. non rectè. & l. jure nostro. C. de fideiuss.* tamen quia unus principaliter, alius accessoriè obligatur, duo rei debendi dici nequeunt, *Bart. d. l. eandem. in prin. num. 10. Bart. d. Auth. Hoc ita. nu. 12.* Et hoc quo 35
ad constitutionem duorum reorum debendi: nunc de effectu huius obligationis dicemus. Itaq; sciendum est, sententiam latam contra unum ex reis debendi, *Bart. d. l. ex duobus. num. 17. arg. l. fin. C. de fideiussor.* item & jusiurandum præstitum contra vnum ex reis debendi, *Bart. d. l. ex duobus. num. 20. arg. l. nam & postea. §. fin. ff. de jureiurand.* item & confessio debiti, quo ad condemnationem siue probationem faciendam correo debendi indistinctè non nocet vel præiudicat, *Bart. d. l. ex duobus. num. 32.* E con- 36
verso verò agnitio debiti facta per vnum ex reis debendi, item mora cõtracta per unum ex reis debendi quo ad præscriptionem interrumpendam, *l. fin. C. de duob. reis. Bart. d. l. ex duobus. num. 20. & num. 32. 34. Bart. d. Auth. Hoc ita. num. 49.* Item & dolus & culpa, cuius ratione quis ad in- 37
teresse tenetur, ab uno ex duobus reis debendi commissa alijs correis debendi nocet siue præiudicat, *l. si diuisa. C. locat. l. cum apparebit. ff. eod. tit.* Solutio autem debiti facta 38
ab vno ex correis debendi, nisi contrarium conuentum fuerit, *arg. l. Modestinus. ff. de solut.* indistinctè alijs correis prodest: Ideoq; si ab vno ex reis debendi totum debitum solutum fuerit, alij correi omnino liberantur, *l. 2. & l. 3. §. fin. ff. de duob. reis.* Sin verò partem debiti unus reorum soluerit, proculdubio respectu illius partis correus debendi libe-

di liberatur, *arg. l. quæ de tota. in prin. ff. de rei vindic.* & si ipse nec plus nec minus sua portione solverit, creditor qui hanc solutionem recepit, si fuerint tres vel plures rei debendi, intelligitur omnibus alijs reis debendi fecisse pactum de non petendo debito ab vnoquoq; ex reis debendi, nisi pro rata, *l. si creditores. & ibi Bart. Alex. Ias. & Dec.*
39 *C. de pact. Bart. & Ias. l. si ex toto. §. 1. ff. de legat. 1.* Acceptilatio quoq; debiti facta vni ex reis debendi, *l. si ex pluribus. ff. de acceptil. Bart. d. l. ex duobus. num. 6.* nouatio debiti facta per vnum ex reis debendi, *l. si pro vno. ff. ad SCtum. Velleian. Bart. d. l. ex duob. num. 30.* Item & factum vnius ex reis debendi per quod creditor in mora constituitur, *l. si*
40 *quis solutioni. ff. de vsur. Bart. d. l. ex duobus. num. 36.* Sententia absolutoria pro vno ex correis super facto siue contractu lata, *Bart. d. l. ex duobus. num. 16. arg. l. duobus. §. à fideiussore. ff. de jureiurand. l. amissi. §. 1. ff. de fideius.* & jusjurandum super facto præstitū indistinctè alijs correis prodest, *Bart. d. l. ex duobus. num. 19. arg. d. §. à fideiussore.* Sententia verò absolutoria super jure, non autem super facto lata, pro vno ex correis debendi, vtputa, si judex ideo absolverit vnum ex duobus pluribusúe correis, quia is tantum naturaliter obligatus est, vel quia exceptione aliqua tutus, vel quia creditor debitum non probauit, *Bart. d. Auth. Hoc ita. num. 43. Bart. d. l. ex duob. num. 16. arg. l. 1.*
41 *& l. si quis vni. ff. Rem rat. hab.* Item & jusiurandum ab vno ex duobus pluribusúe reis debendi super jure, non autem super facto præstitū, ita demum correis debendi prodest, si ipsi sint socij, aliàs verò non, *Bart. d. Auth. Hoc ita. num. 46. Bart. d. l. ex duob. num. 19. arg. l. duobus. §. ex duo-*
42 *bus. & quod ibi notat. ff. de jureiur.* Pactum quoq; de non petendo, uni ex duobus pluribusúe reis debendi factum, alijs

alijs correis socijs indistinctè prodest, *arg. l. si duo. in prin. ff. de arbitr.* Non socijs autem correis pro ea tantum parte 43
siue portione prodest, pro qua ipsi conuenti & exacti, contra ipsum correum suum actionem habituri sunt, ultra verò non, *glos. l. 4. §. nunc de effectu, ff. de liberat. legat. Bart. d. l. ex duobus. num. 22. Bart. d. Auth. Hoc ita. num. 49. arg. l. & heredi. §. fin. ff. de pact.* Mora quoq; ab uno ex duobus 44
pluribusúe correis debendi contracta, quo ad hoc, vt hujus ratione quis ad usuras vel interesse obligatus sit, item quo ad alios effectus præterquam quo ad præscriptionem interrumpendam, ita demum alijs correis debendi nocet vel præiudicat, si ipsi socij sint, *l. pen. ff. de duob. reis.* aliàs verò non. *l. mora. §. pen. ff. de vsur. glos. l. in condemnatione. §. vnicuiq. ff. de reg. jur. Bart. d. l. ex duob. num. 34. idem d. Auth. Hoc ita.* Idem est quo ad dolum vel culpam ab uno 45
ex duobus pluribusúe reis debendi commissam, eo respectu, vt propter hanc obligatio perpetua efficiatur, *Bart. d. l. ex duobus. num. 39. Bart. d. Auth. Hoc ita.* Præterea sci- 46
entia conditionis illius cum quo duo pluresúe rei contrahunt, alijs correis debendi pro ea tantùm portione pro qua hoc negotium principaliter ad scientem spectat, nocet siue præiudicat, *Bald. l. 1. C. ad SC^tm. Maced. arg. l. sed & Iulianus. §. item si duos. ff. ad SC^tm. Macedon.* Vtrum 47
autem si contingat liberationem factam duobus pluribusue reis debendi, vel rescindi vel ipso iure nullam esse propter aliquod vitium vel qualitatem aliquam, respectu vnius ex reis debendi, hæc liberatio rescindatur, quo ad omnes reos debendi; quæstionis est? In qua quæstione ego concludo, si liberatio fuerit facta omnibus reis debendi principaliter, & si hæc vel rescindatur vel annuletur respectu vnius ex duobus reis debendi, hoc alijs cor-

reis non nocere neq; præjudicare, *arg. l. si is qui duos. ff. De liber. legat.* Sin autem hæc liberatio fuerit facta uni ex correis debendi tantum, tum, si quidem hæc liberatio sit nulla vel etiam annuletur propter vitium vel qualitatem illius cui hæc liberatio principialiter facta est, hoc omnibus alijs correis debendi nocet, *arg. l. si pro vno. ff. Ad SCtm. Velleian. l. fin. Prin. ff. De his quæ in fraud. cred.* Sin verò hæc liberatio sit nulla vel annuletur respectu illius cui hæc liberatio non est principaliter facta, sed in consequentiam contingit, hoc alijs correis debendi nihil nocet neq; præiudicat, *l. si sponsus. §. 1. ff. de donat. int. vir. & vxor. Bart. d. l. ex duobus. n. 41. Bart. d. Auth. Hoc ita.* Sin autem vnus ex duobus reis debendi creditori heres extiterit, vtrum correus suus debendi liberetur distinguite, pro vt supra de duob. reis credendi, quorum vnus debitori suc-
48 cessit diximus. Et vtrum exceptio competens vni ex correis debendi alijs quoque detur videte *Bart. in. d. l.*
49 *Ex duobus. n. 42. & in d. Auth. Hoc ita.* Porro sciendum est liberum atq; permissum esse creditori omnes reos debendi simul, & vnumquemq; in solidum conuenire, *glos. l. si mandato Titij. §. Paulus. & 3. ff. Mand. Bart. l. 3. §. 1. n. 4. ff. de duob. reis. Bart. d. Auth. Hoc ita. n. 21. arg. l. 1. C. Si plur. vna sentent. condemn. fuer. facit l. in executione. §. Insolidum.*
50 *ff. de verb. oblig.* Habita tamen hoc casu protestatione, quod vnica solutione debiti contentus esse velit: alioquin enim libellus, qua creditor plures reos debendi insolidum conuenit, non procederet, *l. 1. iunct. glos. fin. C. De*
51 *fideiuss. tutor.* Item hoc etiam absq; dubio creditori permittitur, vt duos pluresúe reos debendi simul & vnumquemq; pro rata conueniat, *l. 3. §. 1. & ibi Bart. ff. de du-*
52 *ob. reis. l. reos in prin. ff. eod. tit.* Et hoc casu litis contestatione

tione facta intelligitur creditor hoc debitum, inter duos pluresúe reos debendi quasi pacto tacito diuisisse, adeò, vt licet postea illa instantia fuerit perempta, creditor non in solidum, sed tantum pro parte sua vnumquemque reorum debendi conuenire possit; Et licet vnus ex duobus pluribusue reis debendi factus fuerit non soluendo, hoc tamen non ad periculum aliorum reorum debendi, sed tantum ad creditoris periculum spectabit, *arg. l. liberum. C. de fideiuss. Bart. d. l. Ex duob. n. 12. Bart. & Dd. in l. si creditores. C. de pactis. Bart. & Dd. d. l. si ex toto. §. 1. ff. de legat. 1.*
53 Et quando creditor duos pluresúe reos debendi simul conuenire vult, hoc non tantum uno eodemq; libello, sed & diuersis libellis ei facere permittitur, *Bart. d. l. 3. §. 1. n. 4. ff. de duob. reis. Bart. d. Auth. Hoc ita. n. 21. arg. l. si qui separatim. in prin. ff. de appell.* Reis tamen debendi peten- 54
tibus ne ipsi diuersis instantijs vexentur, cogitur creditor eos vno eodemq; libello & coram eodem iudice conuenire, *Bart. d. l. 3. §. fin. n. 5. Bart. d. Auth. hoc ita. n. 22. arg. l. huiusmodi. §. fin. ff. de legat. 1.* Vnum quoq; ex reis de- 55
bendi creditor vel insolidum vel pro parte conuenire potest, *d. l. 3. §. fin. & ibi Bart. ff. de duob. reis:* Et si vnum vel in solidum vel pro parte conuenerit, antequam is integrum debitum soluerit creditori, alij correi non liberantur, *l. 1. §. fin. cum duab. ll. seq. ff. de his qui deiecer. vel effud. l. 1. §. si apud duos. ff. Deposi.* Ideoq; etiam adhuc pendente processu contra unum ex reis debendi institutum, permittitur creditori alium ex reis debendi vel insolidum vel pro parte conuenire, *arg. l. creditor. in prin. ff. Mand.* Por- 56
ro his duobus pluribusue reis debendi quatuor beneficia à legibus ciuilibus indulta sunt, videlicet beneficium excussionis, diuisionis, cessionis, & utilis actionis. Excus- 57
sionis

ſionis beneficium illud dicitur quod aliquis impetrat, vt prius alius conueniatur & excutiatur, & illo demum excuſſo,& reperto non ſoluendo ipſe conueniatur. Et hoc
58 beneficium duplex eſt: Nam quoddam beneficium excuſſionis indultum ſiue conceſſum fidejuſſoribus, ne videlicet ipſi ante reum principalem conuentum & excuſſum conueniri poſſint, iure authenticorum ſiue nouellarum conſtitutionum inuentum eſt: Et hoc beneficio quis indiſtinctè uti poteſt, licet ei, contra quem hoc beneficiũ implorat, impenſas vel ſumptus in principalem excutien-
59 dum faciendos non offerat. *Auth. de fideiuſſ. in prin.* Quoddam verò eſt beneficium excuſſionis, quod omnibus illis, qui ex facto alterius vel ex eo, quod ad aliquem quidquam pervenit, principaliter obligati ſunt, conceditur *l. Vnde quaritur. & ibi Bart. n. 12. & Bald. qui hanc legem repetiuit in l. ſi vt certo. §. ſi duobus. ff. Commod. l. cum plures. §. veſtimenta. & ibi Bart. & Bald. ff. locat.* Et hoc beneficium iure ff^torum inventum eſt, & ita demum eo uti permittitur alicui, ſi illi, cui hoc beneficium opponit, & ſumptus ſiue impenſas ad excutiendum alium faciendas offerat, *d. §. veſtimenta & ibi Bart. & Bald. d. l. vnde quaritur. & ibi Bart. & Bald.* & ei idoneam cautionem præſtet, ſe ſi ille quem ipſe excuti petit, fuerit repertus non ſoluendo debitum integrum vel quanto minus ex bonis illius redigi poſſit, ſoluturum, *arg legis debitori ſi. ff. de Iudic. l. vniuerſa. & ibi Iaſ. C. de precib. Imp offerend. facit d. l. vnde quaritur. ver. periculo*
60 *ſuo.* Nunc quo ad propoſitum noſtrum, ſciendum, primum beneficium excuſſionis fidejuſſoribus nempe conceſſum, ita demum duobus pluribusúe reis debendi concedi, vel ad vnum vel aliquos tantum hæc pecunia ſiue res, cuius reſpectu ipſi duo pluresúe rei conſtituti ſunt, perue-

pervenit, & is qui hoc beneficium implorat, non simul cum isto, ad quem hæc pecunia vel res pervenit, factus fuerit reus debendi, sed ex intervallo constituerit, se cum reo debendi, correum debendi, *Bart. Auth. De fidejuss. in prin. n. 10.* Vel etiam si ipse simul & semel cum alio ad quem pecunia siue res, cujus contemplatione ipsi duo rei debendi constituti sunt, sola pervenit: reus debendi constitutus fuit, eo nimirum casu, quo creditor scivit hanc rem ad illum solum perventuram, *Bart. l. 3. §. fin. n. 15. ff. de duob. reis. Bart. d. Auth. Hec ita. n. 29. Abb. c. 26. extra de fidejuss. arg. §. 1. Auth. de fidejuss.* Sin verò ignorante creditore pecunia sive res credita ad unum ex reis debendi pervenerit, alius correus debendi conventus, creditori non quidem exceptionem excussionis jure authenticorum inuentam sed exceptionem excussionis jure fftorum introductam obijcere potest, *Bart. d. §. si duobus. n. 12. & ibi Bald. Idemq; Bald. d. §. vestimenta. Rom. Cons. 113.* Idem ego juris statuendũ júdico, si ab initio quidem tota res vel pecunia credita ad utrumq; debitorem pervenerit, sed unus conveniatur ratione doli vel culpæ circa hanc rem ab alio commissæ: Namq; illæ simili modo beneficium excussionis iure fftorum illis jndultum, qui ex facto alterius conveniuntur, creditori opponere potest, *arg. d. l. unde quaritur. & d. §. vestimenta.* Et hanc exceptionem excussionis reus debendi conventus, non nisi usq; ad litis contestationem creditori objicere potest, *Bart. l. 3. ff. De Except. Bald. l. Exceptionem. n. 10. C. de probat. Alex. cons. 29. col. pen. lib. 7. Ias. l. fin. in prin. ff. si cert. petat.* Iuxta hoc benefi- 62
cium excussionis annotandum est, licet quis renunciaverit omnibus beneficijs duobus reis vel etiam fidejussoribus concessis, ipsum tamen nisi omni legum beneficio re-

 nuncia-

nunciaverit, hoc beneficio excussionis à jure ff^{torum} introducto uti posse, *Bald. d. §. si duobus. in lect. antiq. Bald. d. §.*
63 *vestimenta: Addit. ad Abbat. c. 2. extra de fidejuss.* Divisionis beneficium duobus reis jure novellarum constitutionum indultum est, quo unus ex reis debendi insolidum conventus impetrare potest, ut ipse tan tm pro parte & conveniatur & exigatur. *Auth. De duob. reis. per tot. tit. Bart. l. 3. §. fin. n. 7. ff. eod. tit. Idemq́. Bart. d. Auth. Hoc ita. n. 23. & 25.* Hoc tamen beneficium tantùm in illis casibus duobus pluribusúe reis debendi indulgetur, in quibus ipsi invicem fidejubere dicuntur, *Bart. d. Auth.*
64 *Hoc ita. n. 23. & d. l. 3. §. fin. n. 7. ff. De duob. reis.* Invicem autem fidejubere dicuntur duo rei ex causa onerosa constituti, pro ea portione pro qua pecunia sive res cujus ratione duo rei constituti sunt, ad alterum pervenit, *l. vir uxori. §. fin. & ibi glos. ff. Ad SC^{tm} Velleian. l. Sed & Iulianus,*
65 *§. item si duos. ff. Ad SC^{tm} Macedon.* Ex lucrativa autem causa constituti duo pluresúe rei debendi, ita demum invicem fidejubere censentur, si socij sint, aliàs verò non, *Bart. d. l. reos. in prin. n. 1. Bart. d. Auth. Hoc ita. n. 69. arg. l. in lege Falcidia hoc observandum. ff. Ad leg. Falcid.* Secundò, duobus pluribusve reis debendi non ex proprio contractu, sed ex contractu tertij constitutis, quales sunt duo pluresve mercatores ex contractu institoris obligati, beneficium divisionis non conceditur, *l. 1. §. fin. cum l. seq. ff. De exercit. act. Bart. d. Auth. Hoc ita. n. 23. Bart. d. l. 3. §. fin. n. 7. ff. De duob. reis.* Tertiò hoc fallit in duobus reis ad rem individuam obligatis, *Bart. d. Auth. Hoc ita. n. 23. arg. l. stipulationes non dividuntur, in prin. ff. De verb. oblig.* Quartò hoc fallit, si duo pluresve rei debendi renunciaverint beneficio divisionis, *glos. fin. d. Auth. Hoc ita.*

Quintò

Quintò fallit si unus ex duobus pluribusve reis debendi conveniatur propter dolum vel culpam propriam, *Bart. l. 1. n. 6. C. de transact. arg. l. 1. & l. 2. C. si tutor non gess.* Sextò, hoc fallit si alij ex pluribus reis debendi sint absentes vel inopiâ laborent, *d. Auth. hoc ita.* Septimò hoc fallit si alij rei debendi aut omnino non, *glos. ver. absens, d. Auth. Hoc ita.* aut non absque maxima difficultate conveniri possint, *glos. ver. sumat. Auth. de fidejussor. in prin.* Et de 66
hoc beneficio divisionis quis usq; ad sententiam, si ipse solus conventus fuit, excipere potest, postea autem non: sin verò omnes rei debendi insolidum conventi fuerint, etiam post condemnationem usque ad executionem sententiæ, de hoc divisionis beneficio excipere possunt, *Bart. l. 3. §. fin. n. 11. ff. de duob. reis. Bart. d. Auth. Hoc ita. n. 25.*
Tertium beneficium indultum duobus pluribusve reis 67
debendi, est beneficium cessionis, quo unus ex duobus pluribusve reis debendi insolidum conventis & exactis vel ope exceptionis, vel officio judicis, vel etiam jure actionis impetrare potest, ut creditor actiones suas sibi contra correum suum debendi cedat, *Bart. l. Modestinus. ff. de solut.* Et hoc beneficium locum habet, etsi unus ex reis debendi conventus & exactus fuit propter culpam communem, *Bart. l. 1. n. 8. C. de transact.* Hoc tamen 68
beneficio uti non potest reus debendi, si ipse nominatim huic beneficio renunciaverit, *arg. l. si quis in conscribendo. & ibi Dd. C. de pact.* Cæterum si generaliter reus nunciet omni legum beneficio nulla facta mentione de beneficio cessionis, non obstante hac renunciatione permittitur reo cessionis beneficium implorare, *Bald. l. 51. si divisa. C. Locat.* Secundò hoc beneficium non potest implorare reus, si ex dolo communi vel proprio conveniatur, *l. 1.*

§. planè. ff. de tutel. & ration. distrah. l. si plures. ff. de admin. tutor. Tertiò hoc beneficium reo non datur si ipse ex culpa propria reus agatur *l. unde quaritur. ff. Commod.* Quartò si ipsi debitores non socij, fuerint duo rei ex caussa lucrativa constituti, *Bart. d. l. Modestinus. n. 5. & 8.* Quintò si ipsi fuerint constituti duo rei debendi ex causa onerosa, & pecunia sive res cujus gratia ipsi duo rei debendi constituti fuerunt, ad illum debitorem solum, qui pecuniam sive rem debitam solvit, integrè pervenit, *Bart. d. l. Modestinus. n. 8.* Sextò hoc fallit si unus ex reis debendi fuerit liberatus non solutione, sed vel sententia absolutoria vel jurejurando, vel acceptilatione, vel pacto, vel similibus modis: licet ratione hujus liberationis alij rei debendi perinde atque solutione liberentur, tamen reus qui ita liberatus fuit, petere non potest à creditore, ut is sibi actiones suas contra alios correos suos debendi cedat, *arg. glos. l. duob. §. 1. ver. solverit. & ibi Bart. & Ias. ff. de. jurejur. Bart. d. Auth. Hoc ita. n. 74. Bart. d. l. Reos. in prin. col. pen.* Septimò in hisce casibus in quibus reus debendi beneficium cessionis implorare potest, si quidem ipsi rei debendi ex caussa onerosa constituti fuerint, is qui cesionem implorat sive petit, pro ea tantùm parte, pro qua pecunia, quam ipse integrè solvit vel solvere cogitur, pervenit, cessionem petere potest, ultra verò non; sin verò ipsi ex caussa lucrativa duo rei debendi effecti fuerint & sint socij, correus qui insolidum conventus & exactus est, pro dimidia portione contra correum suum sibi actiones cedi impetrare potest, *Bart. d. l. Modestinus.*

69 *n. 8.* Et hoc beneficium cessionis etjam post condemnationem usque ad solutionem, item & post solutionem in continenti tamen reus debendi petere potest, *d. l. Modestinus.*

destinus. & ibi. Bart. n. 4. & 6. Quartum beneficium 70
duobus reis indultum, est beneficium utilis actionis, quod datur uni ex duobus reis debendi qui insolidum debitum solvit, nulla ipsi facta cessione, ad hoc, ut ipse ab alio correo debendi solutum vel pro parte vel in totum repetere possit, *l. 2. & ibi glos. C. de duob. reis. Bart. d. l. reos. in prin. Idem Bart. d. Auth. Hoc ita. col. fin.* Et hoc beneficium locum habet in ijs casibus in quibus reus debendi petere potuit à creditore sibi actiones cedi, sed hoc facere neglexit, in alijs autem casibus non, *Bart. d. l. 1. n. 10. C. de transact.*

IN TIT. XVIII.

DE STIPVL. SERVOR.

1. *Stipulationum quinta divisio.*
2. *Servi dominis quomodo indistinctè stipulentur, & n. seqq.*
3. *Servus communis stipulari potest se ipsum quo ad partem ad unum dominum spectantem, alteri domino dari.*
4. *Servus qualiter defuncto domino, hereditati jacenti stipuletur.*
5. *Quid si servus sibi, sive conservo suo, sive etiam domino stipuletur?*
6. *Quatenus ex stipulatione servi communis plurium dominorum, dominis actio & obligatio quæratur.*
7. *Dominus servo suo dari rectè stipulatur.*
8. *Filius familias ut cæteros contractus omnes præter mutuum celebrare: ita & stipulari potest:*
9. *Filiusfamilias si stipuletur ab extraneo, cui inde obligatio & actio adquiratur: & n. seq.*
10. *In parentum potestate non constituti, parentibus stipulari cur nequeant?*
11. *Filiusf. à parentibus suis in quorum potestate non est si stipuletur, cui obligationem & actionem efficacem adquirat?*
12. *Et quid si à parentibus in quorum potestate est ex causa adventitia vel castrensi aut q. stipulatus fuerit.*

13. *Ex caussa profectitia vel ex re propria patris non respectu peculij adventitij vel castrensis, si filius à patre stipuletur, naturalem sibi tantum obligationem quærit.*
14. *Nisi filius vel propter benemerita sua quæ in patrem contulit, vel causa dotis, vel sumptuum in doctoratum suum faciendorum gratia.*
15. *Vel à patre rege vel imperatore quid stipuletur: vel nisi stipulatio jurejurando confirmata fuerit.*
16. *Parentes qui filios nec habent nec habuerunt in potestate, filijs suis stipulari nequeunt: ab ipsis autem indistinctè stipulantur.*
17. *Pater qui filium in potestate habet, quo tempore, ex qua causa, & quomodo filijs suis stipulari possit.*
18. *Pater in dubio præsumitur filijs ut filijs vel hæredibus stipulatus. fallit ibid.*
19. *Pater ex profectitia causa, vel ex re sua propria si filio in potestate constituto stipuletur, cui obligatio & actio quæratur?*
20. *Et cui si emancipato filio stipuletur?*
21. *Quid si filio in potestate ex causa peculij castrensis vel adventitij stipuletur?*
22. *Pater à filio emancipato regulariter stipulari potest à filio in potestate, non nisi respectivè, ut ibid.*

1 QVinta stipulationum divisio est: quòd quædam sint stipulationes, factæ ab illis qui sunt sui juris: quædam sint stipulationes factæ ab illis, qui alterius juri sunt subjecti, quales sunt servi, item & filijfamilias. *supra de his*
2 *qui sunt sui vel alieni jur. in prin.* Et servi quidem indistinctè dominis suis stipulari possunt, sive illa stipulatio sit dandi, *l. item si alter. ff. de stipul. serv.* sive sit faciendi, *l. quod dicitur. ff. de verb. oblig.* Item, sive ex re dominorum suorum, *l. si ex re. in prin. ff. de stipul. servor.* Sive ex re alterius dominis suis stipulentur, *d. l. si ex re. §. 1.* Item sive hoc super quo stipulatio interposita est sit tale, quod ipsi liberi facti stipulari sibi possint, sive hoc non sit ejus
3 generis, *l. si communis servus. la. 2. ff. de stip. servor.* Quinimo

imo ſervus communis ſtipulari poteſt ſe ipſum quo ad
partem ad unum dominum ſpectantem alteri domino
dari, *l. 2. ff. de ſtipul. ſervor.* Item etiam domino defun- 4
cto, hereditati jacenti, *ut hic, in prin. gloſ. l. ſi ſervus he-
reditarius. ff. eod. tit.* Et heredi futuro appellativo non
verò proprio nomine, *l. ſervus heredat. ff. eod. tit.* ſtipula-
ri poteſt. *d. l. ſi ex re. §. fin.* Et ſive ſervus ſibi ſive con- 5
ſervo ſuo, ſive etiam domino ſuo ſtipuletur, ex hac ſtipu-
latione indiſtinctè jus quæritur domino, *ut hic, §. 1. l. 1.
in prin. & l. ſive mihi. ff. eod. tit.* Sive hæc contineat id,
quod in dando conſiſtit, ſive contineat id, quod in faci-
endo conſiſtit: Dummodo tamen hoc factum perſonæ
ſervi non cohæreat, *gloſ. & Ang. §. ſed cum factum. infra
eod. tit.* Sin verò ſervus factum perſonæ cohærens ſibi
ſtipulatus fuerit, ex hac ſtipulatione ipſi tantum ſervo,
non autem Domino ejus jus quæritur, *d. §. ſed cum factum.*
Et ſi ſervus communis plurium dominorum ſtipulatus 6
fuerit, ex hac ſtipulatione omnibus dominis pro domi-
nica portione actio & obligatio quæritur, *l. ſervus commu-
nis ſit omnium. ff. eod. tit.* Niſi vel nominatum uni domi-
no, vel juſſu unius domini ſtipulatus fuerit, ſi ex hac ſti-
pulatione uni tantùm domino obligatio adquiri poſsit:
tum enim illi tantùm domino, cujus mandato vel nomi-
ne ſtipulatio interpoſita eſt, vel cui ex hac ſtipulatione
acquiri poteſt, in ſolidum & obligatio & actio adquiri-
tur, *§. pen. & fin. h. t. n.* vel niſi omnibus dominis, expreſ-
ſis eorum nominibus proprijs ſtipulatus fuerit: tum enim
illis ex hac ſtipulatione, non pro dominica, ſed pro virili
portione obligatio quæritur, *l. ſi communis ſervus ita ſtipu-
letur, & ibi Bart. ff. de ſtipul. ſervor.* E converſo verò do- 7
minus ſervo ſuo dari rectè ſtipulatur, *l. dominus ſervo. ff. de
verb.*

8 *verb. oblig.* §. *si quis alij. infra de Inutil. stipul.* Filius quoque familias sicut cæteros omnes contractus præter mutuam pecuniam accipiendo, *l. 1. ff. Ad SCtum. Maced.* celebrare potest, *l. filiusfamilias. ff. de action. & oblig.* Ita & stipulari potest, *l. si filius meus. & l. si. filiusfamilias. ff. de verb.*
9 *oblig.* Et si respectu vel peculij profectitij vel etiam earum rerum quæ ad patrem spectant stipuletur, patri indistinctè actionem quærit, sive sibi sive patri suo, sive etiam fratri vel servo sub ejusdem patris potestate constituto stipuletur. §. *1. h. t. n. l. si filius meus. ff. de. verb. oblig.* Et sive patri suo factum, sive id, quod in dando consistit, stipuletur, stipulatio valet, *d. l. quod dicitur. la. 2.* Sin verò sibi stipuletur dari factum quod personæ suæ cohæret, §. *sed cum factum. h. t. n.* vel id quod est peculij castrensis vel quasi castrensis, sive illud in dando sive in faciendo consistat, sibi filiusfamilias stipuletur, ex hac stipulatione patri, nulla obligatio vel actio quæritur, §. *1. supra per quas pers. nob. adquir.* Ex adventitia autem caussa, si quid filiusfamilias sibi stipuletur, ex hac stipulatione patri respectu ususfructus quam in bonis adventitijs filij habet, obligatio & actio quæritur, *arg. l. 1. C. de bon. matern.* Patri verò filiusfamilias si stipuletur, sive hoc, quod in stipulationem deductum est, in facto sive in jure consistat, *d. l. quod dicitur. la. 2.* Item sive stipulatio sit interposita super re patris, aut eo, quod est peculij profectitij, sive sit interposita super eo, quod est peculij adventitij: item & castrensis vel quasi, *Bart. Alex. & Ias. l. quodcunq. in prin. ff. de verb. oblig.* Item etjamsi & verba obligativa & executiva stipulationis, patris personam respiciant, ex hac stipulatione indistinctè patri obligatio & actio quæritur, *d. l. quodcunq. in prin. & ibi Alex. l. stipulatio ista.* §. *hi qui.* & §. *al-*

& §. *alteri.ff.de verb.oblig.Bart. d.l.stipulatio ista.§.si stipuler. n.1.* Et cum hoc, quod filius patri stipulari potest, propter 10
patriam potestatem introductum sit, *Bald. l.executor. col.3. C. de execut.rei judic.Zas.d. l.quodcunq.in prin.* receptum est illos qui in potestate parentum non sunt, parentibus stipulari non posse: Ideoque filius naturalis parentibus suis naturalibus, *Bald.d.l. Executorem.col.3.arg.l.Item in potestate.ff.de his qui sunt sui vel alien.jur.* adoptivus filius patri adoptivo. *Alex.d.l. Quod dicitur.la.2.n.15.arg. l.pen. C. de adopt.* legitimus & naturalis matri suæ vel ascendentib. per lineam maternam, *l. debitori. §.fin.ff. Ad SC^tum. Trebell.* vel etiam patri, si ipse aut emancipatus sit, *arg. l.si ita stipulatus fuero. §. Chrysogonus. ff. de verb.oblig. junct. l. 1. in prin. ff. si quis à parent. manumiss. fuer.* aut ipse ideo non sit in potestate parentis, quia vel ille locus in quo ipse degit non utitur jure romano, *glos. §.1. ver. Romanorum supra de patr. potest.* aut patria potestas in illo loco per statutum vel consuetudinem sublata sit, stipulari non potest, *Ias. d. l. quod dicitur. n. 40.* Et hoc quando filius ab extraneo sti- 11
pulatur: A parentibus verò suis, in quorum potestate non est, filius si stipuletur, ex hac stipulatione sibi naturalem & civilem obligationem, actionem item efficacem adquirit, *arg. l. si emancipatis. & l. cum de bonis. C. de donat.* Idem est si à parentibus in quorum potestate est, 12
ex causa adventitia, vel castrensi aut quasi, stipulatus fuerit, *glos. l. frater à fratre. & ibi Bart. & Ias. ff. de condict. indeb. glos. l. pactum. C. de pact. convent. glos. & Bart. l. si quis pro eo. §. 1. ff. de fidejuss.* Ex causa autem profectitia, vel 13
ex re propria patris, non respectu peculij adventitij vel castrensis si filius à patre, vel illo qui in ejusdem patris potestate est stipuletur, naturalem sibi tantùm obliga-

randi.§.fin. item sive sint nati sive nasciturі *Bart.l.item prætor.ff. de suis & legit.arg.l.Paulus.§. Paulus. ff. de bon.libert.* nec non tam ex caussa adventitia vel castrensi, quàm ex causa profectitia, *Ang.§.Ei qui infra de inutil.stipul.Alex.& Ias. d. l. quod dicitur,* & tam in vita quàm post mortem suam filijs suis dari vel fieri quid stipulari potest, *d. l. quodcumq;. §. si quis ita.* Dummodo tamen filijs suis ut filijs, *l. unus.ff. de pact. dot.* vel ut heredibus stipuletur, *l. Avus.ff. de pact.* non autem ut extraneis stipuletur, *l. si tibi. §. si pactus. & ibi glos. & Dd.ff. de pact.* Quod in dubio quoq; 18
præsumitur, *glos. d. §.si pactus.* Nisi vel propter benemeri ta filij erga patrem, pater ad stipulandum motus fuerit, idque in stipulatione expresserit, *glos. & Ias. d. §.si pactus, Bart. & Dd. d. l. quod dicitur, arg. glos. d. l. si donatione.* Vel nisi pater filio suo, nomine ejus proprio tantùm expresso stipulatus fuerit, *Bart. l. & heredi. §. nec autem. vers. cæterum. arg. ill.text. junct. glos. ff.de pact.* Et si pater ex pro- 19
fectitia causa, vel ex re sua propria filio in potestate quid stipuletur, ex hac stipulatione indistinctè non ipsi filio, nisi pater dotem vel donationem propter nuptias filio stipulatus fuerit, *arg. d. l. Pomponius Philadelphus. l. uxorem. §. testamento. ff. de legat, 3. Bart. l. post dotem. n.16. & 27. ff. solut. matrim.* Sed patri actio & obligatio quæritur. *arg. l. placet. ff. de adquir. heredit. §. 1. supra per quas pers. nob. adquir.* Et stipulatio indistinctè valet, etiamsi pater factum filij personæ cohærens ipsi filio stipulatus fuerit: dummodo tamen hoc factum expediri patris interfit. *Alex. d. l. quod dicitur. n. 4. & ibi Ias. n. 11.* Eman- 20
cipato autem filio si pater stipuletur, ex hac stipulatione ipsi filio actio & obligatio quæritur, *arg. §. per liberos. supra per quas person. nob. adquir.* Idem est si filio in potesta- 21

da est, judiciales rectè judicantur.
6. *Prætoriæ stipulationes quæ: & quomodo quis ad illas vel præstandas vel recipiendas cogi possit?*
7. *Prætoriæ stipulationes à judicialibus quantum & in quibus differant.*
8. *Stipulationes conventionales quæ dicantur, unde formam & legem accipiant, & contra quàm in dubio interpretari soleant.*
9. *Communes stipulationes quæ.*
10. *Stipulationum tam judicialium quàm prætoriarum subdivisio.*
11. *Judiciales quæ.*
12. *Quæ cautionales.*
13. *Quæq; communes: & quapropter illæ interponantur?*

SExta stipulationum divisio est, quòd aliæ sint stipula- 1
tiones judiciales, aliæ prætoriæ, aliæ conventionales, aliæ communes. Iudiciales stipulationes dicuntur illæ, 2
quando quis secundùm dispositionem legum civilium ad cavendum alteri vel cautionem ab eo recipiendam officio judicis principaliter vel incidenter implorato saltem causativè cogi potest, *Bart. Alex. & Ias. l. 5. in prin. ff. de verb. obligat.* Namque certum est, illas stipulationes ex legis civilis dispositione descendere, *Bart. & Dd. d. l. 5. in prin. ff. de verb. oblig.* & sive quis ad cautionem interponendam sive ad cautionem ab eo recipiendam cogi possit, judicialis cautio dicitur: Ideoque cautio Mutiana, 3
quam herus ab eo, cui sub conditione negativa, quæ vivente legatario impleri non potest, in ultima voluntate aliquid relictum est, recipere cogitur ad hoc, ut legatario permittatur in continenti hoc relictum petere; quia ea ex legibus civilibus originem trahit, *l. Mutiana. & ibi. Bart. ff. de condit. & demonstr.* judicialis stipulatio dicitur, *Bart. l. 4. in prin. ff. de verb. oblig.* Præterea hæ cautio- 4
nes tam principaliter quàm incidenter peti vel offerri possunt: Et principaliter tam peti quàm offerri dicuntur,

quando quis principaliter & non in consequentiam alterius causæ vel litis, has cautiones petit vel offert: & ad illas interponendas quis non jure actionis sed judicis officio cogitur, *ut hic,* actionis tamen instar obtinent, quando principaliter tales cautiones vel interponi vel recipi petuntur, *l. actionis. ff. de action. & oblig.* Cujusmodi est, si quis ab eo, cui ex legis dispositione miserationis gratia dilatio indulta est, *l. si debitori. ff. de judic.* vel ab eo cui ex privilegio sive rescripto Imperatoris dilatio ad solvendum debitum concessa est, *l. universa. C. de precib. Imper. offerend.* Vel à debitore suspecto ante debiti conditionem existentem vel diem venientem, *l. In omnib. ff. de Iudic. Bart. l. si finita. §. eleganter. ff. de dam. infect.* vel ab eo, à quo se offendi timet, cautionem securitatis petat. *Bart. l. Illicitas. §. ne potentiores, ff. de offic. præsid.* Incidenter hæc cautio tunc peti vel offerri dicitur, quando in consequentiam litis vel causæ motæ, quis hanc petitionem petit vel offert: Sicut est, si quis ab eo, contra quem rei vendicatione ad rem immobilem, quam post litem contestatam usucepit, experitur, cautionem de dolo exigat, ut ipse sibi caveat, quòd istam rem neque dolo suo pignori dederit, neque alio modo in præjudicium actoris circa hanc rem quid dolo malo egerit, *l. si post acceptum judicium. ff. de rei vendic.* ejusdem generis est cautio de dolo quæ à creditore pignoratitia actione convento
5 exigitur, *l. creditor. la. 1. ff. de pign. action.* Alterum, omnes cautiones ad quas interponendas quis ratione statuti alicujus populi vel civitatis, item & consuetudinis cogi potest, judiciales stipulationes dicuntur, *Bart. l. 5. in prin. ff. de verb. oblig.* Quia tam statutum populi, *l. omnes populi. ff. de just. & jur.* quàm consuetudo lex civilis dicitur,

tur, *Iaſ. d. l. de quibus. ff. de legib.* Ideoque cautionem guarendæ præſtandæ, ad quam actor qui aliquem in jus vocavit, tam in civili quàm in criminali cauſſa ſecundùm juris Saxonici diſpoſitionem obligatus eſt, *art. 15. & ibi gloſ.* Landr.*lib. 2. art. 14. & ibi gloſ.* Landrecht *lib. 3. Chilian.* Köning *in ſuo proceſſ. cap. 48.* Iudicialem cautionem judico, quia jus Saxonicum majori ex parte conſuetudine receptum & introductum eſt. Prætoriæ ſtipulationes eæ 6
dicuntur, quando quis ad cavendum alteri, vel etiam ad cautionem ab eo recipiendam rigore juris prætorij vel alterius, quod juris prætorij inſtar obtinet, officio judicis principaliter vel incidenter implorato ſaltem cauſativè cogi vel compelli poteſt. Manifeſti enim juris eſt: non alias niſi illas cautiones, quæ vel ex jure prætorio, *Dd. d. l. 5. in prin. ff. de verb. oblig.* vel ex illo jure, quod prætorij juris vigorem obtinet, qualia ſunt edilitia edicta, *ut hic, verb. pratorias*, & ſtatuta condita à Marchionib. ducibus, comitibus, epiſcopis vel ſimilibus, *Bart. d. l. 5. in prin. ff. de verb. oblig. Gomeſ. d. §. ſed iſte infra de Action.* deſcendunt, prætorias ſtipulationes dici, *arg. l. Ius autem civile. ff. de juſt. & jur.* Et illæ cautiones quæ ex jure prætorio deſcendunt, æquè prætoriæ dicuntur, ſive quis ad illas recipiendas, *l. ſtipulatio. §. 1. & 2. ff. de oper. novi nunc.* Sive ad illas interponendas vel præſtandas cogi poſſit, *l. prætor ait. in prin. ff. de damn. infect.* Item ſive illæ principaliter adito judice, *d. l. prætor ait. in prin.* ſive incidenter in conſequentiam alterius litis vel cauſæ petantur vel offerantur, *d. l. prætor. §. fin.* Non tamen jure actionis, ſed tantum officio prætoris, i. e. judicis, *l. ubicumq. ff. de Reg. jur.* implorato, hæ cautiones vel petuntur vel offeruntur, *ut hic verb. pratoria.* Sed ſive coram majoribus ſive minoribus judicib.

item

item five coram ordinario vel delegato judice peti vel offerri possint, prætoriæ stipulationes hæ cautiones judicantur, *l. 1. l. 4. §. si intra. ver. duas autem. ff. de damn. infect.* & plerumque quis ad illas præstandas vel recipiendas non præcisè; sed causativè tantùm compelli potest,
7 *Bart. l. 1. §. ff. de prætor. stipulat.* Et inter has stipulationes judiciales item & prætorias magna differentia est. Namque primò, stipulationes prætoriæ exceptis paucis, *l. 1. §. stipulationum. ff. de prætor. stipul.* fidejussores vel pignora desiderant. *l. prætoriæ. la. 3. ff. de prætor. stipul. l. 1. §. jubet. ff. de collat.* In stipulationibus autem sive cautionibus judicialibus sola repromissio cum generali omnium bonorum obligatione, *arg. l. filio. in fin. ff. uti legat. sive fidecomm. nom. caveat. Bart. l. 1. & ibi Ias. n. 21. ff. qui satisdar. cogant. text. l. omnes. & §. in hac. & ibi Bald. C. de Episcop. & cleric.* sufficit. *l. sancimus. C. de verb. signif.* nisi lex vel idoneam cautionem exigat, *glos. & Bart. l. si mandato Titij. §. fin. ff. Mand.* vel hæc cautio petatur ab eo cui, vel miserationis gratia vel ex rescripto vel privilegio Imperatoris, ad solvendum dilatio indulta est, *d. l. si debitori. & d. l. universa.* vel nisi securitatis, sive de non offendendo vel lædendo cautio ab eo, à quo se offendi quis timet, quiq; bona immobilia non possidet, postuletur, *Bart. d. l. illicitas. §. ne potentiores. n. 4. de offic. præt.* Secundò, stipulationes prætoriæ, si pœnales sint, anno finiuntur, *l. & in honorarijs. ff. de oblig. & act.* Iudiciales verò stipulationes etiam pœnales perpetuò durant, *infra de perpet. & tempor. act. in prin.* Tertiò, si contra stipulationem prætoriam quid individuum continentem unus ex heredibus promissoris delinquat, ex hac stipulatione ille tantùm heres, non autem cæteri coheredes obligantur, *l. pœnales. §. Iulianus. ff. Ad*

ff. Ad leg. Falcid. Bart. l. 4. §. Cato. n. 23. ff. de verb. oblig. sed in stipulationibus judicialibus, quid individuum continentibus, uno ex heredibus stipulatoris contra stipulationem faciente vel delinquente, stipulatio contra omnes heredes committitur, *l. cum ex caussa. ff. de verb. oblig.* Conventionales stipulationes illæ dicuntur, quæ 8
ex conventione sola partium sive reorum, nulla necessitate legis cogente interponuntur, *ut hîc, ver. conventionales, & d. l. 5. in prin. ver. conventionales. ff. de verb. oblig.* Et hæ stipulationes conventionales, non ex prætoris jurisdictione, pro ut prætoriæ stipulationes, *l. 1. §. fin. ff. de prætor. stipul.* sed ex conventione contrahentium formam & legem accipiunt, *l. in conventionalibus. in prin. ff. de verb. obl.* & in dubio contra stipulatorem interpretantur, *l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. ff. de verb. obl.* Commu- 9
nes stipulationes dicuntur illę quæ partim ex jure prætorio, partim ex legibus civilibus descendunt, *ut hîc, in ver. communes. & d. l. 5. in prin. ver. communes*: cujus generis est stipulatio rem pupilli salvam fore: nam ea quo ad cautionem quam legitimus tutor præstat, à jure prætorio inventa est, *ut hîc, verb. communis*: Quo verò ad cautionem quam dativus & testamentarius tutor præstat, à civilibus legibus introducta est, *§. 1. supra de satisd. tutor.* Ejusdem farinæ est stipulatio rem ratam haberi, *ut hic ver. communes*: Nam hæc cautio quatenus à procuratore actoris exigitur, à prætore, *l. non solum. §. qui mandatō. ff. de procurat.* quatenus verò à procuratore rei exigitur, à jureconsulto inventa est, *d. l. non solum. §. fin. & l. Pomponius. §. sed & is. ff. de procurat.* Eandem naturam obtinet & cautio duplæ, *d. l. 5. in prin. ver. communes*: nam ea quatenus pro servo vendito interponitur ab ædilibus curuli-

bus,quatenus verò pro alijs rebus venditis præſtatur,à le-
10 gibus civilibus inventa eſt, *l. emptori. ff. de eviction.* Por-
rò ſtipulationes tàm prætoriæ quàm judiciales ſubdivi-
duntur in ſtipulationes judiciales, cautionales & com-
11 munes. Iudiciales ſtipulationes dicũtur illę cautiones,quę
judicis officio principaliter vel incidenter implorato, pe-
tuntur vel offeruntur, ad hoc ne ſententia lata in illa cau-
ſa ſit ludibrio, ſed executionem tantò meliùs ſortiatur,
qualis eſt ſtipulatio judicatum ſolui,item & cautio quam
præſtat is, cui opus novum nunciatum eſt, itemque & de
dolo ſtipulatio, quæ ab eo, qui rei vendicatione conveni-
tur, exigitur, ut & ea, quæ ab illo cui poſt condemnatio-
nem vel confeſſionem dilatio ad ſolvendum datur, expo-
12 ſtulatur. Cautionales ſtipulationes omnes illæ cautio-
nes quas quis petit vel offert, judicis officio implorato,
non ad hoc ut ſententia vel lata vel ferenda, tantò facili-
ùs executioni mandari poſſit, neque etiam ratione pro-
ceſſus, ſed, ut vel de damno, quod in rebus vel perſona
timet, vel de debito quod in continenti petere non po-
teſt, ſecurus ſit, *ut l. 1. §. cautionales. ff. de prator. ſtipul.*
13 Communes illæ dicuntur, quæ partim propter proceſ-
ſum, partim propter ſententiam interponuntur, qualis
eſt ſtipulatio judicio ſiſti, item rem ratam haberi, reſpe-
ctu judicij interpoſita, *d.l.1. §.communes. ff. de prator. ſtipul.*
Hujus generis eſt cautio guarendæ præſtitæ jure Saxoni-
co invento: Nam & illa partim proceſſum,partim ſen-
tentiam reſpicit, ut patet ex ijs quæ do-
cet Chilian. Köning *in ſuo*
proceſſ. cap. 48.

IN TIT.

IN TIT. XX.
DE INUTILIBUS STIPULATIONIBUS.

Summaria.

1. *Septima stipulationum divisio bimembris.*
2. *Utiles stipulationes quæ dicantur.*
3. *Et quæ inutiles.*
4. *Stipulationes quot modis inutiles efficiantur.*
5. *Primæ speciei stipulationum inutilium subdivisio in sex partes.*
6. *Et quando primùm respectu materiæ inutilis stipulatio dicatur: & cujus generis illæ res sint, quæ in rerum natura non sunt.*
7. *Quando secundò ratione materiæ inutilis stipulatio dicatur: & quot species sint rerum in commercio hominũ non existentium.*
8. *Quidq; juris quo ad res quæ sua natura in hominum communi commercio non sunt.*
9. *Et quid quo ad res quæ ratione adjuncti in commercio hominum non sunt.*
10. *Item quid ad illas res quæ non absque summa difficultate in communi hominum commercio sunt.*
11. *Itemque quid quando res non sunt saltem in contrahentium commercio.*
12. *Quando tertiò respectu materiæ inutilis stipulatio dicatur: & quatenus rei propriæ stipulatio valeat.*
13. *Quando quartò respectu materiæ inutilis stipulatio dicatur, si nimirum interposita sit super facto alieno.*
14. *In prætorijs stipulationibus promissio facti alieni cur valeat.*
15. *Quando promissor facti alieni promissioni satisfecisse censeatur, ijs casibus in quibus illa rata & valida est.*
16. *Quando quintò respectu materiæ inutilis stipulatio dicatur, si videlicet quis de jure vel facto impossibile quid stipuletur.*
17. *Quando sextò, si nimirum contrahentes erraverint in nomine rei in contractum deductæ, tali errore, qui consensum non excludit.*
18. *Quomodo respectu formæ stipulatio primò inutilis dicatur.*
19. *Quomodo deinde eodem respectu, eo, quod inter absentes stipulatio sit facta, qui se ipsos audire non potuerunt.*

20. *Quomodo, quod responsio non cum iisdem qualitatibus facta fuerit, cum quibus facta est interrogatio.*

21. *Quodque etiam inutilis ratione formæ sit, si quis non ad ipsum quod interrogatus est, sed aliud quidpiam daturum se facturumúe responderit.*

22. *Quod ampliatur quatuor modis.*

23. *Limatur quintupliciter.*

24. *Ratione item formæ inutilis stipulatio dicitur, si stipulatio judicialis vel prætoria non accessoriè ad alium contractum interposita, nec per verba indefinita vel futuri temporis concepta fuerit.*

25 *Ex stipulatione respectu formæ inutili, nec civilis nec naturalis obligatio oritur, neque ei fidejussor vel pignus accedere neque pœna adjici ulla potest.*

26. *In instrumento si scriptum fuerit stipulationem factam esse, præsumitur illa, omnibus formalibus intervenientibus facta.*

27. *Testis verò de stipulatione deponens, non aliter de stipulatione formaliter celebrata fidem facit, quàm si omnia formalia in stipulatione intervenisse testetur.*

28. *Materiam stipulationis respicientia nunquam intervenisse præsumuntur, nisi intervenisse probentur.*

29. *Quomodo & quot modis respectu caussæ efficientis stipulatio inutilis dicatur: & quæ persona nec stipulari, nec promittendo obligari poßint.*

30. *Et quid in ebrio & irato : itemque amore vehementißimo stimulato.*

31. *Quæ personæ alium stipulando sibi quidem obligare poßint, at vicißim promittendo obligari nequeant. ubi de obligatione pupilli prolixè.*

32. *Pubes ex promißione jurata & non jurata qualiter obligetur.*

33. *Quomodo respectu causæ efficientis stipulatio inutilis dicatur ratione deficientis consensus, & primùm si contrahentes circa rem in stipulationem deductam dissentiant.*

34. *Item si interrogatio & responsio vel joco vel demonstrandi aut intellectus gratia facta sit.*

35. *Itemque si promissor dolo malo ad promittendum inductus fuerit.*

Quomo-

36. *Quomodo & quotupliciter respectu caussæ finalis, stipulatio inutilis dicatur, & n. seqq.*
37. *Omnes stipulationes regulariter nullæ sunt, nisi in stipulationem deductum stipulatoris intersit.*
38. *Quod etiam in pœnali locum habet.*
39. *Non quodlibet tamen interesse facit ut stipulatio valeat, sed ut stipulatoris peculiariter intersit requiritur.*
40. *Stipulationes alteri facta quando inutiles sint.*
41. *Stipulationes alteri quot modis fiant vel concipiantur.*
42. *Quomodo quis alteri stipuletur, ut verba & obligativa & executiva personam stipulatoris respiciant: qualiterq; ex ea obligatio oriatur.*
43. *Et quando tertio, cui hac stipulatio facta est, actio ex ea quæratur.*
44. *Quomodo quis alteri stipuletur, ut verba & obligativa & executiva stipulationis in personam tertij conferantur, & quapropter hac stipulatio nulla sit.*
45. *Quomodo item alteri quis stipuletur, ut verba obligativa personam stipulatoris respiciant, executiva verò in personam tertij sint collata: & quis inde & qualiter obligetur.*
46. *Si quis sibi & alteri simul stipuletur, stipulatio saltem quo ad partẽ ad stipulatorem pertinentem valet: quo ad alterum non item.*
47. *Quod tamen limitatur pluribus modis.*
48. *Qualiter ijs casibus, quibus stipulatio alteri facta valet, tertio ex ea actio quæratur.*
49. *Stipulatio alteri facta etiam valet: si quis alternativè sibi aut Titio stipuletur.*
50. *Ex qua tamen Titius agere non potest: quamvis ei, stipulatore invito, in stipulationem deductum solui possit, certis nihilominus casibus exceptis, ut ibid.*
51. *Stipulatio quoque de dando vel faciendo alteri quomodo valeat, si fuerit apposita pœna.*
52. *Quomodo ratione causæ finalis inutilis sit stipulatio, si causa illa sit vel de facto vel de jure impossibilis.*
53. *Item si falsa sit: vel si stipulatio caussam nullam contineat.*
54. *Stipulatio quomodo respectu causæ impulsivæ inutilis dicatur: Et causa impulsiva quotuplex sit, ibid.*

55. *Cauſa impulſiva ſi impoſſibilis ſit de jure: quando demum ſtipulationem inutilem reddat.*
56. *Cauſa impulſiva de facto impoſſibilis ſtipulationem non vitiat.*
57. *Ut nec falſa cauſa impulſiva.*

1 SEptima ſtipulationum diviſio eſt, quòd quædam ſint
2 ſtipulationes utiles, quædam verò inutiles. Vtiles
illæ dicuntur, quæ à perſonis habilibus ſuper re apta in
contractum deduci ex cauſa legibus non reprobata, ſe-
cundùm legum diſpoſitionem conſenſu contrahentium
3 interveniente, factæ ſunt: Inutiles verò ſtipulationes il-
læ dicuntur, quæ vel à perſonis non habilibus, vel ſuper
re non apta, vel non ſecundùm legum diſpoſitionem, vel
non interveniente conſenſu contrahentium factæ ſunt.
4 Et hæc ſtipulationes omnes, prout ex omnib. §§. hujus
noſtri tit. liquet, quinque modis inutiles efficiuntur: Nam
aut ſunt inutiles reſpectu materiæ, ſive cauſſæ materialis,
aut ſunt inutiles reſpectu formæ, ſive cauſæ formalis, aut
reſpectu cauſæ efficientis, aut reſpectu cauſſæ finalis, aut
5 inutiles ſunt reſpectu cauſæ impulſivæ. Et prima ſpeci-
es ſtipulationum inutilium rurſus in ſex partes dividitur.
Nam aut ſtipulatio reſpectu materiæ ideo eſt inutilis,
quia eſt interpoſita ſuper re, quæ non eſt in rerum natu-
ra; aut ſuper re, quæ non eſt in commercio hominum;
aut ſuper re propria ſtipulatoris; aut ſuper facto alieno;
aut ſuper facto impoſſibili; aut quia contrahentes in no-
mine rei in ſtipulationem deductæ erraverunt, tali erro-
6 re, qui conſenſum non excludit. Et res quæ in rerum
natura non ſunt, aut ſunt illius generis, ut nec in præſen-
tiarum ſint in rerum natura, nec unquam fuerint, nec et-
iam eſſe poſſint: qualis eſt Hippocentaurus, & ſtipulatio
ſuper hac re facta non valet, *ut hic*, aut hæ res quidem an-
tea in

tea in rerum natura fuerunt, sed vel morte, incendio vel alio casu in rerum natura esse desierunt, qualis est homo mortuus, ædes vel insulæ terræ motu dirutæ vel incendio consumptæ, & similes res: Et hoc casu, si quidem hæc stipulatio fuit interposita super re debita, quæ dolo, culpa vel mora debitoris sive promissoris interijt, indistinctè rata atque firma est, *l. inter stipulantem. §. pen. ff. de verb. oblig. l. si servum. §. pen. ff. eod. tit. l. promissor Stichi in prin. & l. promissor hominis. ff. de constit. pecun.* sin verò hæc stipulatio fuit interposita, vel super re non debita vel super re debita, quæ absque culpa vel mora promissoris in rerum natura esse desijt, hæc stipulatio non valet neq; tenet, *ut hic in prin. l. 1. §. si id quod. ff. de act. & oblig.* nisi forsan hæc stipulatio super non debita re, quæ in rerum natura esse desijt, non ex causa lucrativa, sed ex causa onerosa interposita fuerit, ab ignorante stipulatore, promissore hanc rem in rerum natura non esse sciente, tunc enim promissor stipulatori ad interesse obligatur, *arg. §. loca infra de empt. vendit.* Et ex hisce stipulationibus super re quæ vel in rerum natura nec fuit, nec est, nec esse potest, indistinctè, vel super re quæ in rerum natura esse desijt, ex causa lucrativa, interpositis, neque civilis, neque naturalis obligatio oritur, *arg. l. impossibilium. ff. de reg. jur. glos. c. nemo potest. ver. obligari. & ibi Dyn.* x̄ *de Reg. jur. lib. 6.* nec pœnalis stipulatio eis accedens valet, *l. si homo mortuus, & ibi Dd. ff. de verb. oblig.* nisi hoc expressè inter contrahentes actum fuerit, *Dec. d. l. impossibilium.* Sin verò hæc res sit talis, quæ neque est in rerum natura, neque fuit in rerum natura, sed tamen quæ speratur in rerum natura, quales sunt fructus agri nascituri, partus ancillæ vel fœtus pecoris nascituri, stipulatio super hisce rebus interpo-

interposita valet atque tenet, atque ex ea oritur naturalis & civilis obligatio, *l. inter stipulantem.* §. *sacram. ff. de verb. obl.* actio tamen ex hisce stipulationibus, cum eæ tacitam conditionem contineant, *arg. l. 1.* §. *fin. ff. de condit. & demonstr.* non datur nisi hisce rebus natis, *l. interdum. in prin. & ibi Bart. & Dd. ff. de verb. oblig.* vel nisi per promissorem steterit, quo minus hæ res nascantur, *arg. l. jure civili. ff. de condit. & demonst. l. 1.* §. *2. ff. quod vi aut*
7 *clam.* Secundò, ratione sive respectu materiæ dicitur inutilis stipulatio, quando stipulatio est interposita super re, quæ non est in commercio hominum: Et harum rerum quæ in commercio hominum non sunt, tres sunt species: Nam quædam res omnino non sunt in commercio communi hominum, quædam non nisi cum maxima difficultate sunt in communi hominum commercio: Quædam verò sunt in communi hominum commercio, sed
8 non sunt in commercio contrahentium. Quo ad primam speciem sciendum est, quasdam res, propter naturam suam non esse in commercio hominum communi, quales sunt res sacræ, religiosæ, sanctæ, publicæ item & spiritualia omnia: & stipulatio super hisce rebus interposita, nisi illa sit interposita super re universali, puta villa, civitate, castro, territorio vel simili cui hæ res accedunt. *l. quædam. ff. de adquir. rer. domin. l. in modicis. ff. de contrah. empt. c. ex literis. extra de jur. patron.* non valet, *ut hic.* §. *1.* etiamsi hæc stipulatio sit collata in hunc eventum, quo hæ res ad commune commercium redierint, ut puta si res sacra vel religiosa prophana, vel publica privata effecta fuerit, *d.* §. *1. adeo.* ut nec æstimatio sive pretium illius rei stipulatori debetur, *Bart. & Dd. l. multum. ff. de verb. oblig. arg. l. inter stipulantem.* §. *sacram. ff. de verb. oblig.* Neq;

lig. Neque ex hac ſtipulatione obligatio naturalis oritur, *gloſ. ver. obligari. & ibi Dyn. c. nemo poteſt. de reg. jur. lib. 6.* neque etiam pœnalis ſtipulatio ei adjecta rata ſit, *arg. d. l. ſi homo mortuus. ff. de verb. oblig. Iaſ. l. impoſſibilis. ff. eod. gloſ. fin. c. ſignificantibus. extra de offic. deleg.* Quinimo etſi res in ſtipulationem deducta in communi hominum commercio fuerit, & absque mora vel culpa promiſſoris in aliquam illorum cauſam devenerit, ſtipulatio evaneſcit, *d. §. ſacram.* Quædam verò res non propter ſuam naturam ſed ratione adjuncti non ſunt in commercio communi, qualia ſunt omnia ædibus juncta vel affixa, item ſervi glebæ aſſcripti: & ſtipulatio ſuper his rebus interpoſita, in eum eventum, quo iſtæ res ab hoc adjuncto ſeparatæ fuerint, indiſtinctè valet atque tenet, *arg. l. cætera. §. 1. ff. de legat. 1.* Simpliciter autem ſuper hiſce rebus concepta ſtipulatio, promiſſorem non quidem ad rem ipſam præſtandam, *l. cætera. in prin. ff. de legat. 1.* ſed ad æſtimationem ejus ſolvendam obligat. *l. ſi quis inquilinos. in prin. ff. de legat. 1.* Quo verò ad ſecundam ſpeciem, videlicet earum rerum quæ non absque difficultate ſumma in communi hominum commercio ſunt: annotandum eſt, aliquas ex his ideo in communi noſtro commercio difficulter eſſe, quia ſunt in hoſtium poteſtate, & ſuper his interpoſita ſtipulatio indiſtinctè valet, ſi illæ antea noſtræ fuerint, nobisq; ab hoſtibus ereptæ, *l. fin. ff. de act. empt. l. Id quod. & ibi Dd. ff. de legat. 1.* Sin verò illæ ſemper hoſtium fuerint, ſtipulatio ſuper illis interpoſita non valet, *l. liber homo. la. 2. ff. de verb. oblig.* niſi ſtipulatio ſuper hiſce rebus ſub hac conditione interpoſita ſit, ſi hæ res hoſtibus ereptæ fuerint, & in noſtram poteſtatem pervenerint, *c. Abbate ſanè de re judic. lib. 6.* Aliquæ ve-

(margin numbers: 9 beside "Quædam verò res non propter"; 10 beside "Quo verò ad ſecundam ſpeciem")

ro res ex alia causa, quàm quod sint in hostium potestate, difficulter sunt in communi hominum commercio: & stipulatio super hisce rebus facta, firma non est, adeò ut stipulatori ne æstimatio quidem hujus rei debeatur, *arg.*
11 *l. apud Iulianum.§.fin.ff. de legat. 1.* Quo verò ad tertiam speciem quando res non est in contrahentium commercio: siquidem res, vel in utriusque contrahentium, *arg. l. 2. C. de condit. ob turp. causs. l. pen. ff. eod. tit. l. 3. §. fin. ff. Ad SC. Syll. l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. ff. de verb. oblig.* vel in stipulatoris tantùm commercio non sit, ut puta, si statuto alicujus vel civitatis vel ducis cautum sit, ne quis exterus, sive non subditus in illius torritorio bona immobilia habeat vel possideat: & exterus sive forensis stipuletur vel ab extero vel à subdito sibi dari fundum vel domum in illo territorio, quia hoc casu res in stipulationem deducta, non est vel in utriusq; contrahentium commercio, eo casu quo uterque forensis est, vel non est in commercio stipulatoris, tantum eo casu quo ipse solus exterus est, stipulatio super ea re interposita non valet, nec stipulatori hujus rei æstimatio debetur, *d. l. multum interest. & ibi Dd. ff. de verb. olig.* Sin verò hæc res sit quidem in stipulatoris, sed non in promissoris commercio, stipulatio super hac re facta valet, quo ad hoc, ut promissor stipulatori æstimationem hujus rei solvere cogatur, *d. l. multum. junct. glos. & ibi Dd. arg. l. Mortuo bove. §. La-*
12 *beo. ff. de legat. 2.* Tertiò, respectu materiæ inutilis stipulatio dicitur, quando quis rem suam propriam stipulatur: sicut enim emptio, *l. sua rei. ff. de contrah. empt.* conductio, *l. nemo. C. Locat.* depositum, commodatum suæ rei, *l. neq. ff. depos.* cæterique contractus super re sua celebrati non valent, *l. Neq. pignus. ff. de reg. jur.* Ita nec stipulatio

pulatio rei suæ rata est, *ut hîc*, §. *1*. Quod procedit etiamsi hæc res tempore stipulationis nostra quidem non sit, sed tamen eam in eum eventum quo nostra futura est, stipulamur, §. *Item nemo, h. t.* Hæc tamen regula locum non habet, quando quis pretium sive æstimationem rei suæ stipulatur, *l. Nemo rem suam. la. 1. in prin. ff. de verb. oblig.* vel quando quis rem suam non purè, sed sub conditione stipulatur, & tempore existentis conditionis illa res in stipulatoris dominio esse desijt, *l. si rem meam. ff. de verb. oblig. l. existimo. ff. eod. tit.* vel si quis rem quæ non irrevocabiliter sua est, stipuletur, *l. In bello. §. si quis servum. ff. de capt. & postl. reversf.* vel si quis rem suam cujus ipse dominus est, non de jure communi, sed de jure speciali, quod fit in omnibus casibus in quibus absque traditione ex solo titulo in aliquem dominium rei transfertur, sibi dari stipuletur, *arg. l. 1. §. si quis sub conditione. ff. uti legat. sive fideic. nom. caveat. Ias. l. nemo rem suam. la. 2. ff. de verb. oblig.* vel si adquisitio secunda rei meæ, quæ fit per stipulationem sit plenior atque pinguior, quàm antea res mea fuit. *Ias. l. si rem meam. ff. de verb. oblig.* vel si quis rem suam sibi non dari, sed tradi vel restitui stipuletur, *d. l. nemo rem suam. la. 1. in prin. l. scire debemus. §. fin. ff. de verb. oblig.* Quod etiam in dubio præsumitur: quando quis rem suam ab alio possessam simpliciter stipulatur, *Ang. §. versa vice. n. 2. h. t. n. arg. l. quoties. ff. de verb. oblig.* his enim omnib. casib. stipulatio rei suæ ratà est. Quartò respectu 13
materiæ est inutilis stipulatio, quando stipulatio est interposita super facto alieno, ut puta, si quis à Titio stipuletur, ut Sempronius sibi domum extruat, §. *si quis alium hic*, nisi quis promittat factum suorum successorum vel heredum, *l. stipulatio ista. in prin. ff. de verb. oblig.* vel eorum in

quos jus imperandi vel prohibendi habet, quales sunt liberi nostri, item & familia, *arg. l. fluminum. §. quanquam. ff. de damn. inf. glos. l. Inter stipulantem. in prin. ff. de verb. oblig.* vel nisi hoc factum alienum tendat ad confirmationem illius ad quod ipse promissor obligatus est, ut puta si quis alium pro se fidejussurum promittat, *l. Quia autem. §. 1. ff. de constit. pecun.* vel si huic stipulationi pœna adjecta sit, *d. l. stipulatio ista. in prin.* vel si quis factum alienum stipuletur tanquam qualitatem rei in contractum deductæ, ut puta, si emptor stipuletur à venditore equum, servum vel bovem venditum sanum esse vel vitiosum non esse, *l. si ita quis. ff. de Evict.* vel si quis factum alienum stipuletur à promissore, ad quod ipse promissor ratione contractus præcedentis obligatus est, ut puta, si emptor stipulatur à venditore, ne res vendita à quoquam evincatur, *l. emptorem. §. qui autem. ff. de act. empt.* vel si is apud quem servus depositus est, vel cui servus commodatus est, promittat commodanti vel deponenti, ne is servus corrumpatur à malis hominibus, *l. non est impossibile. ff. de pact.* vel si quis tacitè vel expressè promittat, se facturum atque curaturum ut tertius quid faciat: hisce enim omnibus casibus, stipulatio vel promissio facti alieni valet, *d. §. si quis alium.* Ideoque stipulatio secundùm juris canonici dispositionem, *Ant. de Butr. c. ex litteris. & c. sicut ex litteris. extra de sponsalib.* item, promissio jurata, *Bart. l. si quis pro eo, in prin. 8. membro. ff. de fidejuss. arg. l. cum pater.*
14 *§. filius matrem. ff. de legat. 2.* & in prætorijs stipulationibus promissio facti alieni valet, eô, quia hisce casibus is, qui factum alienum promittit, tacitè promisisse intelligitur, se curaturum atque facturum ut alius faciat, *l. quoties. in*
15 *prin. ff. de verb. obligat.* Et hisce casibus in quibus docuimus

cuimus promissionem facti alieni valere atque ratam esse, ideo, quia ei vel pœna subjecta est, vel quia promissor tacitè vel expressè promisit, se curaturum atq; facturum, ut tertius quid faciat, si ipse promissor omnem diligentiam, fidem atque curam adhibeat, ut tertius hoc faciat: neque ad hoc faciendum istum tertium inducere possit, ipse suæ promissioni satisfecisse censetur, nec ex ea ad pœnam vel interesse conveniri potest, *Abb. c. significantibus, extra de offic. deleg. Abb. c. gemina, extra de sponsalibus. Dec. l. Impossibilium. ff. de Reg. jur. Dec. l. fin. §. Labeo. ff. si cert. petat. arg. l. si vehenda. in prin. ff. Ad leg. Rhod. de jact. l. 2. §. 1. ff. si quis caution.* Quintò respectu materiæ inu- 16
tilis dicitur stipulatio quando quis stipulatur illud, quod de facto vel de jure impossibile est fieri, veluti si quis stipuletur, montes alpium in alium locum transferri, vel sibi lunam aut stellas tradi, vel Nilum in Padum converti, quod per rerum naturam fieri impossibile est, vel si quis stipuletur adulterium, homicidium vel aliud, quod legibus vel divinis vel civilibus improbatum est: namq; hæc stipulatio est inutilis, §. *quod turpi ex causa hic. l. si stipuler. in prin. & ibi Ias. ff. de verb. oblig.* nec ex hac stipulatione oritur naturalis vel civilis obligatio, *glos. d. c. nemo potest. & ibi Dyn.* neq; ei pœna adjici potest, *Ias. d. l. impossibilis. arg. d. l. si homo mortuus.* Sextò respectu materiæ inutilis 17
dicitur, si contrahentes erraverunt in nomine rei in contractum deductæ, tali errore, qui consensum non excludit: Quod tamen ita demum verum est, si contrahentes erraverint in nomine appellativo rei in stipulationem deductæ, ut puta si equum sub nomine bovis vel quid simile stipulati fuerint: Nam licet expressè constet atq; liqueat contrahentes de equo sensisse, tamen stipulatio non

valet, *l. si quis in fundi vocabulo. in prin. ff. de legat. 1.* nisi forsan præsente & digito demonstrato equo, cùm sub nomine bovis stipulatus fuerit: tunc enim stipulatio valet, *glos. l. quæ extrinsecus. ff. de verb. oblig.* Sin autem partes in nomine proprio rei in stipulationem deductæ erraverint, stipulatio non vitiatur, dummodo constet de qua re contrahentes senserint, *d. l. si quis in fundi vocabulo, in prin.*

18 Secundo modo stipulatio est inutilis respectu formæ. Et dicitur inutilis respectu formæ, primò, quia non est facta utraq; parte loquente, *l. 1. in prin. &* §. *si quis ita. ff. de verb. oblig.* vel, quia non est facta interrogatione præcedente & responsione sequente, *supra de verb. oblig. in prin. & ibi glos. facit. l. 5.* §. *stipulatio. ff. eod. tit.* vel quia ad interrogationem non est in continenti eadem die, *l. si ex duob. in prin. ff. de duob. reis.* & antequam partes ad actus extraneos discederent. *l. continuus. in prin. ff. de verb. ob-*

19 *lig.* responsum, *l. 1.* §. *qui præsens. ff. de verb. obligat.* Deinde ratione formæ est inutilis stipulatio inter absentes, qui se invicem exaudire non potuerunt, *d. l. 1. in prin. ff. de verb. oblig.* facta. §. *item verborum. h. t.* etiamsi in illa nuncius vel epistola intervenerit, *l. consensu. ff. de act. & oblig.*

20 Tertiò respectu formæ est inutilis stipulatio, si responsio non cum ijsdem qualitatibus facta fuerit, cum quibus est facta interrogatio, ut puta, si interrogatio pura & responsio conditionalis vel in diem sit, *l. 1.* §. *si quis impliciter. ff. de verb. oblig.* nisi diversitas hæc qualitatis illico contrahentibus placuerit, *d. l. 1.* §. *cum adjicitur. ff. de verb. oblig.* vel, nisi hæc qualitas diversa, sit penitus extranea, quæ neq; augeat neq; minuat id, quod in stipulationem deductum est, veluti si quis simpliciter stipulanti librum, respondeat arma virumq; canendo promitto tibi librum.

Hisce

Hisce enim casibus diversitas qualitatis stipulationem non infringit, *l. quæ extrinsecus. in prin. ff. de verb. oblig.* Quartò inutilis est stipulatio respectu formæ, si quis non 21
ad ipsum, quod interrogatus est, sed aliud quiddam se daturum facturumve responderit, ut puta si stipulanti equum ego bovem spondeam, *ut hîc. §. si de alia.* Quod 22
ampliatur primò, ut procedat, si quis duas res alternativè stipulanti, unam ex ijs spondeat, *l. inter stipulantem. §. si stipulante. ff. de verb. oblig.* nisi hæc alternativa stipulatio non species sed summas diversas respiciat: tunc enim si de una tantùm summa interrogatus respondeat, stipulatio valet, *d. §. si stipulante.* Secundò ampliatur, ut locum habeat, si ego equum in genere stipulanti, bucephalum vel alium certum equum spondeam, *arg. d. §. si stipulante. junct. l. cum is. §. fin. ff. de condict. indeb. l. 2. §. si tamen hominem. ff. de verb. oblig.* Tertiò hoc ampliatur, ut procedat, si quis stipulanti rem, partem ejus non propriam, sed impropriam spondeat, ut puta si quis stipulanti fundum, usumfructum ejus spondeat, *arg. l. & per jusjurandum. §. illud. ff. de acceptil.* Quartò, hoc ampliatur, ut procedat, si quis stipulanti rem vel universalem, qualis est grex, hereditas, castrum, villa, dos, *Bart. Rubr. ff. solut. matrim. Idem Bart. l. 1. in prin. n. 7. ff. de edend.* vel etiam rem singularem, qualis est, domus, equus, navis, fundus &c. non quotam, sed integralem partem hujus rei promittat, *arg. l. 1. §. fin. ff. de rei vindic. l. Nave. ff. de Evict.* Hoc ta- 23
men fallit, quando diversæ res quæ in stipulatione continentur, eundem effectum operantur, utputa si stipulanti 5. aureos ego 105. grossos vel denarios spondeam, *d. l. quæ extrinsecus. §. fin.* Secundò fallit quando quis de certa summa interrogatus respondet vel de majori vel minori summa.

summa. Nam licet quo ad hoc, in quo uterque contrahentium non consentijt, hæc stipulatio non valeat, §. *praterea hic*, tamen quo ad hoc in quo uterque contrahentium consentijt, hæc stipulatio valet, *l. 1. §. si stipulanti. ff. de verb. oblig.* nisi vel hoc actum fuerit, ut non aliter hæc stipulatio valeat, nisi promissor de eadem summa de qua interrogatus est, responderit, *d. §. praterea. junct. glos.* vel nisi stipulatoris intersit, hanc stipulationem non aliter valere, nisi promissor summam in stipulatione comprehensam spondeat, *arg. l. decem. ff. locat.* Tertiò hoc fallit, si copulativè vel etiam collectivè plures res simul stipulanti, ego unam ex illis spondeam, *arg. l. 1. §. sed etsi mihi. ff. de verb. oblig. junct. l. si chorus in prin. ff. de legat. 3.* Quartò hoc fallit, si stipulanti rem vel universalem vel particularem, ego quotam hujus rei spondeam, *arg. d. §. si stipulanti, & d. §. si stipulante. l. si stipulatus. §. 1. ff. de solut.* Quintò hoc fallit, si stipulanti hominem, equum vel bovem in genere, ego quotam partem unius equi, bovis, hominis spondeam, *arg. l. 2. § si tamen hominem. ff. de verb.*
24 *obligat.* Quintò respectu formæ inutilis est stipulatio, si stipulatio judicialis vel prætoria non accessoriè ad alium contractum, *l. quia dicitur. l. si quis ita. ff. de evict.* sed principaliter interposita non per verba vel indefinita, vel futuri temporis, sed per verba vel præsentis vel præteriti temporis concepta fuerit, *glos. Bart. & Ias. d. l. 5.*
25 *§. stipulatio. ff. de verb. oblig.* Et ex hac stipulatione, quæ nulla est respectu formæ, neque civilis, neque naturalis obligatio oritur, *l. 1. §. si quis ita. ff. de verb. oblig.* neq; ei fidejussor, *arg. l. stipulatus sum. §. adhiberi. ff. de fidejuss.* vel pignus accedere, *arg. l. si fundus. §. fin. junct. glos. ver. nihil interim. ff. de pignorib.* neque etiam pœ-

iam pœna adjici poteſt, *arg. ejus quod docet Alex. & Bart. in l. Sejus & Angerius. ff. Ad leg. Falcid. Iaſ. l. ex teſtamento. C. de fideicommiſſ.* Circa hæc formalia ſtipulationis an- 26
notandum, quod ſi in inſtrumento publico vel privato, *Bart. l. 1. C. de contrah. ſtipul. Dec. l. lecta. n. 9. ff. ſi cert. petat.* conſcriptum fuerit, ſtipulationem vel promiſſionem factam eſſe, præſumi eam & præſentibus partibus, *gloſ. d. l. 1. ver. præſentes. C. de contrah. & committ. ſtip.* & interrogatione præcedente & reſponſione ſequente, *d. l. 1. C. D. d. t.* nec non & cæteris omnibus formalibus intervenientibus factam eſſe, *§. ſi ſcriptum hîc, l. ſciendum. ff. de verb. oblig.* Sed ſi teſtis de ſtipulatione vel promiſſione depo- 27
nat, illius dictum non aliter fidem facit, de ſtipulatione formaliter celebrata, niſi ipſe formalia omnia in ſtipulatione interveniſſe deponat, *arg. l. 1. C. de uſur. Bart. & Dd. d. l. ſciendum. Ang. d. §. ſi ſcriptum.* Ea verò quæ materiam 28
ſtipulationis reſpiciunt, nunquam interveniſſe præſumuntur, niſi interveniſſe probentur. *§. pretium. infra de empt. & vendit. Bart. d. l. ſciendum.* Tertio modo dici- 29
tur inutilis ſtipulatio reſpectu cauſſæ efficientis. Et hic modus rurſus in duas ſpecies dividitur. Namque ratione cauſæ efficientis ſtipulatio dicitur inutilis, vel propter perſonas contrahentium, vel propter deficientem conſenſum. Et quædam perſonæ ſunt, quæ nec ſtipulari nec promittendo obligari poſſunt, qualis eſt mutus & omnino ſurdus, *§. mutum, hîc. l. 1. in prin. ff. de verb. oblig.* item infans. *§. pupillus. verſ. ſed quod diximus hîc,* minor ſeptem annis, *l. ſi infanti. C. de jur. deliber.* furioſus, *§. furioſus hîc,* mente captus, *gloſ. d. §. furioſus hîc, ver. furioſus hîc. arg. §. furioſi. ſupra de curat.* fatuus, qui omnino mente caret, *Ang. d. §. mutum arg. l. 1. §. fin. cum l. ſeq. ff. de poſtul. facit quod docet Alex.*

30 *conf. 54. Incip. Ad quaesitum. lib. 1.* Ebrius tali ebrietate, ut non intelligat quid agat, *glos. c. unusquisq. ver. Quod ebrius. 22. q. 4. Dec. cons. 112. Bald. Felin. & Dec. c. 1. extra de testib. Bald. c. A crapula. extra de vit. & honest. cleric. Socin. Cons. 47. n. 9. lib. 3.* iratus tali furore irae incitatus, ut quodammodo mente alienus sit, *l. quidquid calore iracundiae. & ibi Bart. & Dec. ff. de reg. jur. glos. c. si quis iratus. 2. q. 3. Abb. & Felin. c. sicut ex litteris. extra de jurejur.* Idem ego juris statuendum judico de illis, qui vehementissimo amore stimulati quid vel stipulantur vel promittunt: nam & illi furiosis aequiparantur, & non intelligunt quid agant, *§. Illud quoq. & ibi glos. ver. vehementius. Auth. Quib. mod. natur. effic. legit. glos. §. fin. ver. erat bacchata. & ibi Ang. n. 3. supra de success. subl.* Et ex stipulatione vel promissione ab hisce personis facta, nec civilis nec naturalis obligatio oritur, *arg. l. In negotiis. ff. de reg. jur. d. §. si quis ita. glos. l.*
31 *Marcellus. verb. obligato. ff. de fidejussor.* Quaedam verò sunt personae quae stipulari quidem possunt, aliumq; stipulando sibi obligare, sed ipsi promittendo non obligantur, qualis est prodigus, *l. Is cui bonis. ff. de verb. oblig.* item pupillus major infante, *ut hic, §. pupillus. & in prin. supra de auct. tutor.* qui videlicet septimum annum aetatis suae excessit, *l. si infanti. C. de jur. delib.* Et prodigus quidem stipulanti promittens absque curatoris auctoritate, ex hac promissione nec naturaliter nec civiliter obligatur, *d. l. Is cui bonis*, etiamsi haec promissio jurejurando prodigi confirmata sit, *Bart. Alex. & Ias. d. l. Is cui bonis. Ias. Auth. Sacramenta puberum. n. 18. C. si advers. vendit.* Ipse verò stipulando alium efficaciter sibi obligat. *d. l. Is cui bonis.* Pupillus verò stipulando alium sibi obligat, *supra de auctor. tutor. in prin.* etiamsi is pupillus proximus sit infantiae,

Infantiæ, *d.* §. *pupillus, hic* quod obſervatur in maſculo donec is decimum annum cum dimidio impleverit: in fœmina verò donec illa nonum annum cum dimidio exceſſerit, *gloſ. hic.* §. *pupillus. ver. infantiæ. Bart. l. 1. ff. de novat. Iaſ. d. Auth. Sacramenta puberum. n. 15. Dec. l. Pupillum. ff. de reg. jur.* Promittendo verò impubes patriæ poteſtati ſubjectus, ne auctore quidem patre obligatur, *ut hic.* §. *pupillus.* Pupillus verò patria poteſtate ſolutus auctoritate tutoris promittendo & civiliter & naturaliter obligatur, *l. Impuberes. junct. gloſ. ver. obligantur. ff. de auctor. tutor.* etiamſi ſint proximi infantiæ, *arg. l. 1.* §. *1. junct. gloſ. ver. poſſunt. ff. de adminiſt. tutor.* niſi tutore auctore absq; ſolennitate legitima promittant rem immobilem quam leges absq; ſolennitate legitima obligari vetant: nam ex hac promiſſione neq; civiliter neq; naturaliter obligantur, *arg. l. ſi ad reſolvendam. C. de præd. & alijs reb. minor. absq. decret. &c.* Absq; tutoris verò authoritate pupillus infantiæ proximus promittendo nec civiliter nec naturaliter obligatur, *gloſ. l. Pupillus. nec velle. ff. de reg. jur.* Idem juris eſt ſi ſit proximus pubertati, & tutori ſuo aliquid promittat, *l. Pupillus. ff. de auth. tutor.* alijs verò promittendo civiliter quidem non obligatur, ſed naturaliter tantum, *l. 1. & ibi Bart. ff. de novat.* §. *præterea. infra quib. mod. toll. oblig.* Et hiſce omnibus caſibus promiſſio pupilli per juramentum firmior non efficitur, niſi is ſit doli capax: tunc enim ex promiſſione jurata ipſe naturaliter & civiliter obligatur, *Bart. Auth. Sacramenta puberum. Alex. l. qui juraſſe. in prin. ff. de jurejur. Dec.* §. *l. Pupillum.* Et hæc quæ dicta ſunt, de pupillo habent locum ſive ille pupillus tutorem habeat ſive tutorem non habeat, *Bart. d. l. 1. n. 7. ff. de novat.* Pubes verò ex promiſſione jurata, ſive cu- 32

ratorẽ habeat sive curatore careat, indistinctè obligatur, *d. Auth. Sacramenta puberum.* Ex promissione autem non jurata si curatorem non habeat pubes, perinde ut major obligatur, *l. si curatorem. C. de in integr. restit. minor.* nisi ipse eam rem promiserit, quæ absq; solennitate legitima alienari non potest: tunc enim ex hac promissione neq; naturaliter neque civiliter obligatur, *d. l. si ad resolvendam. C. de præd. & alijs reb. minor:* Pubes verò curatorem habens pupillo æquiparatur, *glos. Bart. Alex. & Ias. l. 1. §. fuit quæsitum. ff. Ad. SCtum. Trebell.* Ideoq; ex promissione non jurata non aliter atq; pupillus obligatur, *d. l. si curatorem*
33 *habens.* Secundò ratione causæ efficientis stipulatio inutilis dicitur ratione deficientis consensus; quod fit primò si contrahentes circa rem in stipulationem deductam dissentiant, §. *si de alia hic.* Quod ita demum verum est, si ipsi contrahentes circa corpus rei in stipulationem deductæ dissentiant, *d.* §. *si de alia hic,* secus verò est, si contrahentes consentiant quidem circa corpus rei in stipulationem deductæ, sed circa materiam dissentiant: tunc enim stipulatio ex causa onerosa interposita quidem nulla est, *arg. l. in venditionibus. ff. de contrah. empt.* sed ex causa lucrativa interposita valet atq; tenet, *l. si id quod au-*
34 *rum. & ibi Bart. & Dd. ff. de verb. oblig.* Secundò ratione consensus deficientis inutilis est stipulatio, quando interrogatio & responsio vel joco vel demonstrandi aut intellectus gratia facta est, *l. obligationum substantia. §. fin. ff.*
35 *de act. & oblig.* Tertiò ratione deficientis consensus inutilis est stipulatio, quando promissor dolo malo ad promittendum inductus fuit, *arg. l. qui cum tutoribus. §. qui per fallaciam. & ibi Bald. ff. de transact.* quo casu tamen nisi stipulatio super contractu bonæ fidei interposita sit,

Bart. l.

Bart. l. si quis cum aliter. in prin. ff. de verb. oblig. stipulatio non est ipso jure nulla, nisi vel super contractu bonæ fidei interposita sit, *Bart. l. si quis cum aliter. in prin. ff. de verb. oblig.* vel principi aut à principe facta, *arg. ejus quod docet Ias. in l. civitas. ff. si cert. petat.* vel in eo loco facto, in quo etiam in caussis civilibus jus canonicum observatur, *Bald. c. 1. in fin. extra. de plus petitionib. Ias. §. actionum. n. 36. infra de action.* sed si ex illa traditio rei promissæ facta non fuerit, stipulator ex hac promissione contra promissorem agens exceptione doli mali repellitur, *l. dolo. C. de inut. stipul.* Sin verò traditio vel solutio rei promissæ facta sit quocumq; errore sive facti sive juris, promissor hanc rem à stipulatore condictione indebiti repetere potest, *Bart. l. 2. C. quod met. caus. Ias. l. Qui exceptionem. in prin. ff. de condict. indeb.* dummodo tamen dolus talis promissioni caussam dederit, qui prudentissimum quemq; fallere possit, alioquin enim dolus neq; ipso jure, neq; exceptionis ope contractum stipulationis vitiat vel annulat, *arg. c. cum dilectus. & ibi Abb. n. 4. & 12. extra de his quæ met. caus. fiunt. Ias. §. quadrupli. infra de action. & d. §. actionum. n. 40.* Quartò stipulatio dicitur inutilis respectu sive 36
ratione causæ finalis. Et hic modus rursus duplex est: Namque respectu causæ finalis stipulatio aut ideo est inutilis, quia in ea deficit causa finalis, propter quam generaliter stipulationes sunt inventæ, interesse videlicet stipulantis: Aut ideo, quia in ea quidem non deficit causa finalis generalis stipulationum, sed caussa finalis specialis stipulationis est impossibilis vel de jure vel de facto. Et quo ad primam speciem annotandum est, omnes sti- 37
pulationes sive in dando, sive in faciendo consistant, regulariter nullas esse, etiamsi quis sibi & non alteri quid

dari fieriúe ſtipulatus fuerit, ſi id, quod in ſtipulationem deductum eſt, dari vel fieri ſtipulatoris non interſit, *l. qui inſulam. & ibi gloſ. l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. poſſum. ff. de verb.*
38 *oblig.* Et hoc habet locum ſive illæ ſtipulationes ſint principales ſive acceſſoriæ, qualis eſt pœnalis ſtipulatio: Namq; ſi id, quod in pœnalem ſive acceſſoriam ſtipulationem deductum eſt, dari fieri ſtipulatoris non interſit, pœnalis ſtipulatio ſimili modo nulla eſt, *arg. gloſ. ver. ut ſupra. §. alteri. infra h. t. n. Bald. l. Non dubium. n. 23. C. de legib. facit. l. Sejus & Angerius, & ibi Bart. & Alex. ff. ad leg. Falcid. & l. cum principalis. ff. de reg. jur.* Sin autem id, quod in principalem ſtipulationem deductum eſt, dari vel fieri ſtipulatoris non interſit, illud autem quod in pœnalem ſtipulationem acceſſoriam deductum eſt, dari fieriúe ſtipulatoris interſit, hæc pœnalis ſtipulatio valet, licet principalis ſtipulatio propter intereſſe deficiens nulla ſit, *arg. d. §. alteri, & l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verb. ob-*
39 *lig.* Neque quodlibet intereſſe facit ut ſtipulatio valeat, ſed requiritur, ut ſtipulatoris pecuniariter interſit, *gloſ. l. fidejuſſoris. ff. de pact.* Et ex hac regula generali videlicet quod ſtipulationes, quæ continent id, quod dari fie-
40 riúe ſtipulatoris non intereſt nullæ ſint, infertur: Sipulationes alteri factas cum ſtipulatoris non interſit, ut alteri quid detur vel fiat inutiles eſſe, *§. ſi quis alij, hîc, & d. §.*
41 *alteri.* Circa quod annotandum, quod hic ſtipulationes
42 alteri tribus modis fieri aut concipi poſſint. Namque interdum ita quis alteri ſtipulatur, ut verba & obligativa & executiva perſonam ſtipulatoris reſpiciant, ut puta, ſi quis ita ſtipuletur: promittis mihi dare nomine Titij decem; & hæc ſtipulatio alteri facta indiſtinctè valet, & ex ea oritur naturalis & civilis obligatio, *gloſ. hîc, §. alteri*

ver. ut

ver. ut supra, glos. l. pen. ff. de negot. gest. glos. l. hujusmodi. in prin. ff. de legat. 1. glos. l. quaecumq. gerimus. ff. de act. & oblig. etiamsi stipulatoris non intersit, ut tertio quid detur vel fiat, *Ias. d. l. stipulatio ista. §. alteri. n. 11.* Illi tamen 43 tertio, cui hæc stipulatio facta est, ex hac stipulatione si illam ratam habeat, indistinctè non aliter quæritur actio, nisi ipsi illa actio à stipulatore cessa fuerit, *arg. l. 1. & ibi Bart. ff. de Instit. act. d. l. pen. ff. de negot. gest. Bart. l. in omnibus. ff. de prator. stipul.* Secundò quis alteri ita stipula- 44 tur, ut verba & obligativa & executiva stipulationis in personam tertij collata sint, ut puta, si quis ita stipulatur: promittis Titio quod Titio dabis centum. Et hæc stipulatio non propter deficientem caussam finalem stipulationis, sed propter deficiens fundamentum stipulationis, *arg. d l. quaecumq. gerimus. ff. de act. & oblig.* nulla est, *glos. d. §. alteri. ver. ut supra.* Ideoq; licet stipulatoris intersit, ut id, quod in stipulationem deductum est, illi tertio vel detur vel fiat: tamen hæc stipulatio prorsus nulla & inutilis est, *glos. d. l. stipulatio ista. §. si stipuler. ver. fieri*, etiamsi ea à tutore, curatore vel syndico civitatis facta fuerit illis, quorum ipsi negotia administrant, *Bald. & Alex. d. §. si stipuler. & ibi Ias. n. 9. arg. l. quoties. in prin ff. de admin. tutor.* nec ex ea naturalis vel civilis obligatio oritur, *Ias. d. §. si stipuler. n. 10. Felin. in proëm. decretal. n. 27.* Ter- 45 tiò quis alteri ita stipulari potest, ut verba obligativa quidem personam stipulatoris respiciant, verba verò executiva in personam tertij sint collata, ut puta, si quis ita stipuletur: promittis mihi, quod Titio dabis decem: Et ex hac stipulatione non quidem civilis obligatio aut actio oritur, *d. §. alteri hic.* sed obligatio naturalis tantùm descendit, non quidem illi tertio, cui hæc stipulatio facta est, sed

est, sed stipulatori, *glos. d. l. stipulatio ista. §. alteri. verb. nihil interest, & ibi Bart. Alex. & Ias.* Quæ tamen naturalis ad retinendum hoc debitum errore juris vel pacti solutum inefficax est, *Ang. hic. §. alteri. n. 7.* Et hoc procedit etiamsi quis stipuletur fisco, *l. 1. in prin. & ibi Bart. ff. de jur. fisc.* vel si stipuletur civis civitati aut reipublicæ cui subest, *Ang. §. si quis alij, hic. arg. l. arbiter intra. ff. de arbitr.* libertus patrono, *l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus. ff. de verb. oblig.* Vasallus domino, *Bart. & Ias. d. §. Chrisogonus. Ias. l. Quod dicitur. la. 2. col. antepen. ff. de verb. oblig.* arbiter partibus quæ coram eo controvertunt, *Abb. c. Dilecti filij. n. 6. extra de Arbitr.* advocatus clientulo, *glos. & Bald. l. universos. C. de decurion. lib. 10.* maritus uxori, *l. multum interest. C. si quis alter. vel sibi,* vel è converso uxor marito, *arg. l. fin. C. de indict. vid. tollend.* vel vicinus vicino, *Abb. c. pastoralis. §. 1. col. fin. extra de offic. ordinar.* vel frater fratri, aut agnatus agnato, aut cognatus cognato, *glos. ver. interest. l. fidejussoris. ff. de pact. arg. l. 3. §. sed etsi forte. ff. Iudic. solv.* vel procurator domino. Namque hisce omnibus casibus præterquam quo ad naturalem obligationem stipulatio inutilis est, *l. Eum qui. §. Iulianus.*
46 *& 3. ff. de constit. pecun.* Et si quis sibi & alij simul stipuletur, quia in dubio quis sibi & alij virilem portionem stipulari intelligitur, *arg. l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duob. reis. Auth. si quando. C. de constit. pecun.* hæc stipulatio quo ad portionem virilem ad stipulatorem pertinentem valet, quo verò ad virilem portionem ad alium spectantem,
47 nulla est, §. *Quod si quis sibi, hic.* Hæc tamen regula fallit, si stipuletur Papa vel Imperator subdito suo, *Abb. in proœm. Decretal.* vel præsens præsenti, *arg. l. si procurator præsentis. ff. de verb. oblig.* vel tutor, curator, aut subditus

civita-

civitatis illi cujus negocia administrat, *d. l. Eum qui. §. si actor. ff. de constit. pecun.* vel presbyter parochianus cuilibet in his quæ ad officium suum spectant, *Abb. in proem. decretal. n. 24. arg. c. quanquam de usur. lib. 6.* vel si quis stipuletur rem suam propriam, quæ sua remanet, *arg. l. Publia. in prin. ff. depos.* vel etiam alienam in eum casum, quo ipsa sua futura est, alteri dari vel tradi, *Bart. Alex. & Ias. d. l. Quod dicitur. la. 2.* vel si quis stipuletur alteri rem suam, cujus ipse dominium in promissorem transfert, post certum tempus restitui, *l. quotiens. ff. de verb. obligat.* vel si extraneus rem alterius vel fructus aut precium illius rei ipsi domino tradi vel restitui stipuletur, *arg. l. pen. C. Ad exhib. l. Iulianus. §. si procurator. ff. de act. empt. l. Quod procurator ex re. ff. de procurat.* vel si creditor stipuletur debitori ratione pignoris ab ipso venditi, *l. si cum venderet. in prin. ff. de pignor. act.* vel si frater fratri in materia feudali stipuletur, *c. 1. de benef. fratr.* vel si hæc stipulatio juramento confirmata sit, *glos. c. quoties cordis oculus. 1. q. 3.* vel si hæc stipulatio respiciat piam causam, ut puta si quis pauperibus ad ministerium divinum quid dari stipuletur, *Bald. l. Illud. 1. col. C. de SS. Eccles.* vel si puellæ dotem dari stipuletur, *arg. l. Cajus. ff. Solut. matrim.* vel si consuetudine aut statuto receptum sit, ut quis alteri stipulari possit, *arg. l. certi condictio. §. si nummos. & ibi Alex. & Ias. ff. si cert. petat. l. si quis donaturus. in fin. ff. de usufr.* Et in omnibus casibus qui enumerantur per glos. *§. si quis alij, hic.* Simili modo stipulatio alteri facta valet, si stipulatoris intersit, ut id, quod in stipulationem deductum est alteri vel detur vel fiat, ut puta, si dominus procuratori suo indistinctè quid dari vel fieri, *§. sed & si quis hic,* vel debitor creditori suo, id quod ipsi debet dari vel fieri

stipuletur, *d. §. si stipuler.* vel etiam si creditor debitori suo, qui non est solvendo quid stipuletur, *Ias. d. §. si stipuler. n. 8. arg. d. §. possum*; Quinimo etsi ab initio quidem stipulatoris non intersit, postea tamen interesse cœperit,
48 stipulatio confirmatur, *arg. l. existimo. ff. de verb. oblig.* Et hisce omnibus casibus in quibus stipulatio alteri facta valet, illi tertio cui hæc stipulatio facta est, ex hac stipulatione regulariter, nisi forsan justa atque probabilis causa aliud suadeat, ut puta si stipulator vel mortuus vel absens sit, *l. damni infecti. §. fin. & ibi glos. ff. de damn. infect. d. l. in omnibus. & ibi Bart. ff. de prator. stipulat.* actio non quæritur, nisi ei illa à stipulatore cedatur, *d. l. 1. & ibi*
49 *Bart. ff. de instit. act.* Præterea quoque stipulatio alteri facta valet, si quis alternativè sibi aut Titio stipuletur,
50 *§. plane hic.* Et licet iste Titius ex hac stipulatione agere non possit, *l. sed etsi filio. in fine. ff. de constit. pecun.* ei tamen, etiam me invito id, quod in stipulationem deductum est solvi potest, *d §. plane*, nisi stipulator aut jam litem cum promissore contestatus sit, *l. si quis stipulatus fuerit. §. 1. ff. de solut.* vel nisi ipse Titius statum suum mutaverit, *l. cùm quis. in prin. ff. de solut.* aut mortuus fuerit: nam heredi ejus hoc debitum solvi non potest, *l. cum quis. ff. de verb. oblig.* Sed & ipse Titius vel mandati vel negotiorum gestorum actione, id quod sibi solutum fuit reddere debet, *d. §. plane*, nisi ipse animo donandi in stipulatione adjectus fuerit, *l. Iulianus. §. 1. ff. de verb. oblig.* quod tamen in dubio non præsumitur, *l. si cum aurum. ff.*
51 *de solut.* Item si quis in stipulatione alteri facta in eum eventum quo huic stipulationi obtemperatum non fuerit, pœnam sibi dari stipulatus fuerit, si promissor huic stipulationi non obtemperet, stipulator indistinctè hanc

pœnam

pœnam petere poteſt, licet ipſius non interſit hoc quod in ſtiplationem deductum eſt, alteri dari vel fieri, *d.* §. *alteri.* item etiamſi hæc pœna quadruplum excedat, *l. ſi dictum. in prin. ff. de evict.* Secundò, ratione cauſæ finalis inutilis eſt ſtipulatio, ſi cauſſa finalis ſtipulationis ſit impoſſibilis de facto vel de jure; Et ſi de facto cauſa finalis ſtipulationi inſerta ſit impoſſibilis, ſtipulatio eſt omnino inutilis, ſi illa cauſſa affirmativè expreſſa fuerit, §. *ſi impoßibilis hic:* Sin autem illa cauſa negativè expreſſa fuerit, ſtipulatio ſtatim valet, *l. impoßibilis. ff. de verb. oblig.* Sin verò illa cauſa impoſſibilis de jure, ſi quidem ſtipulatio ſuper illa interpoſita contineat turpitudinem, vel ex parte utriusque contrahentis vel ex parte ſtipulatoris tantum, hæc ſtipulatio eſt inutilis, §. *Quod turpi ex cauſa, hic. l. ſi plagij. ff. de verb. oblig. l. Iurisgentium.* §. *ſi ut maleficium. ff. de pact. l. ſi à reo. & ibi Bart. ff. de fidejuſ.* Sin autem illa ſtipulatio contineat tantum turpitudinem ex parte promiſſoris, hæc ſtipulatio valet, *l. 4.* §. *ſed quod meretrici. & ibi Alex. ff. de condict. ob turp. cauſſ.* Stipulatio tamen per quam quis cohibetur ab eo, quod per ſe malum eſt, indiſtinctè valet, *arg. l. ex ea parte.* §. *1. & ibi Bart. & Dd. ff. de verb. oblig.* quod tamen ita demum verum eſt, ſi quis metu pœnæ ab ipſo præſtandæ, ab eo quod per ſe malum eſt cohibeatur, ſecus verò eſt ſi quis ſpe præmij à malo deſiſtendo cohibeatur, tunc enim hæc ſtipulatio tanquam turpis ex parte ſtipulatoris inutilis eſt, *arg. l. 2. ff. de condict. ob turp. cauſs.* Simili modo ratione cauſſæ finalis ſtipulationis, ſtipulatio eſt nulla ſi cauſa finalis ſtipulationis ſit falſa, *Bart. l. demonſtratio.* §. *fin. n. 19. ff. de condit. & demonſtr. arg. eor. quæ traduntur in l. Damus. ff. de condict. indeb.* Eodem modo ſtipulatio re-

Margin numbers: 52 (beside "Secundò, ratione cauſæ fi-"), 53 (beside "Simili modo ra-")

ſpectu cauſſæ eſt inutilis ſi cauſſam nullam contineat, quo caſu tamen non ipſo jure, ſed ope exceptionis tantùm eſt inutilis, *l. 2. §. circa. ff. de except. dol. de quo tamen latius vide Alexand. & Iaſ. in. l. à Titio in prin. ff. de verb. oblig.*
54 Quintò ſtipulatio eſt inutilis reſpectu cauſſæ impulſivæ. Circa quod annotandum eſt, quod cauſſa impulſiva aut eſt impoſſibilis, aut eſt poſsibilis quidem, ſed falſa. Et impoſsibilis dupliciter dicitur cauſſa impulſiva: Namque aut eſt impoſsibilis de jure, aut eſt impoſsibilis de facto.
55 Et ſi quidem cauſſa impulſiva ſit impoſsibilis de jure, illa ita demum ſtipulationem inutilem reddit, ſi hæc cauſſa reſpiciat turpitudinem utriusque partis, tàm ſtipulatoris quàm promiſſoris, ut puta, ſi quis ita ſtipulatus fuerit: propter Titium à me occiſum vel vulneratum, vel quia tibi permiſi uxore mea abuti, promittis mihi dare decem: hæc ſtipulatio eſt inutilis, *l. ſi plagijs. & ibi Alex. Zaſ. & Iaſ. ff. de verb. oblig. ijdemq́; in d. l. generaliter. ff. de verb. oblig.* Sin autem hæc cauſſa impulſiva impoſsibilis de jure, contineat vel ſolius promittentis vel ſolius ſtipulatoris turpitudinem, ut puta ſi quis ita ſtipulatus fuerit: promittis mihi decem, ideo, quia furtum, homicidium, adulterium, ſtuprum, ſacrilegium perpetravi, vel quia rem tuam mobilem vel immobilem mihi vel commodatam vel apud me depoſitam, vel à me vi injuſta vel furto ablatam tibi reſtitui: quibus caſibus quia & gratis ab hiſce debitis ſtipulator deſiſtere, & alteri rem ſuam, quæ his modis ad ipſum pervenit gratis reſtituere debebat, eô, quod ſtipulator pro hiſce factis pretium ſtipulatus fuit, ad quæ ipſe gratis tenebatur, ſtipulatio ex parte ſtipulatoris ſolius, turpitudinem continere dicitur, *d. l. 2. & l. fin. ff. de condict. ob turp. cauſs. gloſ. l. 4. §. fin.*
& ibi

& ibi Iaſ. ff. de cond. ob turp. cauſſ. vel ſi quis meretrici ideo, quia ipſa copiam ſui, promiſſori fecit, promittat decem: quo caſu, cauſſa ſtipulationis, ſolius promiſſoris turpitudinem reſpicere dicitur, *l. 4. §. ſed quod meretrici. ff. de condict. ob turp. cauſſ.* His omnibus caſibus ſtipulatio licet cauſſam impulſivam de jure impoſsibilem reſpiciat, tamen valet atque tenet, *Alex. l. pen. ff. de cond. ob turp. cauſſ.* Simili modo ſtipulatio continens cauſam im- 56
pulſivam impoſsibilem de facto, ſive affirmativè ſive negativè concepta ſit, valida atque firma eſt: ut puta, ſi quis ita ſtipuletur: Quia digito cœlum tetigi, vel quia digito cœlum non tetigi, mihi decem dare ſpondes: Namq; utroque caſu ſtipulatio tenet, *Iaſ. l. impoßibilis. n. 4. ff. de verb. oblig.* Falſa quoque cauſſa impulſiva ſtipulatio- 57
nem non vitiat, *Bart. l. demonſtratio. §. fin. n. 19. ff. de condit. & demonſtrat. arg. l. damus. ff. de condict. indeb.*

IN TIT. XXI.

DE FIDEIUSSORIBUS.

SUMMARIA.

1. *Octava ſtipulationum diviſio in duas ſpecies.*
2. *Principalis ſtipulatio quæ dicatur?*
3. *Quæque acceſſoria: cujusque qualitatis & naturæ illa ſit?*
4. *Acceſſoriæ ſtipulationis ſpecies eſt fidejußio.*
5. *Fidejußionis deſcriptio ejusque explicatio n. ſeq. uſque ad n. 24.*
6. *Fidejußio cur ſit contractus nominatus, ſtricti juris?*
7. *Niſi creditori ſtipulanti de ſolvendo debito promißio fiat, fidejuſſio non ſubſiſtit.*
8. *Fidejuſſor ex pacto nudo non obligatur, ne de jure canonico quidem, duobus caſibus exceptis.*
9. *Vera ſtipulatio in dubio quando in fidejußione interveniſſe præſumatur?*

10. *Fidejußio non valet, nisi quis accessorie se id, quod alius debet, soluturum promittat.*

11. *Fidejussio etiam sine pracedente mandato valet.*

12. *Non tamen aliter nisi quis se non vero; alium quid soluturum promittat.*

13. *Neq; apud alium quam creditorem quis fidejussor existere potest; ampliatur ibid.*

14. *Pro debito indistinctè fidejussor accipi potest, sive illud in dando sive in faciendo consistat.*

15. *Itemq; sive obligatio ex ultima voluntate sive ex contractu vel quasi descendat.*

16. *Idem est si obligatio ex maleficio oriatur, quod declaratur ibid.*

17. *Pro obligato nullo jure fidejussor intervenire non potest unde infertur ibid.*

18. *Pro dote tàm conservanda quàm restituenda, fidejussor uxori à marito vel parente ejus dari non potest.*

19. *Fidejussor si in aliam rem vel obligationem, vel etiam in duriorem caussam promittat, stipulatio prorsus nulla est: Ampliatur & limitatur ibid.*

20. *Efficacius etiam fidejussor obligari item ut minus debeat quàm principalis potest.*

21. *Simpliciter tamen fidejubens pro omni illa caussa ad quam principalis debitor obligatus est, intercessisse creditur.*

22. *Etiam quo ad usuras, pœnas, interesse, reliquaque ad quæ debitor ratione principalis contractus ultra principalem summam obstrictus est.*

23. *Quod limitatur tamen quibusdam casibus.*

24. *Fidejussionis divisio in duas species.*

25. *Fidejußio simplex quæ dicatur.*

26. *Indemnitatis fidejussor quis: & quomodo indemnitatis fidejussio fieri dicatur.*

27. *Fidejussor indemnitatis in quibus à vero fidejussore differat? n. seq. usque ad n. 32.*
Fidejussor indemnitatis impropriè fidejussor dicitur: unde infertur ibid.

28. *Non ut fidejussor verus ante principalem debitorem conveniri potest, Ita & indemnitatis fidejussor.*

29. *Quod*

29. *Quod verum est etiamsi omnibus beneficijs fidejussoribus competentibus, omnique legum remedio renunciaverit, Ratio ibid.*

30. *Fidejussor verus exceptionem excussionis, non nisi usque ad litis contestationem: indemnitatis verò, usque ad sententiam objicere potest.*

31. *Exceptio excussionis veris fidejussoribus competens in caussis appellationis objici non potest: at indemnitatis fidejussoribus competens rectè objicitur.*

32. *Obligatio ex fidejussione tàm indemnitatis quàm vera procedens contra heredes creditoris, & fidejussoris transit.*

33. *Fide jubere qui possint, vel non posint: & quatenus fœminæ pro alijs intercedendo obligentur?*

34. *Quæ & quot beneficia fidejussoribus ex legum civilium dispositione concedantur? usq; ad n. 69.*

35. *Omnes exceptiones debitori principali competentes, etiam fidejussori invito debitore conceduntur, modò illæ reales sint.*

36. *Quid hoc casu juris si fidejussor omnibus exceptionibus omnique legum auxilio renunciaverit?*

37. *Renuncians exceptionibus vel beneficijs sibi ex legum dispositione vel etiam ex contractu competentibus, quibus beneficijs renunciasse intelligatur.*

38. *Beneficium excussionis fidejussoribus ad quid & quibus præterea detur.*

39. *Et quibus casibus illud fidejussoribus denegetur;*

40. *Beneficium ex epistola D. Adriani à quibus, ad quid, quomodo & quando impetretur: quibusque casibus eidemque locus nullus sit.*

41. *Beneficium cessionis fidejussoribus ad quid & contra quem competat, & quo tempore si illud impetrari posit.*

42. *Beneficijs cessionis quibus casibus locus nullus sit & n. 44.*

43. *Et quid sit si huic beneficio renunciatum fuerit: contra Dec. & alios.*

45. *In quibus casibus cessioni locus est, qualiter creditor fidejussori actiones suas contra debitorem principalem, & qualiter contra alios fidejussores cedere cogatur.*

46. *Quid verò si creditor facto vel culpa sua fecerit, quo minus ipse fidejussori actiones suas cedere posit.* 47. Be-

47. *Beneficium fidejussoribus indultum ex l. si Titius. ff. de fidejuss. cujusmodi sit & quando locum habeat.*

48. *Deciditur ex ratione d. l. si Titius pulcerrima quæstio.*

49. *Renunciatio generalis omnium beneficiorum, non excludit quem à beneficijs competentibus renuncianti propter dolum illius, cui hæc renunciatio fit, tempore renunciationis adhibitum.*

50. *Beneficium fidejussoribus indultum ex l. liberum. C. de fidejussor. cujusmodi sit; & quando locum habeat, & n. seq.*

51. *Creditor & debitor cujus appellatione etiam fidejussor continetur, correlativa sunt; & dispositum de uno ex correlatis ad aliud extenditur.*

52. *Beneficium divisionis actionis duobus pluribusve fidejussoribus indultum quale sit, & quando demum competat.*

53. *Divisio actionis per quod inducatur: & in quibus casibus per receptionem partis debiti facta alijs prosit vel noceat.*

54. *Fidejussores renunciantes omni legum beneficio, tàm præsenti quàm futuro cur ab hoc tamen & priori beneficio non excluduntur, & n. seq.*

55. *Per renunciationem quantumcumq; generalem sive largam, nemo excluditur ab ijs beneficijs, quæ ipsi postea ex facto adversarij competere cœperunt.*

56. *Facta divisione per petitionem vel receptionem debiti periculum non fidejussorum cæterorum est, sed creditorem gravat, si unus ex fidejussoribus fuerit factus non solvendo.*

57. *Octavum beneficium fidejussoribus indultum quod sit & quo casu locum habeat.*

58. *Quodque sit nonum, & quibus fidejussoribus illud competat?*

59. *An & quando creditor dicatur cessare in exigendo debitorem & utrum ad hoc requiratur, ut fidejussor creditorem interpellet?*

60. *Ratio dubitandi.*

61. *Decisio.*

62. *Ratio decidendi.*

63. *Utrum prorogatio termini facta principali debitori, fidejussori noceat? distinctione definitur latè n. seq. & n. 65. 68. 70. usque ad n. 71.*

64. Nova-

64. *Novatio debiti secundum novellas constitutiones nunquam fit, nisi hoc expresse agatur.*
66. *Eadem solennitas requiritur in actu penitus destructo renovando, quæ in actu ab initio construendo requisita est.*
67. *Per consensum tàm tacitum quàm expressum qui contractus finiti renovari possint.*
69. *Accessoria promissio tacita vel expressa, secundùm naturam atque proprietates principalis contractus intelligitur. Ibid. verba simpliciter prolata intelliguntur de prima vice tantū.*
71. *Culpa præcedens casum, quando in nulla consideratione habeatur.*
72. *Decimum beneficium fidejussoribus concessum quod sit, & in quibus procedat.*
73. *Ex contractu fidejussionis cui, adversus quem, quæ & quot diversæ oriantur actiones.*
74. *Et quando actionibus fidejussor contra debitorem principalem utatur.*
75. *Quibusque casibus antequam solutione debiti debitorem liberaverit contra debitorem nihilominus experiri possit.*
76. *Fidejussori contra fidejussorem actio non datur, nisi cessa.*

OCtava divisio stipulationum est, quod quædam sint stipulationes principales: quædam accessoriæ. 1
Principalis stipulatio illa dicitur: quæ nulli obligationi 2
innititur vel accedit, sed obligationem principaliter, non respectu alterius obligationis producit, quod interdum etiam alio contractu præcedente vel sequente evenit, quando videlicet contractus præcedens vel sequens ad implementum stipulationis tendit, *l. si ita fuero stipulatus. §. fin. cum l. seq. ff. de novat. Bart. & Dd. l. singularia. ff. si cert. petat. Bart. & Dd. l. certi condictio. §. si nummos. ff. eod. tit.* Accessoria stipulatio illa dicitur, quæ respe- 3
ctu alterius obligationis vel præsentis vel futuræ accessoria facta est. Et cum accessorium naturam principalis

 sui se-

ſui ſequatur, *c. acceſſorium de reg. jur. lib. 6. l. 3.* §. *ſed ſi quid. & ibi Bald. ff. de negot. geſt. l. inter ſocerum.* §. *cum inter. ff. de pact. convent. l. Etiam. C. de jur. dot.* placuit acceſſoriam ſtipulationem, naturam item & qualitates omnes principalis obligationis ſortiri, *arg. l. 1.* §. *ſi quis ſub conditione. ff. uti leg. ſine fideicommiſſ. nomin. caveat. l. Ita ſtipulatus. ff. de uſur. Bart. & Dd. l. ſi quis cum aliter. in prin. ff. de verb. oblig. Alex. & Iaſ. l. Miles.* §. *decem. ff. de re judic. Iaſ. rubr. ff. de verb. oblig. Idemq; in l. cum mota. C. de*
4 *tranſact.* Hujus acceſſoriæ ſtipulationis ſpecies eſt fi-
5 dejuſſio, §. *fidejuſſores hic.* Eſt autem fidejuſſio contractus nominatus, ſtricti juris, in quo quis creditori, per ſtipulationem veram vel fictam acceſſoriè promittit, mandato debitoris interveniente vel non, ſe ipſi id ad quod ipſi alius principaliter vel acceſſoriè, quocumque modo obligatus eſt, ſoluturum, vel ipſum creditorem
6 eo nomine indemnem conſervaturum: Quæ definitio jure aperto nititur; Cum enim fidejuſſio ſit nomen ſpeciale alijs contractibus non communicabile, dubium non eſt, fidejuſſionem contractum nominatum eſſe, *gloſ. & Bart. Rubr. C. de rer. permut.* Simili quoque modo liquet fidejuſſionem ſtricti juris contractum eſſe, *Ang. in prin. n. 4. hic*, tum, quia eſt ſpecies ſtipulationis ſive verborum obligationis, §. *fin. hic. l. Blanditus. C. de fidejuſſ.* quam ſtricti juris eſſe, apertiſſimum eſt, *l. In actionibus.* §. *fin. cum l. ſeq. ff. de in lit. jurand.* tum, quia non enumeratur inter contractus bonæ fidei, *in* §. *actionum infra de Action.* & omnes contractus ibi non enumerati ſtricti juris cenſentur, *gloſ. d.* §. *actionum. arg. l. cum prætor. ff. de Iudic.* Et regulariter non aliter fidejuſſio ſub-
7 ſiſtit, niſi ipſi creditori ſtipulanti de ſolvendo debito

pro-

promissio fiat, *§. alteri. supra de inutil. stipul.* Neque 8
quoque pacto nudo, sed tantum per stipulationem veram vel fictam fidejussio facta rata est, *d. l. blanditus. & ibi Bald. d. §. fin. & ibi ang. h. t. n. l. cum ostendimus. §. fin. ff. de fidejussor. tutor. Matth. de afflict. Decis. Neapol. 39. n. 1.* quod etiam secundùm juris canonici dispositionem procedit: Namque licet de jure canonico alioquin ex pacto nudo efficax actio detur: tamen fidejussor de jure canonico ex pacto nudo non obligatur, *Bald. c. 1. n. 9. extra de pact. Dec. cons. 93. Felin. c. 1. n. 14. extra. de pact.* præterquam pro dote, *l. fin. & ibi Bald. C. Ad SCtum. Vellejan.* & pia caussa: in hisce enim duobus casibus etiam secundùm legitimas sanctiones fidejussor ex pacto nudo obligatur, *Rom. Auth. Similiter. ver. Quartum. C. Ad leg. Falcid. Felin. c. 1. n. 14. extra. de pact.* Et stipulatio in dubio in 9
fidejussione intervenisse præsumitur, quoties in instrumento privato vel publico conscriptum sit, aliquem fidejussisse, *§. fin. & ibi Ang. hîc*, nisi contrarium per testes vel instrumenta probari possit, *glos. Bart. & Ias. l. Iurisgentium. §. quod ferè. ff. de pact. Bald. c. 1. n. 10. extra. eod. tit.* licet si testes de fidejussione deponant, non præsumatur eam per stipulationem factam esse, nisi expresse dicant, eam interrogatione præcedente & responsione sequente, nec non cæteris formalibus stipulationibus accedentibus factam esse, *arg. l. 1. & ibi Bart. & Bald. C. de usur. Bart. & Dd. l. sciendum. ff. de verb. oblig. Ang. §. fin. hic.*
Requiritur quoque ad hoc, ut fidejussio valeat atq; sub- 10
sistat, ut quis accessoriè se id, quod alius debet, soluturum promittat. Nam si quis constituat se principalem debitorem ejus respectu ad quod alius obligatus est, ipse propriè fidejussor non dicitur, *glos. verb. fidejussorem*

Auth. de fidejuss. in prin. & in multis à vero fidejussore differt, *Bart. l. Hi qui accessiones. ff. de fidejussor. Ang. hic.* §.
11 *fidejussores.* Et sive fidejussio facta fuerit præcedente mandato illius, pro quo quis intercessit, sive absque mandato illius; utroque casu fidejussio valet atque te-
12 net, *l. Ex mandato.* §. *fin. ff. Mand.* Præterea sicut principalis stipulatio, §. *si quis alium. supra de inutil. stipulat.* Ita & fidejussio ita demum valet, si quis se, non autem alium quid soluturum promittat, *l. sicut reus. ff. de fidejuss.*
13 *facit l. Eum qui.* §. *Iulianus. ff. de constit. pecun.* Neque apud alium quam creditorem quis fidejussor existere potest; adeò ut ne quidem apud eum, cui tanquam adjecto solutio fieri potest, quis fidejussor existere possit, *l. si mihi aut Titio. ff. de fidejussor.* Simili modò, si quis id, quod ipse non quod alius debet promittat, fidejussor dici nequit, *l. tutori. in prin. ff. ad SC^tum. Vellejan. l. heres.* §. *servo.*
14 *ff. de fidejussor. l. Uranius. in prin. ff. de fidejussor.* Pro illo autem quod debetur fidejussor accipi indistinctè potest, sive illud in dando, §. *fidejussores hic. l. fidejussores. & in partem. ff. de fidejuss. l. si à Titio. ff. eod. tit.* sive in faciendo consistat, *l. stipulatus es. ff. de fidejussor. Bart. l. si quis pro eo.*
15 *in prin. n. 2. ff. eod. tit.* Item sive illa obligatio ex ultima voluntate, *l. 1. ff. uti legat. sive fideicom. nom. caveat:* sive ex contractu vel quasi descendat, *arg. l. fin. ff. Rem pupil. salv. for.* item sive ille contractus re, sive verbis, sive literis-sive consensu celebratus fuerit, *ut hic.* §. *1.* item sive hæc obligatio pro qua quis intercedit sit principalis sive accessoria, *l. si plures.* §. *fin. & l. græcè.* §. *fin. ff. de fidejussor. glos. 1. hic. in prin.* item sive is pro quo fidejubet quis sit civiliter & naturaliter simul obligatus, *l. fidejussor obligari* §. *fidejussor ff. de fidejuss.* sive civiliter *l. pen. C.*
de non

de non numer. pecun. vel naturaliter tantùm, *ut hic.* §. *1.* item sive is sit obstrictus jure obligationis, sive officio judicis tam mercenario, *l. centum. & l. fin. ff. de eo quod cert. loc.* quàm nobili, *l. cum quis.* §. *si pro eo. ff. de solut.* item sive illa obligatio sit pura, in diem, vel sub conditione, §. *fidejussores hic. l. si à reo. in prin. &* §. *fin. ff. de Fidejussor.* item sive sit præsens, sive sit futura, §. *fidejussor. hic. l. si ita. ff. h. eod. tit.* Item etiamsi illa obligatio ex maleficio descendat, *l. Gracè.* §. *sed etsi ex delicto. l. si quis pro eo.* §. *fin. ff. de fidejuss.* dummodo tamen sciamus eum qui pro obligato ex maleficio intercedit ad pœnam vitæ vel aliam corpori irrogandam neque tacite obligari, *l. 4. & ibi Bart. ff. de custod. reor.* neque si hoc expressè actum fuerit, ratum vel firmum esse, *Ias. l. non est impossibile. ff. de pact. arg. l. liber homo. ff. ad leg. Aquil.* 16

Requiritur tamen ad hoc ut fidejussio valeat, subesse aliquam obligationem pro qua fidejussor interveniat: nam pro obligato nullo jure, fidejussor intervenire non potest, *l. stipulatus sum.* §. *1. ff. de fidejussor.* Ideoque in omnibus casibus, in quibus lex obligationi vel contractu resistit, quia ex hisce obligationibus vel contractibus neque civilis neque naturalis obligatio oritur, *l. si non sortem. in prin. & ibi Ias. ff. de cond. indeb.* fidejussor acceptus non obligatur, *l. cum lex. ff. de fidejussor.* Vnde cum lex vetet, judici quid dare vel promittere (etiamsi hæc promissio sit indemnitatis) ad hoc ut is pro ipso dante vel promittente sententiam in caussa justa proferat, *l. 2.* §. *fin. & ibi Bald. & Ias. ff. de condict. ob turp. causs. Bald. c. cum ab omni, extra de vit. & honest. clericor.* si huic promissioni fidejussor accedat ipse non obligatur, *arg. l. si à reo.* §. *fin. ff. de fidejussor.* Simili modo nec pro illo qui naturali obligatione 17

cujus omnes effectus per civilia remedia sublati sunt, tenetur, fidejussor intervenire potest, *l. si quis post quam.*
18 *ff. de fidejuss.* Pro dote quoque tàm conservanda quàm restituenda, licet ad hoc faciendum maritus tam civili quam naturali vinculo obligatus sit, fidejussor uxori à marito vel parente ejus dari non potest, *l. 1. & 2. & ibi glos. & Bart. C. Ne fidejussor. dot. dent. Bart. & Alex. l. si*
19 *constante.* §. *quoties. ff. solut. matrim.* Aliam etiam rem, quam illam, ad quam principalis debitor obligatus est, fidejussor promittendo non obligatur, *l. Gracè.* §. *si quis Stichum. ff. de fidejussor. l. si ita stipulatus. ff. eod. tit.* Immo nec si eandem rem promittat fidejussor, in plus tamen obligetur quàm principalis debitor obligatus est, hæc fidejussio non valet neque tenet, *d. l. gracè.* §. *illud. ff. de fidejussor.* sed omnino nulla est, etiam quo ad illam summam ad quam principalis debitor obligatus est, *d.* §. *illud. & ibi Bart. glos. hic.* §. *fidejussores.* Et hoc procedit si fidejussor obligetur in plus sive duriorem causam vel re, ut puta, si pro debente Decem fidejussor obligetur in viginti, *ut hic.* §. *fidejussores.* vel tempore, *d. l. gracè.* §. *item accepto. d. l. si à reo.* §. *1.* vel loco, *l. si testamento.* §. *quæsitum. ff. de fidejussor.* vel caussa, *d. l. gracè.* §. *si quis Stichum. l. hi qui accessionis. & ibi Dd. ff. de fidejuss. glos. 1. hic.* §. *fidejussores. glos. d.* §. *illud.* Fallit tamen si vel fidejussio jurata sit, *Bart. l. si quis pro eo. in prin. ff. de fidejuss.* vel si fidejussor se debitorem principalem constituerit, *Bart. d. l. hi qui. Ang. hic.* §. *fidejussores*, vel si ipse respectu moræ vel culpæ suæ se in graviorem caussam obliget: hisce enim omnibus casibus licet fidejussor in plus obligatus sit, quam principalis: tamen fidejussio valet, *glos. l. sicut. ff. de fidejussorib. Bart. d. l. Hi qui. Ang. hic.* §. *fidejussores. n. 5.*

Effica-

Efficacius quoque quàm principalis debitor obligatus 20
est, fidejussor indistinctè obligari potest, unde debitore principali obligato naturaliter tantum fidejussor pro eo & naturaliter & civiliter obligari potest, §. *1. hic.* Econverso fidejussor ita intercedere potest, ut ipse minus debeat, quam est id, ad quod principalis debitor obligatus est, *ut hic.* §. *fidejussor.* Simpliciter tamen fidejubens 21
pro omni illa caussa ad quam principalis debitor obligatus est, intercessisse creditur, *d. l. si quis pro eo.* §. *si nummos.* Neque tantùm ad principalem summam debiti, 22
sed etiam ad usuras, pœnas, interesse, reliquaque ad quæ debitor ratione principalis contractus obstrictus est, obligatur, *l. Quæro. in prin. & ibi Bart. ff. locat. l. centum Capuæ. & ibi Bart. Bald. & Ias. ff. de eo quod cert. loc.* Quinimo etiam ad ea, quæ distractionem contractus respiciunt, si ad illum quolibet modo agi possit, fidejussor simpliciter intercedens obligatur, *Alex. cons. 34. lib. 2. arg. l. Latinus largus. ff. de Edilit. edict.* Nisi quis expres- 23
se vel pro sorte tantum vel pro certa summa fidejusserit, *l. fidejussores magistratuum.* §. *pro Aurelio. ff. de fidejussor.* vel nisi hæc pœna vel interesse non ratione contractus vel rei in contractum deductæ, sed vel ratione loci vel delicti aut contumaciæ principalis debitoris extra naturam contractus debeatur, ad hæc enim is qui simpliciter fidejubet pro aliquo non obligatur, *l. 1. & ibi Bart. Bald. Alex. & Ias. ff. de in lit. jurand. d. l. centum Capuæ. & l. fin. ff. de eo quod cert. loc. d. l. fidejussores magistratuum. in prin. l. libertus.* §. *fin. ff. ad municip.* vel nisi hæc pœna vel usuræ debeantur ex promissione debitoris, fidejussore non consentiente, facta eo tempore postquam fidejussor se pro ipso debitore obligavit. *Bart. d. l. fin. ff. de eo quod cert.*

cert. loc. arg. l. fin. ff. de pact. Ad hanc materiam vide Rom. *conf. 270. & conf. 507. & ibi Horat. Mandos. in addit. Hippol. de Marsil. Rubr. n. 102. usque ad n. 110. Boër. Decis.*
24 *314. Felin. c. cum ordinem. n. 6. extra de rescript.* Explicata definitione fidejuſsionis, nunc aggrediemur diviſionem fidejuſsionis: Sciendum itaq; eſt, fidejuſsionis duas ſpecies principales eſſe, fidejuſsionem ſimplicem, &
25 fidejuſsionem indemnitatis. Et fidejuſsio ſimplex illa dicitur: quando quis vel ſimpliciter dicit, ſe fidejubere vel ſe promittere creditori id, ad quod ipſi principalis
26 debitor obligatus eſt. Indemnitatis verò fidejuſſor is dicitur, qui ſe in ſubſidium ad id, quod à principali debitore exigi non poteſt, obligat; quod eo ipſo fieri dicitur, ſi quis vel expreſſè promittat ſe creditorem reſpectu debiti indemnem conſervaturum, *d. l. 1. & ibi Bart. C. de conveniend. fiſc. debitor. lib. 10.* vel ſi quis promittat creditori debitum ſuum ſalvum fore, *l. fin. C. de fidejuſſor. tutor.* vel ſi quis promittat creditori ſe ipſi id, quod à principali debitore ſuo exigere non poteſt, ſoluturum, *l. decem. ff. de verb. oblig. l. fin. in prin. ff. ſi cert. petat. l. fidejuſſores. ff. de fidejuſſor. tutor.* vel ſe nomine Titij id, quod ipſe debet, ſolvere velle, *arg. l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. poſſum. ff. de verb. oblig.* vel, ſi quis creditori promittat ſatisdationem præſtare pro debito alterius, *l. ſi quis ab alio. in*
2 *prin. ff. de re judic.* Et hic fidejuſſor indemnitatis in multis à vero fidejuſſore differt. Namque is fidejuſſor indemnitatis propriè fidejuſſor non dicitur, *Iaſ. l. fin. in prin. ff. ſi cert. petat. Iaſ. d. Decem. ff. de verb. oblig.* Ideoque in ſtatutis alijsq; diſpoſitionibus, in quibus verba propriè intelligenda ſunt, appellatione fidejuſſoris non comprehenditur indemnitatis fidejuſſor, *arg. l. 3. §. hac verba*

verba. & ibi Bart. ff. de negot. gest. l. 1. §. hoc interdicto. ff. de font. Secundò fidejussor verus ante principalem de- 28
bitorem conveniri potest, *l. non recte. C. de fidejussor. l. jure nostro. C. eod. tit.* licet ipse secundùm legitimas dispositiones ope exceptionis petere & impetrare hoc possit, ut principalis debitor ante excutiatur, *Auth. præsente. C. de fidejussor.* Indemnitatis verò fidejussor ex natura illius obligationis de indemnitate ante principalem excussum conveniri non potest, *d. l. decem. & ibi Dd. d. l. 1. & ibi Bart. C. de conveniend. fisc. debitoribus. lib. 10.* Ideoq; licet 29
hic fidejussor renunciaverit omnibus beneficijs, fidejussoribus competentibus: tamen ante principalē excussum convenire non potest, *Bart. l. 1. n. 2. C. de conven. fisc. debitor. lib. 10. Ias. d. l. fin. in prin. ff. si cert. petat. Idemq; in d. l. decem. & in d. §. possum.* Idem est si ipse renunciaverit omni legum beneficio, *Dec. d. l. fin. in prin. ff. si cert. petat.* Cum enim fidejussori indemnitatis id quod ipse ante principalem excussum conveniri non possit, non ex legum beneficio, sed ex natura obligationis concedatur, renunciatio de legum beneficio facta, ad id, quod ipsi ex natura obligationis datur, extendi non debet, *l. si domus. in prin. ff. de servit. urb. præd. facit. l. si de certa. & ibi Bart. & Dd. C. de transact. l. Quidam cum filium. §. fin. ff. de verb. oblig.* Tertiò fidejussor verus exceptionem ex- 30
cussionis non nisi usque ad litis contestationem objicere potest, *Bart. l. 3. ff. de except. Bald. l. Exceptionem. C. de probat.* Fidejussor verò indemnitatis, exceptionem excussionis usque ad sententiam objicere non prohibitur, *Bald. c. ex rescripto. extr. de jurejur. Ias. d. l. fin. in prin. ff. si cert. petat.* Ex quo quartò infertur: quod licet exce- 31
ptio excussionis veris fidejussoribus competens in cau-

 sa ap-

ſa appellationis objici non poſſit, *Alex. conſ. 83. in cauſſ. princ. l. 6.* exceptionem tamen excuſsionis indemnitatis fidejuſſori competentem in cauſſa appellationis objici poſſe, *arg. ejus quod docet Bart. Alex. & Iaſ. l. ita demum.*
32 *C. de procurat.* Porrò obligatio ex fidejuſsione tàm indemnitatis quàm vera procedens, tàm ad heredes creditoris, *l. ſi pactum. ff. de probat. c. 1. De duob. fratrib. à capit. inveſt. l. 1. C. ut act. ab hered. & contr. hered. incipiat.* quàm contra heredes fidejuſſoris tranſit, *§. fidejuſſor. & 1. hîc.*
33 Et cum fidejuſsio ſit contractus, omnes qui contrahere prohibentur, ſimili modo fidejubere non poſſunt, *arg. l. fin. in prin. C. de uſur. rei judic.* Illis verò quibus libera contrahendi poteſtas eſt, etiam ſe fidejubendo vel pro alijs intercedendo obligare poſſunt: Exceptis tamen fœminis ſive mulieribus, quæ, ſi quidem pro maritis ſuis intercedant, ipſo jure non obligantur, *Auth. ſi qua mulier. C. Ad SCtm. Vellejan.* Idem eſt ſi pro alijs fidejubeant, ſi ſuper hoc contractu fidejuſsionis inſtrumentum publicum tribus teſtibus ſubſcriptum confectum non fuerit, *l. antiquæ. §. fin. C. Ad SCtm. Vellejan.* Sin autem ſuper contractu fidejuſsionis à mulieribus facto inſtrumentum publicum ſolenniter confectum ſit, illæ ipſo jure quidem obligantur, *d. l. antiquæ. §. fin.* ſed exceptione *SCti.* Vellejani juvantur, *l. 1. & l. 2. ff. Ad SC. Vellejan.* exceptis tamen caſibus qui enumerantur per gloſ. *l. fin. & ibi Bart. C. Ad SC. Vellejan. gloſ. l. fin. §. pen. ff. eod. tit. Alex. l. ſciendum. n. 30 ff. de verb. oblig. Abb. c. ſi diligenti. n. 9. extra de for. compet. Ang. §. Item ſi in judicio. n. 19. infra de ex-*
34 *cept.* Porrò annotandum eſt fidejuſſoribus plurima be-
35 neficia ex legum civilium diſpoſitione concedi. Namque primò omnes exceptiones debitori principali competentes

petentes fidejussori conceduntur, *l. ex persona. ff. de fidejussorib.* etiam invito debitore principali, *l. omnes. ff. de except. l. si stipulatus esses à me. in prin. ff. de fidejussor.* Quod tamen intelligitur verum esse in exceptionibus realibus sive rem respicientibus, secus verò est in exceptionibus personalibus: illæ enim ad fidejussorem non extenduntur, *l. exceptiones. ff. de except.* Et his casibus in quibus 36
exceptiones ex persona rei ad fidejussorem extenduntur licet fidejussor omnibus exceptionibus omnique legum auxilio sibi competenti renunciaverit: tamen ipse non impeditur, quo minus exceptiones ex persona debitoris sibi competentes creditori agenti objicere posſit: Quia renuncians exceptionibus vel beneficijs sibi ex le- 37
gum dispositione vel etiam ex contractu competentibus, intelligitur renunciasse illis tantùm beneficijs, quæ ipsi renuncianti mediatè, non autem immediatè per personam alterius ipsi ex legum dispositione vel etiam ex contractu competunt, *arg. l. Qui liberis. §. hac verba. & ibi Ias. ff. de vulg. & pupil. substit. Bart. l. hoc legatum. ff. de legat. 3.* Secundum beneficium fidejussoribus indul- 38
tum, est beneficium excusſionis, quo beneficio fidejussor impetrare potest, ut creditor antea excutiat debitorem principalem, quàm contra ipsum actionem instituat, *Auth. præsente. C. de fidejuss. §. 1.* Quod beneficium datur non tantum fidejussoribus, sed etiam mandatoribus, sponsoribus omnibusque qui pro alijs obligantur, *Auth. de fidejuſs. §. 1.* Quinimo etiamsi quis constituat se debitorem principalem, nisi se quis animo novandi primam obligationem, debitorem principalem constituat, ei hoc beneficium excusſionis datur, *glos. verb. fidejussorem. d. §. 1. Auth. de fidejussor. Abb. c. pervenit. extra eod.*

39 *tit. Ang. hic.* §. *si plures.* Hoc tamen beneficium fidejussoribus denegatur, si debitor principalis sit absens, *d. Auth. præsente.* id est, extra territorium illius loci in quo judicium contra fidejussorem institutum est, degat, *Alex. cons. 100. Incip. Consideratis col. pen lib. 5.* Idem est si debitor principalis conveniri non facile posit de facto vel de jure. Ideoque si debitor principalis sit tantum naturaliter obligatus, *Bart. l. Marcellus. n. 8. ff. de fidejussor. Bart. l. cum quis.* §. *si quis pro reo. n. 9. ff. de solut.* vel si ipse se exceptione aliqua, quæ ad fidejussorem non extenditur, tueri posit, *Bart. Alex. & Dec. l. 3.* §. *si is pro quo. ff. Quod quisq. jur.* vel si notorium sit, ipsum non esse solvendo, *arg. l. fin. in prin. & ibi Bart. Alex. & Ias. ff. si cert. pet. Alex. & Ias. l. decem. ff. de verb. oblig. facit. l. Nam majus. ff. de dol. c. cum olim, extr. de restit. spol.* vel si debitor principalis sit tyrannus vel rixosus aut cavillosus, fidejussor ante excussum debitorem conveniri potest, *arg. l. 2. in prin. & ibi glos. & Ias. n. 7. ff. Qui satisd. cogant. Idem Ias. l. 2. in prin. n. 20. ff. solut. matrim.* Simili modo hoc beneficium excusionis fidejussoribus non opitulatur, si fidejussores renunciaverint huic beneficio, *l. pen. C. de pact.* quod procedit sive hæc renunciatio sit generalis, sive specialis, *arg. l. si duo. ff. de admin. tutor. l. 2. in prin. C. de quadrien. præscript. Ias. l. 1. ff. si quis in jus vocat. non ier.* item sive hæc renunciatio sit tacita sive expressa, *arg. l. cum quid. & ibi Dd. ff. si cert. petat.*

40 Tertiò licet fidejussores plures simpliciter intercedentes sint ipso jure in solidum obligati, *l. non rectè. C. de fidejuss. l. Inter fidejussores. ff. eod. tit.* ipsi tamen ex epistola Divi Hadriani impetrare possunt, ut creditor cogatur unumquemque ex illis non in solidum, sed tantùm pro virili parte convenire.

venire. §. *si plures hic. l. Inter eos. in prin. ff. de fidejuss.* Et hoc vel officio judicis nobili implorato impetrare possunt, si ipsi postulent actionem creditori in solidum contra unumquemque ex ijs, competentem, dividi, antequam creditor contra ipsos vel unus ex ijs agere cœperit, *glos. l. si contendat. & ibi Bart. ff. de fidejuss.* vel etiam ope exceptionis, si creditor vel contra omnes fidejussores simul, vel contra unum ex illis in solidum experiatur, *d. l. si contendat.* Quæ exceptio usque ad sententiam creditori agenti objici potest, postea verò non, si ipse non omnes fidejussores sed vel unum vel quosdam ex illis in solidum convenerit, *glos. hic. ver. plures. & ibi Ang.* nisi hæc sententia appellatione rescissa fuerit, *Bart. l. si dubitetur. in prin. ff. de fidejuss. arg. l. fidejuss. C. eod. tit.* Sin verò ipse creditor omnes fidejussores in solidum simul convenerit, atque illi insolidum à judice condemnati fuerint, permittitur illis etiam post sententiam, antequam ea executioni mandetur, creditori exceptionem divisionis ex epistola D. Hadriani objicere, *Bart. Auth. Hoc ita. n. 25. C. de duob. reis.* Et hoc beneficium etiam fidejussoribus indemnitatis competit. *l. fidejussores. ff. de fidejuss. tutor.* Item hoc beneficium etiam locum habet inter fidejussores, quorum unus purè, alius verò in diem vel sub conditione obligatus est, *l. si plures. & ibi Bart. ff. de fidejuss.* item sive plures fidejussores simul & eodem tempore, sive separatim diversis temporibus intercesserint, *l. si Titius. & ibi Bart. ff. de fidejuss. Ang. hic.* §. *si plures.* Quartò hæc divisio locum habet etiam inter plures mandatores, item & sponsores, *l. fin. C. de constit. pecun.* Quintò hæc divisio locum habet, etiam inter plures fidejussores unius fidejussoris, *d. l. si plures.* §. *fin.* Hæc tamen divisio

ſicut locum non habet inter debitorem principalem & fidejuſſorem: Ita quoque locum non habet inter fidejuſſorem principalem & fidejuſſorem ejus, *d. l. ſi plures.* §. *fin.* Secundò hæc diviſio locum non habet inter fidejuſſores, qui quidem pro eodem debito, ſed pro diverſis debitoribus tàm principaliter quàm acceſſoriè obligatis, intervenerunt, quales ſunt plures fidejuſſores à duobus pluribusúe correis, vel etiam à duobus pluribusúe fidejuſſoribus unius debitoris ſeparatim accepti. namque licet ipſi ex perſona illorum, pro quibus intervenerunt, beneficium diviſionis implorare poſsint, *arg. l. pupillus. ff. de fidejuſſ. tutor. d. l. ſi plures.* §. *fin. Bart. d. l. inter eos.* §. *2.* Ex propriâ tamen perſona impetrare non pôſſunt diviſionem actionis inter ipſos fieri, *d. l. Inter eos.* §. *2. l. ſi à Titio. ff. de fidejuſſ.* Tertiò beneficium diviſionis nón habent plures fidejuſſores, qui pro uno tutore rem pupilli ſalvam fore promiſerunt, *l. fin. ff. Rem pupill. ſalv. for.* Quartò hoc beneficium non datur fidejuſſori, ſi alij fidejuſſores ſint non ſolvendo, §. *ſi plures hic. l. fidejuſſores. ff. de fidejuſſ.* Quintò beneficium diviſionis non competit ijs, qui conventi ſe fidejuſſores eſſe negaverunt, & convicti mendacij diviſionis beneficium implorant. *d. l. ſi dubitetur.* §. *1. & ibi Bart.* Sextò hoc beneficium fidejuſſoribus non datur, ſi ipſi huic beneficio renunciaverint generaliter vel ſpecialiter, tacitè vel expreſſè. Quartum
41 beneficium fidejuſſoribus competens eſt beneficium ceſsionis, per quod fidejuſſor impetrare poteſt, ut creditor cui ipſe debitum vel ſolvit vel ſolvere paratus eſt, ipſi omnes actiones ſuas, tam hypothecarias quàm perſonales, *l. creditori. & ibi Bald. C. de fidejuſſ.* item tàm contra ipſum debitorem, quàm contra alios ſuos confidejuſſores

jussores cedat, *l. cum is. & ibi Bart. ff. de fidejuss.* Et ut hæc cessio actionum sibi fiat, fidejussor non tantùm ante solutionem debiti ab ipso factam, sed & post solutionem debiti, non tantùm in continenti sed etiam ex intervallo impetrare potest, *Bart. d. l. cum is. & in l. Modestinus. ff. de solut.* Et hoc beneficium cessionis fidejussori de- 42
negatur, si ipse ex communi vel proprio dolo, *l. si plures. ff. de administ. tutor. l. 1. §. nunc tractemus. & §. planè. ff. de tutel. & rat. distrah.* vel ex culpa propria conventus & exactus fuerit, *arg. l. unde quaeritur. ff. Commod.* Item nec ille, qui animo donandi pro aliquo fidejussit, *arg. l. Quod dictum. & ibi Iass. ff. de pact.* item nec heredi, qui ex præcepto testatoris pro aliquo fidejussit, *arg. l. tribus. & ibi Bald. ff. de usufr. ear. rer. quae usu consum. Iass. d. l. Quod dictum. Bald. & Iass. l. si fidejussor. in prin. ff. de legat. 1.* Præ- 43
terea si plures fidejussores diversis temporibus accepti fuerint, si is, qui primò fidejussit, debitum solverit, ipse impetrare non potest sibi actiones à creditore contra fidejussores posteriores cedi, *Bart. l. si Titius. ff. de fidejuss. idemq; Bart. l. si stipulatus essem. §. si ex duobus. ff. eod. tit.* Ille quoque qui renunciavit huic beneficio, illud implorare non potest, *arg. l. pen. C. de pact.* dummodò tamen hæc renunciatio sit specialis non generalis: Namque si quis generaliter omni legum beneficio renunciaverit, per hanc renunciationem beneficium cessionis non amittit, *Bald. l. si divisa. C. Locat. Rom. cons. 472. Dec. cons. 27. Tiraq. repetit. l. si unquam, in praefat. n. 121. C. de revocand. donat. Ronchegal. in l. reos. in prin. n. 59. ff. de duob. reis.* Quamvis contrarium, sed minus rectè teneat *Dec. l. fin. in prin. ff. si cert. petat. Matth. de Afflict. Decis. Neapol. 182. n. 12.* Ultimò hoc beneficium implorare 44
non

non poteſt fidejuſſor, qui non ſolutione vel delegatione, *arg. l. inter cauſas.* §. *abeſſe. ff. Mand.* ſed vel ſententia pro ipſo lata, vel jurejurando ab ipſo præſtito debitorem principalem liberavit, *arg. gloſ. ver. ſolutionis. l. duobus.* §. *1. ff. de jurejur.* Idem eſt ſi debitor pacto vel acceptilatione fidejuſſori à creditore facta non animo remunerandi, liberatus fuerit, *arg. l. idemq́.* §. *fin. cum duab. ll.*
45 *ſeq. ff. Mand.* Et in omnibus hiſce caſibus in quibus ceſsionem locum habere diximus, creditor fidejuſſori actiones ſuas contra debitorem principalem in ſolidum, contra alios verò fidejuſſores, non niſi pro rata debiti, licet ipſi omnibus beneficijs fidejuſſoribus competentibus renunciaverint, cedere cogitur, *Bart. l. Modeſtinus. ff. de fidejuſſor.* cum illis atquè iiſdem qualitatibus, cum quibus illas ipſe creditor principalis intentare potuit,
46 *arg. l. Pomponius.* §. *cum quis. ff. de adq. poſſeſſ.* Præterea in hiſce caſibus in quibus ceſsio locum habet, ſi creditor facto vel culpa ſua fecerit, quo minus ipſe fidejuſſori actiones ſuas cedere poſsit, ipſe contra fidejuſſorem agens exceptione removetur, *l. Stichum.* §. *ſi creditor. ff.*
47 *de ſolut. Bart. l. ſi ſtipulatus eſſes.* §. *1. ff. de ſolution.* Sextum beneficium fidejuſſoribus competens eſt beneficium *l. ſi Titius. ff. de fidejuſſ.* quod eſt tale, ſi plures ſimul fidejuſſerunt, quorum aliqui ex illa fidejuſsione non obligantur, vel ipſo jure vel ope exceptionis, vel beneficio reſtitutionis in integum vel alio remedio, fidejuſſores alij, qui ſunt efficaciter obligati, impetrare poſſunt, ut obligationis diviſio fiat, etiam pro rata ſive portione illorum, qui ex iſta fidejuſsione obligati non ſunt: Quod tamen ita demum verum eſt, ſi vel ante iſti fidejuſſores, qui ex ſua fidejuſsione non obligantur, vel ſimul cum alijs

alijs fidejussoribus fidem suam pro aliquo interposuerint: secus est, si hi fidejussores, qui non efficaciter obligantur separatim, postquam jam alij intercesserunt ex intervallo accepti fuerint, neque eo tempore, quo primi fidejussores intercesserunt actum fuerit, ut alij fidejussores dentur: tunc enim propter hoc, fidejussores non efficaciter obligatos alij fidejussores impetrare non possunt divisionis beneficium. Idem est si hi fidejussores vel ante alios vel cum alijs fidejussoribus simul intercesserint, alij tamen fidejussores sciverint, vel scire debuerint, hos fidejussores, ejus esse conditionis, ut efficaciter obligari non posint, *d. l. si Titius*. In omnibus tamen hisce casibus fidejussoribus, efficaciter obligatis ratione aliorum qui efficaciter obligati non sunt, beneficium divisionis datur, si illi qui sunt non efficaciter obligati, dolo malo ad fidejubendum inducti fuerint, *d. l. si Titius*. Ex cujus legis ratione decidendi colligitur, quod in multis casibus in quibus fidejussor alioquin in solidum conveniri potest, ipse non nisi pro rata debiti conveniri possit, propter dolum creditoris circa fidejusionem adhibitum. Unde per rationem decidendi illius legis vi- 48
di in facto decisam pulcherrimam quæstionem. Quidam fidejussor à creditore fuit inductus ad fidejubendum pro suo debitore ea contemplatione, quasi pro eodem debitore adhuc duo alij apud ipsum intercessuri essent, isque fidejussor renunciavit omnibus beneficijs fidejussoribus competentibus, atque se in solidum obligavit, postea verò nullus alius pro eodem debitore intercesit, quæsitum fuit, utrum fidejussor in solidum conventus non obstantibus renunciationibus suis, beneficium divisionis implorare & impetrare posit, ne ipse, non

 nisi

nisi pro tertio conveniri & exigi possit ? Et responsum fuit ex ratione decidendi, *d. l. si Titius*, *Quod sic* : Quæ
49 sententia mihi & tunc placuit & nunc placet. Quia certum est renunciationem generalem omnium jurium sive beneficiorum, quem non excludere à beneficijs sive juribus competentibus renuncianti propter dolum illius cui hæc renunciatio fit, tempore renunciationis adhibitum, *arg. l. tres fratres. ff. de pact. Bart. l. Aurelio.* §.
50 *Cajus. ff. de liberat. legat.* Sextum beneficium, fidejussoribus indultum est, quod si creditor plures fidejussores habens, sive illis competat divisionis beneficium, sive nòn, omnes fidejussores vel simul vel simpliciter, *Alex. l. si ex toto.* §. *1. n. 6. ff. de legat. 1.* vel unumquemque pro virili simul convenerit, atque cum illo litem contestatus fuerit, ipse intelligitur fidejussoribus omnibus fecisse pactum de non petendo ab ipsis debitum, nisi ab unoquoq; pro rata tantum, *l. liberum. C. de fidejussor.* Ideoq; licet postea instantia illius judicij, in quo hi fidejussores conventi fuerunt, perierit, tamen creditor à fidejussoribus debitum, non nisi ab unoquoque pro rata sive virili petere potest: eô, quia effectus per instantiam inductus si perfectus fuerit, qualis est, hoc tacitum pactum de non petendo, nisi virilem portionem, etiam perempta instantia durat, *glos. l. properandum.* §. *& si quidem. C. de judic. Bart. l. cum lite mortua. ff. judic. solv. Idemq; Bart. Auth. Hoc ita. n. 42. C. de duob. reis. & in l. Ex duobus. la. 2. ff. eod. tit.* Quod tamen ita demum verum est, si creditor omnes fidejussores simul convenerit, secus verò est, si ipse unum fidejussorem vel aliquos tantum ex illis proportionibus suis convenerit, tunc enim per hanc petitionem non inducitur divisio, *l. reos. C. de fidejuss.* Idem est si

est si ipse omnes convenerit pro virili, annexa protestatione, quod per hanc petitionem ipse non velit recedere ab obligatione, qua ipsi unusquisque in solidum tenetur, *arg. l. si debitori. §. 1. Quib. mod. pign. vel hypoth. toll. l. 2. in prin. ff. si quis caut.* vel si creditor ab omnibus fidejussoribus non sortem principalem, sed usuras, pœnas, interesse vel reliqua accessoria pro virili portione petat, *arg. l. Ex pupillari. & ibi Ias. ff. de vulg. & pup. l. Quod per manus. ff. de Codicil. facit. l. nuda. C. de contrah. & commit. stipul.* Et hoc quod diximus de creditore unico 51
petente debitum à pluribus fidejussoribus, credo è converso locum habere in pluribus creditoribus petentibus debitum ab unico fidejussore, quia creditor & debitor, cujus appellatione etiam fidejussor continetur, sunt correlativa; unde succedit regula quæ vult, dispositum de uno ex correlativis, etiam ad aliud correlativum extendi, *l. fin. & ibi Bart. & Ias. C. de indict. viduit. toll. l. 1. & ibi Bart. C. de cupress. lib. 10. l. fin. & ibi Bart. ff. de acceptilat.* Et hanc sententiam satis videtur tenere Bart. *d. Auth. Hoc ita. n. 38. & d. l. ex duobus.* Septimum beneficium 52
duobus pluribusúe fidejussoribus indultum, est, quod si unus ex fidejussoribus, quibus beneficium divisionis non conceditur, solverit virilem sive ratam partem debiti, non tantum ipse fidejussor partem debiti solvens liberetur, sed etiam actio competens creditori ipso jure, quo ad reliquos omnes fidejussores dividitur, ita, ut in posterum contra alios fideiussores, non nisi contra unumquemque pro rata sive virili parte agere possit, *l. si creditores. & ibi Bart. Alex. Ias. & Dec. C. de pact.* Quod tamen ita demum verum est, si fideiussor, qui partem debiti solvit, expresse dixerit, se hanc portionem debiti

pro rata sive parte sua solvere, *d. l. si creditores. & ib. Alex. Ias. & Dec. junct. d. l. si ex toto.* §. *1. & ibi Alex.* Et hæc solutio sit facta de sorte principali, non autem de usuris, pœnis interesse, vel reliquis accessorijs, *Dec. &. Ias. d. l. si creditores. arg. d. l. ex pupillari.* Item si debitum hoc solutum à fideiussore non sit maius vel minus rata sive virili portione illius fideiussoris, qui hoc debitum solvit. *Ias. & Dec. l. si creditores. arg. glos. l. Inter cos.* §. *1. ff. de fidejussor.* Et hæc simili modo, ut in præcedenti beneficio diximus credo procedere sive locum habere è converso, si unus ex pluribus creditoribus quibus unicus fideiussor in solidum obligatus, solutionem partis debiti pro sua rata à fideiussore acceperit, ut similiter & ab isto fideiussor penitus liberetur, & actio cæteris creditoribus contra hunc fideiussorem pro rata sive virili portione dividatur, *Bart. d. l. Ex duobus. n. 4. & d. Auth. Hoc ita.*
53 *n. 38.* Præterea cum hæc divisio actionis quæ per receptionem partis inducitur, fiat per pactum tacitum, quod ex hac receptione resultat; hæc actionis divisio per receptionem partis debiti facta in ijs tantum casibus alijs nocet vel prodest, in quibus pactum unius alijs vel nocere vel prodesse potest, *Bart. d. l. Ex duobus. n. 4. Bart. d.*
54 *Auth. Hoc ita. n. 38 facit. l. cum quid. ff. si cert. petat.* Et cum hæc dico beneficia posteriora fideiussoribus ex facto creditoris, videlicet ex pacto tacito ipsius creditoris dentur: licet fideiussoribus renunciaverint omni legum beneficio, tàm præsenti quàm futuro: tamē ab hisce duo-
55 bus beneficijs nō excluduntur. Quia nunquā per renunciationem, quantumcumq; generalem sive largam quis excluditur ab illis beneficijs, quæ ipsi postea ex facto adversarij competere cœperunt, *Rom. cons. 472. Dec. cons. 27. n. 4.*

27. n. 4. arg. l. Qui officij. §. fin. ff. de contrah. empt. l. cum proponas. C. de naut. fæn. Præterea in hisce casibus in 56 quibus vel per petitionem vel per receptionem debiti, divisio debiti inducitur, si unus ex fideiussoribus fuerit factus non solvendo, hoc non cæteros fideiussores gravat, sed ad detrimentum creditoris pertinet, *l. Inter eos. §. si inter. ff. de fidejussor.* Octavò si unus ex pluribus fideius- 57 soribus, qui habent beneficium divisionis, solverit creditori partem debiti, atq; expresè dixerit, se hanc partem pro rata sua solvere, licet actio competens creditori contra alios fideiussores non dividatur; ipse tamen fideiussor qui partem debiti pro rata sua solvit, ipso iure liberatur, *l. quoties quis. & l. In his. §. 1. ff. de solut. Bart. d. l. Ex duobus. col. 1. Bart. d. Auth. Hoc ita. n. 37.* Quod tamen ita demum verum est, si ipse expressè dixerit, se hanc partem debiti pro sua rata sive virili portione solvere: secus verò est si ipse simpliciter partem debiti non facta hac expresione solverit: tum enim is ipso iure obligatus remanet; at si cæteri fideiussores eo tempore quo conveniuntur solvendo sint, ipsi permittitur perinde atque si hoc debitū non solvisset respectu hujus partis debiti solutæ, divisionē actionis impetrare, *d. l. inter eos. §. 1.* Nonum beneficium fidejussoribus indultum, est illud, 58 quod si creditore cessante debitorem principalem convenire, is debitor principalis fuerit factus non solvendo, ipse creditor fidejussorem convenire non possit, *l. si fidejussores in id. in prin. ff. de fidejussor.* Quod tamē beneficium illis tantùm fidejussoribus competit, qui habent beneficium excussionis, quiq; in subsidium tantum, debitore principali reperto non solvendo conveniri possunt: alijs autem fidejussoribus, qui beneficium excussionis non

habent, hoc beneficium non datur, *l. si fidejussor creditori. & ibi gloss. & Bart. ff. de fidejussor. Ias. l. fin. in prin. n. 7. ff. si cert. petat. Idemq. Ias. in l. decem. n. 25. ff. de verb. oblig.* Vnde cum secundùm id, quod Novellæ constitutiones disponunt, omnes fidejussores etiam veri sive proprij habeant beneficium excussionis, & non nisi in subsidium principali debitore reperto non solvendo, conveniri possint, *Auth. præsente. C. de fidejussorib.* hodiè omnibus fidejussoribus hoc beneficium competit, ut si debitor principalis creditore cessante ipsum convenire factus fuerit non solvendo, ipsi creditori nulla actio contra fidejussores detur sive competat, nisi fidejussores huic beneficio excussionis renunciaverint. *Bart, d. l. si fidejussor creditori. n. 1. Bald. l. fin. in prin. & ibi Alex. n. 12. ff. si cert. petat. Abb. c. fin. extra de fidejuss. Alex. l. decem. n. 2. & ibi Ias. n. 25. ff. de verb. oblig. Ang. Immola. & Paul. Castr. d. l.*
59 *si fidejussor. Ruin. Cons. 45. n. 5. l. 5.* Sed juxta hoc probabiliter dubitari possit: an & quando creditor dicatur cessare in exigendo debitorem: & utrum ad hoc requiratur, ut ipse fideiussor creditorem interpellet ad id, ut ipse de-
60 bitorem conveniat. Et licet cum mora regulariter non nisi per interpellationem contrahatur, *l. mora in prin. & ibi gloss. ff. de usur. l. si ex legati. & ibi. Dd. ff. de verb. oblig. Bart. & Dd. l. quoties in diem. ff. eod. tit.* videatur dicendum creditorem non aliter intelligendum cessasse in exigendo debitorem principalem, nisi ipse à fideiussore interpellatus debitorem convenire & exigere neglexerit *arg. l. si fidejussor creditori. ff. de fidejussor.* Ego tamen hac ratione dubitandi non obstante verissimum judico, nullam requiri interpellationem fidejussoris ad hoc, ut creditor censeatur cessasse in exigendo debitorem, sed debitorem

bitorem si ipse per hoc tempus, quo commodè debitorem convenire atq; exigere poterat, debitorem convenire neglexerit, etiam absq; interpellatione aliqua censendum cessasse debitorem convenire, prout hanc sententiam amplecti videtur Alex. *d. l. decem.n. 2. & ibi Franc. Aret. Paul. Castr. l. si fidejussores in id. ff. de fidejussorib. Ruin. Cons. 45.n. 5. lib. 5.* Et probatur hæc sententia e- 62
videntissima ratione; quia semper quando alius in subsidium obligatus est, si debitor principalis sit solvendo, eo tempore quo creditor eum commodè convenire & exigere potuit, si hoc creditor omittat: ipsi contra illum, qui in subsidium obligatus est, actio non datur, debitore postea non solvendo facto, *l. 1. §. sed et si. ff. de magist. conveniend. l. ex persona. C. de probat. l. 1. C. de tutel. divid. l. fin. C. in quib. caus. tutor. vel curat. habent. l. pen. C. de magist. conven.* Circa hoc nonum beneficium neces- 63
sarium est examinare pulcerrimam quæstionem, utrum prorogatio termini facta principali debitori fideiussori noceat? Quæ quæstio licet variè à Dd. nostris agitata fuerit, tamen hac distinctione eam probè definiri posse statuo, ut distinguamus, aut fidejussor intercessit tali apposito pacto, ut quotiescunq; vel quandocunq; debitor obligaretur ipse teneatur, & per prorogationem termini factam principali debitori fideiussor indistinctè non liberatur, *l. si ita stipulatus. ff. de fidejussor.* nisi ante hanc prorogationem termini debitor conditionem suam mutasset: tunc enim quia hoc pactum juxta contractum fideiussionis appositum, sicut & quilibet actus, intelligitur; dummodo res & personæ in eodem statu maneant. *l. cum quis. in prin. ff. de solut. glos. & Ias. l. Quod servus. ff. de condict. ob causs. Bart. d. l. si fidejussor creditori. ff. de fidejussor.*

jussor. Utrum prorogatio termini facta debitori principali, fideiussori noceat, eodem modo distinguendum est, pro ut in eo qui absque hoc pacto intercessit distinguemus. Atque hoc casu, quando videlicet fideiussor absq; hoc pacto interceperit, sciendum est, per prorogationem termini debitori à creditore factam fideiussorem indistinctè liberari, quando per hanc prorogationem termini est facta novatio debiti, *l. ubicumq. ff. de fidejussor. l. novatione. C. eod. tit. Bart. l. aliam ff. de novat.*
64 Quæ tamen novatio secundùm novellas constitutiones nunquam fit, nisi hoc expresse vel tacitè agatur, *l. fin. C. de novat. Dd. in l. singularia. ff. si cert. petat Dd. in l. Qui usumfructum. ff. de verb. oblig. Ias. l. 1. C. de judic. Dec. l. le-*
65 *cta. ff. si cert. petat.* Sin verò per prorogationem termini debitori principali factam, novatio facta non sit, utrum hæc prorogatio noceat fidejussori ita, ut ipse pro hoc tempore prorogato obligatus maneat, distinguendum est, utrum dies sive terminus prorogatus debitori sit adiectus obligationi an verò solutioni. Primo casu, aut loquimur in ijs, ad quæ debitor, cui terminus primus prorogatus est, adhuc obligatus est ratione primi termini: Exempli gratia, si ei, qui domum vel fundum ad annum conduxit, fideiussore huius contractus gratia dato, finito anno hæc conductio in alium annum prorogetur, is licet ei conductio prorogata fuerit: tamen adhuc pro pensione primi anni, si eius nomine locatori non satisfecerit, obligatus manet: & ad hæc simili modo fideiussor prorogato termino obligatus remanet, *glos. l. si cum Hermes. C. Locat.* Idem est in usuris, pœnis, interesse, reliquisq; quæ ex natura contractus etiam post terminum prorogatum huic debito accedunt, *l. Lucius. §. Paulus.*

Paulus. ff. de admin. tutor. l. si postea. ff. Rem pupill. salv. for. Aut nos loquimur de ijs ad quæ debitor ratione secundi termini prorogati obligatur, Et ad hæc fidejussor simili modo obligatur, si ipse prorogationi termini consensit, *l. si cum Hermes. C. Locat. l. Item quæritur. §. qui impleto. ff. eod. tit. Cardin. Paris. Cons. 48. n. 13. lib. 1.* Quod tamen ita demum verum est, si fidejussor huic prorogationi termini per stipulationem solennem consensit: Nam cum per lapsum termini primi, fidejussor iam sit liberatus, & fidejussor ab initio non aliter obligetur, nisi ipse se per promissionem stipulatione vallatam obliget, *l. Blanditus. C. de fideiussor. Bald. c. 1. extra de pact. Dec. Cons. 93. Matth. de Afflict. Decis. Neapol. 39. n. 1.* dubium non est, quin fidejussor in hoc secundo termino non aliter obligetur nisi stipulatione solenni interveniente: Quia eadem solennitas requiritur in actu penitus de- 66
structo renovando: quæ in actu ab initio construendo requisita fuit, *l. si ut proponis. & ibi Bald. C. de nupt. Alex. & Ias. l. 1. §. si quis ædificium. ff. de oper. nov. nunc. Abba. c. Iudæi. & c. nulli. extra de Iudæ:* Quæ sententia etiam comprobatur per *l. Labeo. §. fin. ff. de Arbitr.* Vbi dicitur, quod si terminus sive dies compromissi, quem limitandæ obligationis gratia compromisso adiectum constat, à partibus prorogatus fuerit, fideiussores qui in primo termino accepti fuerint, in secundo termino ita demum obligari, si ipsi in secundo termino fideiusserint, quod verbum fideiusserint, promissionem stipulatione vallatam significat, *l. Blanditus. C. de fideiussor. §. fin. h. t. n.* Vnde ex illo textu satis liquet, fideiussores prorogato termino sive die limitandæ obligationis gratia adiecto, in secundo termino non aliter obligari nisi interveniente stipu-

Nn latione

67 latione se in secundo termino obliget: Huc accedit quod docent Bart. *d.§.qui impleto. n.13.* & Alex. *l.pen.§. uxor.ff.solut. matrim.* ubi concludunt, licet per tacitum consensum contrahentium æquè atque per consensum expressum Locatio vel alius contractus finitus renovari possit:hoc tamen tantum procedere in illis contractibus qui ab initio consensu contrahuntur: secus verò esse in illis contractibus,qui per stipulationem contrahuntur: illos enim finitos tempore, non tacito consensu sed
68 per stipulationem tantum renovari. Sin verò fidejussor prorogationi termini non consentiit, ipse non tenetur ad illa,ad quæ debitor ratione huius secundi termini obligatur, *d.l.si cum Hermes.& ibi Bart. & Bald. d.l.Labeo. §. fin.d.§.qui impleto.Bald. Alex. & Ias.l.si unus. §.1.ff. de pact. Alex.l.si mora.ff.solut. matrim. Abb.c. constitutus.extra de fidejussor. Alex. & Ias. l.1.§. Et post operis.ff.de oper.nov. nunc. Felin. & Dec.c. de causis.extra de offic.iudic. deleg. Felin. c. 1. extra de jurejur. Idemq; Felin. c. præterea. n.34.extra de Sponsal. Ias. & Dec. l. lecta. ff. si cert. petat. Ias.l.1.C.de Iudic. Paris.Cons.48.n.14. lib.1.* Et licet fidejussor qui vel in omnem causam vel simpliciter intercessit vel etiam fidejussit,expressè conductorem vel conductum restituere, etiam elapso termino primæ conductionis, sit obstrictus atque obligatus ad restitutionem hujus rei conductæ: eamque ob causam si conductor quolibet modo dolo vel culpa sua fecerit, etiam post terminum elapsum, quo minus ipse hujus rei restituendæ facultatem habeat, fidejussores hujus nomine locatori teneantur, *Bart. l. Lucius. §. Paulus.ff.de administr. tutor.* Si tamen locator tacitè vel expressè conductori conductionem in aliud tempus prorogavit: quia hoc casu ipse locator,

locator, quasi brevi manu ex primo contractu rem locatam recepisse, & ex secunda locatione conductori reddidisse intelligitur, *arg. l. 3. §. si debitorem. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. singularia. ff. si cert. petat.* fidejussor quo ad restitutionem rei à prima conductione penitus liberatus, respectu secundæ conductionis, ad hanc nullo modo tenetur, *arg. d. §. qui impleto. d. l. si cum Hermes.* Huc accedit quod simpliciter tacitè vel expressè fidejubens pro restitutione rei locatæ intelligatur se obligasse ad restitutionem huius rei, respectu primæ locationis, tantum pro qua ipse fidejussit, non autem sequentium, pro quibus ipse non est obligatus: Tum quia accesso- 69
ria promissio tacita vel expressa secundùm naturam atq; proprietates principalis contractus intelligitur, *l. si cum. §. qui injuriarum. ff. si quis caution. l. 1. §. si quis id quod sub conditione. ff. uti legat. nomin. caveat. l. 4. ff. de usur.* tum, quia verba simpliciter prolata, intelliguntur de prima vice tantum, *l. boves. §. hoc sermone. ff. de verb. signif. Alex. & Ias. l. Divortio. §. qui hoc anno. ff. solut. matr. Ias. l. duobus. §. si ei qui. ff. de jurejur.* Secundo autem casu quan- 70
do videlicet creditor prorogat debitori terminum sive diem solutioni adjectum, & prorogatio hujus termini indistinctè nocet fidejussori, si fidejussor huic prorogationi consentiijt, *d. §. qui impleto. d. l. si cum Hermes:* & cum per lapsum hujus termini neq; debitor principalis, *§. omnis. supra de verb. oblig. l. Eum qui Calendis. §. quoties. ff. eod. tit.* neq; fidejussor liberetur, *l. si mandavero tibi. §. 1. ff. Mandat.* hoc casu sufficit quo ad hoc, ut fidejussor in secundo termino obligatus maneat, ipsum simpliciter huic prorogationi termini consentire, eô, quia hic non de inducenda vel renovanda obligatione, sed tantùm de

renunciatione exceptionis quàm exceptionem ex hac prorogatione fidejussor adquirere potuit, agitur, quæ renunciatio exceptionis sive alterius juris per nudum sive solum consensum inducitur, *l. si debitor.* §. *1. l. Lucius. & l. Paulus. ff. Quib. mod. pign. vel hypoth. toll. l. cum quadam. C. de admin. tutor. c. 1.* §. *praterea. & ibi Matth. de Afflict. Quib. mod. feud. amitt.* Simili modo & prorogatio hujus termini nocet indistinctè illi fidejussori etiam non consentienti, qui non habet beneficium excussionis: quia forsan huic beneficio renunciavit, *arg. d. l. si fidejussor creditori. & ibi Bart. ff. de fidejussor. l. si mandato Titij.* §. *Paulus. ff. Mand. Abb. c. fin. extra de fidejussor.* & ita procedit communis conclusio Dd. quæ vult, quod prorogatione termini dilatorij à creditore debitori facta fidejussor non liberetur, pro ut concludunt *Dd. in loc. allegat. supra in primo memb.* & idem tenet *Hieron. Grat. Conf. 126. n. 10. lib. 1.* ubi attestatur hanc opinionem communem esse. Eodem modò per prorogationem termini non liberatur fidejussor is, qui beneficium excussionis habet, si debitor principalis post prorogationem termini mutavit conditionem suam aut omnino non, *Abb. c. constitutus. extra de fidejuss.* aut intra illud tempus, intra quod termino non prorogato creditor ipsum commodè convenire & exigere non potuisset, *arg. l. Divortio. ff. solut.*
71 *matrim.* Huc accedit, quod culpa præcedens casum in nulla consideratione habeatur, si ille casus nihilominus etiam non præcedente culpa evenisset, *l. fin.* §. *1. ff. Ad leg. Rhod. de jact. Bart. l. si ut certo.* §. *interdum. ff. Commod.* Sin verò debitor post prorogationem termini intra illud tempus, intra quod commodè ipse à creditore conveniri & exigi potuisset, conditionem suam mutavit, fidejussor

jussor habens excusionis beneficium, à creditore conveniri non potest, *d. l. si fidejussores in id. in prin. ff. de fidejussor.* Decimum beneficium fidejussoribus indultum est 72
hoc, quod debitor ratam debiti proportione fidejussoris solvere atq; eum liberare possit, etiã invito creditore cæterisq; creditoribus: Quod tamen tantum in illis, qui divisionis beneficiũ habent, procedit, *l. in his. §. 1. et ibi Bart. ff. de fidejuss.* Porrò ex cõtractu fidejussionis oriuntur multæ 73
actiones: namq; & creditori contra fidejussorem, & fidejussori contra debitorem, item & contra alium fidejussorem actio, ratione huius contractus competit. Et cum fidejussio regulariter non nisi per stipulationem facta valeat atq; teneat, & ipsa species stipulationis sive verborum obligationis sit, *l. blanditus. C. de fidejuss. §. fin. h. t.* ipsi creditori contra fidejussorem certi condictio competit, si id pro quo quis fidejusit certum sit: Sin autem id cujus ratione fidejussor obligatus est incertum sit, creditor contra fidejussorem actione ex stipulatu experiri debet, *l. si quis certum. ff. si cert. petat. supra de verb. oblig. in prin.* In ijs verò casibus in quibus fidejusio facta pacto nudo, valet, qui casus & singulares sunt & enumerantur per Bald. & Andr. Barbat. *in l. fin. C. Ad SC. Vellejan.* in hisce inquam casibus ex hoc contractu creditori contra fidejussorem ex lege condictio datur, *arg. l. 1. & ibi Bart. & Ias. ff. de condict. ex leg.* Contra ipsum autem debitorem fidejussori nulla actio competit, si ipse pro debitore invito atq; reluctante fidejussit, *l. qui fide. & ibi glos. ff. Mand. facit. l. fin. C. de negot. gest.* Sin autem hæc fidejussio non sit facta pro invito & reluctante, ex ea oritur mandati actio contraria fidejussoris contra debitorem, si vel debitor mandavit fidejussori, ut is pro ipso interce-

deret. *l. cum mandato. ff. Mand.* vel ipse fidejussor intercesserit pro debitore non quidem hoc ipsum mandante, sed tamen hoc sciente atq; patiente, *d. l. Qui fide. facit. l. qui patitur. ff. Mand.* Sin verò pro ignorante quis fidejusserit, huic fidejussori contra debitorem non mandati, sed negotiorum gestorum actio datur, *l. Ex man-*
74 *dato. §. fin. ff. Mand. glos. d. l. Qui fide.* Et his actionibus experitur fidejussor contra debitorem principalem, postquam ipse debitorem principalem liberavit vel solutione, § *.si quid hic. vel delegatione.l. inter causas. §. abesse. ff. de fidejuss.* vel oblatione, depositione & consignatione debiti, *l.qui mutuam. §. fidejussor. ff. Mand.* vel eo ipso quod principalem obligationem animo novandi in se suscepit, *l. si mandato. §. si in judicio. ff. Mand.* vel alijs modis, qui vicem solutionis obtinent, *arg.l. si mater.C.de institut. & substit. l. mulier.in prin. ff. ad Sc.Trebell.* Hoc tamē fallit, in omnibus casibus, in quibus supra diximus, creditorem non compelli fidejussori actionem contra debitorem cedere: nam in illis omnibus casibus, cessio non facta ipsi fidejussori contra debitorem actio nulla datur vel competit, *Bart. l. 1. n. 6. C. de transact.* Et ultra hos casus simili modo non datur actio, licet debitum solverit, contra debitorem, si vel pacto hoc inter contrahentes placuerit, *l. 1. §. si conveniat. ff. depos.* vel si ipse in judicio conventus exceptionem peremptoriam debitori competentem, quaq; ipse uti potuit scienter omiserit, *l. si fidejussor conventus. in prin. ff. de fidejuss. Ang. hic. §. si quid,* vel si ipse injustè condemnatus sciens atq; prudens provocare neglexerit, *l. si procuratorem. §. si ignorantes. ff. Mand.* vel si hoc mandatum,
75 cujus contemplatione ipse intercessit nullum sit. Antequam

tequam autem solutione debiti fidejussor debitorem liberaverit, ipse contra debitorem hisce actionibus experiri non potest, ut ipsum ab hac obligatione fidejussoria liberet, nisi hoc inter fidejussorem & debitorem expresse actum fuerit, *l. si pro ea, & ibi Bald. C. Mand.* vel nisi fidejussor jam huius debiti nomine condemnatus fuerit, *l. Lucius. ff. Mand.* vel nisi debitor principalis bona sua dilapidare cœperit, *c. fin. & ibi Abb. extr. de fidejuss.* vel nisi ipse purè obligatus, *l. facere posse. ff. solut. matrim.* diu in obligatione steterit, *d. l. Lucius*, quod tempus diuturnum arbitrio judicis relinquendum est, *Bald. d. l. si pro ea. Abb. d. c. fin. arg. l. 1. C. de jur. delib.* sed & fidejussor si vel aliquem in judicio sisti promisit, *d. §. si in judicio.* vel ex necessaria causa illum peregrinari oporteat, *Abb. d. c. fin. arg. l. aut longa. ff. de procurat. l. si longius. in prin. ff. de judic.* vel si ipsi debitori culpa non sua, *l. non fraudantur. in fin. ff. de Reg. jur.* sed ipsius debitoris factus fuerit, petere potest, ut ipse statim liberetur, *arg. l. licet. ff. de Arbitr.* Contra alios autem fidejussores, fidejussori a- 76
ctio nulla datur nisi cessa, *l. ut fidejussor. ff. de fidejussor.* quo facto, ipse fidejussor, eadem actione contra alios fidejussores agit, qua creditor ante cessionē factam, contra illos fidejussores experiri potuisset, *Bart. d. l. Modestinus, arg. l. Pomponius. §. cum quis. ff. de adquirend. possess.*

IN TIT. XXII.

DE LITERARUM OBLIGATIONIBUS.

SUMMARIA.

1. *Definitio obligationis literarum, ejusq; plena declaratio, n. sequentibus usq; ad n. 15. exclusivè.*
2. *Cur hic contractus nominatus sit & stricti iuris?*
3. *Firmatur hunc contractum celebrari non aliter posse, quàm si in instrumento quis confiteatur, se mutuam pecuniam accepisse. Non ut ex confessione absq; scriptis facta probatio oritur; sic & obligatio. Ibid.*
4. *Sententia glos. volentis literarum obligationem non oriri ex instrumento privato ab alio quàm à debitore scripto: in quibus casibus procedat vel non procedat?*
5. *Et an ex instrumento à persona privilegiata conscripto literarum obligatio oriatur?*
6. *Et quid si instrumentum à notario fuerit conscriptum.*
7. *Literarum item obligatio, ita demum contrahitur, si absque stipulatione quis in instrumento se alterius debitorem esse scripserit.*
8. *Et quidem se mutuo aliquid accepisse, confirm. n. seq.*
9. *Scriptura quando semiplenam, & quando plenam probationem faciat: & quo casu ex illa obligatio oriatur?*
10. *Certa quoq; quantitas mutui in instrumento conscribenda est.*
11. *Quodq; spe futuræ numerationis quis pecuniam acceperit, fatendum. Declaratur ibid. & n. 13.*
12. *Obligatio semel legitimè orta atq; perfecta ex causa superveniente tolli vel infringi nequit.*
14. *Ex contractu literis celebrato, ante biennium quæ obligatio, qualisq; post biennium oriatur? Verbum obligari prolatum in aliqua dispositione naturalem & civilem obligationem denotat. ibid.*
15. *Literarum obligatio quotuplex; & de qua specie hic agatur?*
16. *Literarum obligatio quæ oritur ex confessione dotis in scriptis spe futu-*

spe futuræ numerationis facta: in quo ab illa, quæ ex confessione mutui descendit, differat? Exceptio non numeratæ dotis quando debeat opponi, ibid.

17. *Creditori ex literarum obligatione condictio ex lege competit etiam ante biennium: licet exceptione non numeratæ pecuniæ repelli possit.*

18. *Medium concludendi in libello formato ex hac condictione quod sit?*

19. *Reo qui literis obligatus est, quæ remedia contra hanc obligationem dentur: & n. sequentib. usq; ad fin.*

20. *Exceptionem non numeratæ pecuniæ reo convento etiam intra biennium dari ampliatur multis casibus.*

21. *Quibus non tantum debitori, sed & heredi, fideiussoribus, mandatoribus vel creditoribus, item & illi qui in se tanquam principalis debitor obligationem hanc recepit, competit.*

22. *Et quidem tam contra ipsum creditorem, quàm successores illius.*

23. *Exceptio non numeratæ pecuniæ quibus casibus ante biennium debitori non detur?*

24. *Exceptionem non numeratæ pecuniæ reus non probat, quod regulariter in alijs exceptionibus secus est.*

25. *Exceptio non numeratæ pecuniæ, ut & ceteræ exceptiones, quæ incidenter obijciuntur, tàm in scriptis, quàm absq; scriptis proponi potest.*

26. *Et peremptoria est, & usq; ad sententiam agenti obijcitur.*

27. *An verò post biennium eo casu obijci possit, si excipiens onus probandi hanc exceptionem in se recipiat, ambigitur.*

28. *Debitor item creditori agenti ex literarum obligatione, exceptionem doli, quæ in exceptionis nō numeratæ pecuniæ locum succedit, obijcere potest.*

29. *Confessus in instrumento sub spe futuræ numerationis se mutuam pecuniam accepisse, obligationem, pecunia non numerata, condictione indebiti, vel sine causa, condicere potest.*

30. *Ex literis obligatus, si creditor ipsum non conveniat, protestationem emittere potest, qua declaret pecuniam, quam se recepisse scripsit, numeratam nondum esse.*

31. *Hæc querela qualiter, apud quem, & intra quod tempus proponi possit: & quæ eius sit efficacia.*

Tertia species obligationum ex contractu descendẽtium est literarum obligatio, quam Imperator in
1 hoc titulo nostro tractat. Est autem literarum obligatio contractus nominatus, stricti juris, in quo contractu is, qui in instrumento tacitè vel expresse absq; stipulatione confessus est, se certum quid mutuo accepisse spe futuræ numerationis, intra biennium civiliter tantùm, post biennium verò civiliter & naturaliter obligatur.
2 Quæ definitio sive descriptio apertissimis rationibus comprobatur. Namq; cum literarum obligatio habeat nomen speciale alijs contractibus non communicabile, certum est, literarum obligationem contractum nominatum esse, *Bart. l. 1. n. 9. ff. de condict. ex leg. arg. glos. Rubr. & ibi Bart. C. de rer. permut.* Similiter cum hic contractus, non enumeretur inter contractus bonæ fidei, *in §. actionum. infra de actionib.* dubium non est, hunc con-
3 tractum & stricti juris esse, *glos. 1. d. §. actionum,* Neque aliter hic contractus celebrari potest, quàm si in instrumento quis confiteatur, se mutuam pecuniam accepisse, *ut hic, verb. debere se scripserit:* Namque licet ex confessione etiam absq; scriptis facta, probatio oriatur, *c. cum ad sedem. extra de restit. spoliat. c. fin. & ibi Abb. extra de success. ab intest. Bart. & Dd. in l. admonendi. ff. de jurejurand. Abb. & Dd. Rubr. extra de probationib. Ias. l. si causa cognita. C. de transact.* Tamen ex confessione nunquam obligatio oritur, *l. cum falsa. & l. cum testamento. C. de jur. & fact. ignor. l. nuda ratio. ff. de donat.* nisi hæc confessio fuerit in instrumento facta, *glos. l. si non singuli. ver. rei gestæ. C. si cert. petat.* Sed instrumento interveniente indistinctè ex confessione mutui oritur hæc obligatio, sive ipse debitor hoc instrumentum conscripserit,

ut hic,

ut hic, in verb. debere se scripserit. glos. l. si ex cautione. C. de non numer. pecun. sive alius hoc instrumentum conscripserit, ipse verò se subscripserit, *Ang. §. 1. n. 21. infra de except. arg. l. cum antiquitas. §. fin. & ibi Ias. C. de testament. Alex. & Ias. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verb. oblig.* sive neutrum horum intervenerit, sed quidam tertius nomine atq; mandato debitoris hoc instrumentum vel conscribat, vel se ei subscribat, *arg. l. ita tamen. §. gessisse. ff. de administ. tutor.* Et licet glos. *hic, in* 4
verb. si quis. & in d. l. si ex cautione. C. de non numer. pec. velit, hanc literarum obligationem non oriri ex instrumento privato ab alio quàm à debitore scripto, tamen hæc sentẽtia glossæ procedit in illis casibus, in quibus non constat privatam scripturam tertij, mandante debitore factam: tunc enim, quia hæc scriptura privata contra debitorem nullam probationem facit, *l. Instrumenta. & l. Exemplo. C. de probat.* certè, nec eum civiliter vel alio modo obligare debet quod est multo majus, *arg. l. relegatorum. §. potest. ff. de interdict. & releg. l. qui indignus. ff. de senator. l. cui pacto. ff. de serv. export. c. cum illorum. extra de sentent. excommunic.* Secus verò est in ijs casibus, in quibus privata scriptura plenam probationem contra tertium facit, qualis est scriptura privata, tribus testibus subscripta, *l. scripturas. C. Qui potior. in pignor. habeant.* vel quam debitor confitetur illius mandato scriptam esse: hisce enim casibus etiam ex privata scriptura tertij hæc obligatio oritur, *Ang. Perus. d. l. si ex cautione. C. de non num. pecun. Ang. Aret. §. Idem juris. n. 21. infra de Except.* Et sive quis scribat in instrumento se mutuum accepisse, *l. sub specie. C. de postul. l. si quasi. C. de non numer. pecun.* vel se debere alicui certum quid ex causa mu-

tui, *ut hic*, vel se confiteri, quod mutuum acceperit, omnib. hisce casibus inquam, ex hac scriptura literarum obligatio oritur, *Ang. §. idem juris. n. 24. infra de except. glos. hic, in verb. debere. glos. l. In contractibus. ver. conscriptum. & ibi Bald. C. de non numer. pec.* licet adjectum non sit debitorem promittere creditori hanc pecuniam mutuam red-
5 dere. Et hoc locum habet, etiamsi hoc instrumentum à persona privilegiata, Ecclesia nempe vel civitate cõscriptũ fuerit: namq; ex hac scriptura, secundùm receptiorem sententiam, reclamantibus quibusdam, *Bald. Auth. Hoc jus porrectum. col. 3. De SS. Eccles. Ang. d. §. Idem juris. Ias. l. 2. §. fin. n. 19. ff. si cert. petat.* literarum obligatio oritur, *Abb. & Felin. c. si cautio. extra de fid. instrum. Abb. c. fin. extra de solut. Ias. l. Qui pecuniam. ff. si cert. petat.* Quia etiam personæ privilegiatæ in casibus specialiter privilegiatæ non reperiuntur, jure communi utuntur, *l. Item veniunt. §. in privatorum. ff. de petit. he-*
6 *redit. l. 1. C. eod. tit.* Præterea etsi hoc instrumentum à notario conscriptum fuerit, ex hoc literarum obligatio descendit, *glos. hic. ver. si quis*: quod tamen ita demum verum esse volunt Dd. si Notarius conscribat in instrumento debitorem confessum esse, se mutuum quid accepisse: secus verò esse, si Notarius conscribat debitorem mutuam pecuniam accepisse, *glos. Bart. & Dd. d. l. si ex cautione. Felin. d. c. si cautio*; Eô, quia tunc, cum instrumentum publicum veram numerationem mutui probet, *l. antiquæ. C. ad SC^tm. Vellejanum. l. cum precibus. C. de probat.* fictam literarum obligationem producere nequeat, *l. fi-*
7 *lio. ff. de lib. & posth.* Et ita demum hæc literarum obligatio contrahitur, si absq; stipulatione quis in instrumento se alterius debitorem esse scripserit: secus verò, si stipula-

ſtipulatione interveniente ſe id, quod in inſtrumento, mutuò accepiſſe ſcribit, per ſtipulationem ſolennem reddere creditori promittat, *ut hic. ver. ceſſante verborum obligatione. gloſ. hic ver. debere.* Tunc enim, quia ex ſtipulatione ordinario remedio obligatio & actio nata eſt, ex literis reſpectu eiuſdem rei, ficta & extraordinaria obligatio oriri non poteſt, *l. in cauſa. la. 2. in prin. ff. de minorib. l. in provinciali. §. 1. & ibi Bart. Alex. & Iaſ. ff. de oper. nov. nunc.* Neq; aliter quàm ſi quis ſe aliquid mutuò 8
accepiſſe in inſtrumento conſcripſerit, hæc literarum obligatio oritur, *gloſ. hic verb. debere. gloſ. d. l. In contractibus. in prin. verb. res. C. de non numer. pec. gloſ. l. ſi præſens. C. de epiſcop. audient. Bald. in l. generaliter. n. 6. C. de non numer. pecun. Ang. hic. n. 4 & Ang. d. §. Idem juris. n. 21.* Namque 9
licet regulariter ſcriptura, cauſam nullam continens, ſemiplenam probationem faciat, *gloſ. l. cum de indebito. §. fin. ver. ſtari. ff. de probat. Specul. §. nunc videndum. ver. ſed nunquid de confeſſ. Abb. d. c. ſi cautio, & ibi Felin. n. 12. Iaſ. l. Admonendi. ff. de Iurejur.* Inſtrumentum verò ſive ſcriptura cauſam debiti continens, ſi fuerit agnita vel aliàs legitimè conſcripta, plenam fidem de eo, quod in iſta ſcriptura continetur, faciat, *d. l. generaliter*; tamen, præterquam in mutuo ex inſtrumento vel ſcriptura obligatio nulla oritur, *l. Publia. §. fin. ff. depoſ. l. contrahitur. ff. de pignor. l. cum res. C. de probat.* Requiritur quoq; ut certa 10
ſumma ſive quantitas mutui in inſtrumento conſcripta ſit: Si quis enim ſimpliciter non expreſſa certa quantitate in inſtrumento confeſſus fuerit ſibi mutuum datum, hæc ſcriptura ad producendam literarum obligationem inefficax eſt, *arg. l. Triticum. & l. ita ſtipulatus. ff. de verb. obl.* Neq; alio modo hæc obligatio oriri poteſt, niſi quis 11

ſpe futuræ numerationis mutuam pecuniam accepiſſe fateatur, *gloſ. hîc ver. Quòd numeratum non eſt*: Namque ſi quis fateatur in inſtrumento ſe accepiſſe mutuo id, quod revera, vel tempore inſtrumenti confecti, vel antea numeratum fuit, ex hoc inſtrumento literarum obligatio non oritur, *Alex. l. berti condictio. §. quoniam. n. 11. ff ſi cert. petat. arg. l. Adverſus. C. de non numer. pecun.* Eo, quia cum hoc caſu ex vero mutuo obligatio orta ſit, *ſupra quib. mod. re contrah. oblig. in prin.* ex mutuo ficto, literis videlicet, obligatio oriri non poteſt, *arg. d. l. filio. in prin. & ibi Iaſ. facit. d. l. in cauſa. la. 2. in prin.* niſi forſan hoc inſtrumentum continens confeſſionem mutui præceſſerit verum mutuum: tunc enim ex hoc inſtrumento, non obſtante eo, quod mutuum verum poſtea intervenerit, obligatio literarum oritur: tum quia veriſimile eſt, mutuum ſequens factum eſſe cauſa implendi præcedentem contractum literarum, *Bald. l. ſi ex cautione. n. 13. C.*
12 *de non numer. pecun.* Tum quia obligatio ſemel legitimè orta atq; perfecta, ex cauſa ſupervenient tolli vel infringi non poteſt, *l. patre furioſo. & ibi Iaſ. ff. de his qui ſui ſunt vel alien. jur. l. pluribus. §. etſi placeat. & ibi Bart. ff. de*
13 *verb. oblig.* Cæterum illud non refert, utrum quis totam ſummam in inſtrumento conſcriptam, an verò tantum partem ejus ſpe futuræ numerationis ſe mutuo accepiſſe confiteatur. Namq; pro illa parte, quæ ipſi verè numerata eſt, ex hoc negotio obligatio mutui, pro alia verò parte ex hoc negotio literarũ obligatio deſcendit, *Ang. l. 2. & l. cum ultra. C. de non num. pecun. facit. l. qua de to-*
14 *ta. in prin. ff. de rei vendicat. l. qui ſcit. in prin. ff. de uſur.* Porrò ex hoc contractu literis celebrato, ante biennium civilis tantum obligatio oritur, *gloſ. Bart. & Iaſ. l. 1. ff. de condict.*

dict. indeb. Bart. & Ias. l. cum quis. C. de jur. & fact. ingnor. Abb. c. fin. extr. de solut. c. fin. 1. q 4. Post biennium ex hoc instrumento sive scriptura civilis & naturalis obligatio simul oritur, *Bart. & Ias. l. Cum quis. C. de jur. & fact. ignor. ijdemq; in d. l. 1. ff. de cond. indeb.* tum quia lex dicit elapso eo tempore, post quod exceptio non numeratæ pecuniæ objici non potest, debitorem ex scriptura sive instrumento obligari, *ut hic. ver. scriptura obligetur.* Quod verbum obligari, prolatum in aliqua dispositione, naturalem & civilem obligationem denotat, *arg. l. 1. ff. si ager vectig. vel emphytheut. petat.* tum quia ipse qui se quid debere conscripsit, eo ipso, quod post hoc, biennium labi patitur, consensisse intelligitur huic obligationi literarum, *l. sub specie. & ibi Bald. C. de postul.* ex quo consensu regulariter naturalis obligatio oritur, *arg. l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de constit. pecun. l. juris gentium. §. sed cum nulla. ff. de pact.* Hæc obligatio literarum duplex est: una 15
quæ descendit ex confessione mutui in instrumento facta, de qua propriè hic titulus noster atq; definitio nostra loquitur. Alia est quæ oritur ex confessione dotis in 16
scriptis spe futuræ numerationis facta, *Bald. d. l. generaliter. n. 6.* quæ in omnibus & per omnia ferè literarum obligationi ex mutuo descendenti æquiparatur, excepto tamen eo, quod ex prima specie literarum obligationis in continenti post biennium civilis & naturalis obligatio oritur, ex secunda verò specie literarum obligationis constante matrimonio non nisi decennio elapso, postquam hoc instrumentum confectum, in quo confessio dotis receptæ, conscripta, civilis & naturalis obligatio nascitur, soluto verò matrimonio intra biennium ex hac scriptura post annum; alioquin verò si post bien-

biennium ante decimum annum completum, matrimonium ſolutum fuerit, poſt tres menſes ex hac ſcriptura, literarum civilis & naturalis obligatio oritur, *Auth. Quod locum habet. C. de dot. cauſ. non numer. §. ge-*
17 *neraliter. Auth. de tempor. non ſolut. dot.* Porrò ex hac ſcriptura illi, in cujus favorem illa facta eſt, condictio ex lege datur, contra eum, qui hoc inſtrumentum vel conſcripſit vel ſuo nomine conſcribi juſſit, *ut hîc. ver. condictio. & ibi gloſ.* Quod non tantùm verum eſt poſt biennium, poſt hoc inſtrumentum conſcriptum, elapſum, ſed etiam procedit intra biennium, *Bart. d. l. ſi ex cautione.* Cum enim creditor ex hac ſcriptura, ante biennium agens exceptione non numeratæ pecuniæ repellatur, *ut hîc. & l. ſi ex cautione. & l. In contractibus. in prin. C. de non numer. pecun.* ſatis liquet creditori etiam ante biennium ex hac literarum obligatione actionem na-
18 tam eſſe, *arg. l. 2. in prin. ff. de Except.* Et in libello formato in hac condictione ex lege medium concludendi eſt, quod conventus ſcripſerit vel in ſcriptis confeſſus fuerit, ſe mutui vel dotis nomine certum quid accepiſ-
19 ſe, *Ang. hîc. n. 3. & d. §. idem juris. n. 9. 22. & 25.* E converſo verò reo, qui literis vel ſcriptura obligatus eſt,
20 plura remedia contra hanc obligationem dantur. Namque primò reo ex hac ſcriptura convento, intra biennium exceptio non numeratæ pecuniæ datur, *ut hîc. & l. in contractibus. in prin. C. de non numer. pecun.* Quod habet locum etiamſi hæc confeſſio jurejurando confirmata fuerit, *l. fin. C. de non numer. pecun.* vel ſi quis ſcripſerit ſe vel revera mutuam pecuniam accepiſſe, *Dec. l. qui pecuniam. ff. ſi cert. pet. & in l. 2. n. 13. C. de Edend.* vel hanc confeſſionem aut promiſſionem pecuniæ mutuò acceptæ non

non fecisse sub spe futuræ numerationis vel similibus verbis, *Bart. d. l. si ex cautione, Felin. d. c. si cautio. n. 51. Ias. d. l. qui pecuniam. Ias. d. l. cum quis. n. 18. Alex. cons. 35. col. 1. incip. visa scriptura. lib. 1.* Item etiamsi hæc confessio in instrumento guarentigiato, quod executionem paratam habet, facta fuerit, *Bald. d. l. Qui pecuniam*, vel si quis in continenti huic exceptioni non numeratæ pecuniæ renunciaverit, *Bart. d. l. si ex cautione. Felin. d. c. si cautio. n. 48.* vel debitor hujus obligationis contemplatione creditori pignus vel fidejussorem dederit, *l. 1. l. tam mandatori. & l. pen. C. de non numer. pec.* vel si statutum illius loci, in quo hoc instrumentum conscriptum est, sanciat, nullam aliam exceptionem præter simulationis, contra instrumentum privatum vel publicum objici posse: Namq; hisce omnibus casibus exceptionem non numeratæ pecuniæ debitor intra biennium habet, *Bart. & Bald. l. sub specie. C. de transact.* Et hisce casibus hæc ex- 21
ceptio competit non tantum debitori, sed etiam heredi, *l. si intra. C. de non numer. pecun.* fidejussoribus, mandatoribus, *d. l. tam mandatori*: vel creditoribus ejus, *l. pen. C. de non numer. pecun.* ex persona debitoris non autem illorum propria, *glos. & Bald. d. l. tam mandatori. C. de non numer. pecun. Ang. d. §. Idem juris. n. 13.* Itemq; & illi qui in se tanquam principalis debitor hanc obligationem recepit, *glos. l. frustra. C. de non numer. pecun.* Et 22
datur tàm contra ipsum creditorem, quàm successores illius, tàm universales, *d. l. si intra*: quàm singulares, *Ang. d. §. Idem juris. n. 18.* E diverso hæc exceptio et- 23
iam ante biennium debitori non datur, si ipse ex intervallo postquam hanc cautionem emisit, hanc cautionem agnovit, vel quia debiti aut usurarum partem solvit. *l.*

 cum si-

cum fidem. C. de non numer. pecun. vel creditori secundùm cautionem fecit hujus debiti nomine, *glos. verb. penitus. d. l. in contractibus.* §. *1.* vel terminum ad solvendum debitum recepit, *arg. l. ad solvendum. C. de re judic.* Idem est si debitor huic exceptioni renunciavit vel cum juramento, *Bart. l. fin. C. de non numer. pecun.* vel ex intervallo, *Bart. d. l. si ex cautione. Bart. & Bald. d. l. cum fidem. Ias.* §. *fuerat. n. 80. infra de actionib. Ang. d.* §. *Idem juris.* vel si in instrumento juraverit sibi revera pecuniam mutuam numeratam, *Bald. d. l. fin. C. de non numer. pecun.* vel si hæc confessio scripta debiti fuerit facta in testamento, *glos. fin. l. 1. & ibi Bart. & Bald. C. de fals. caus. legat. adject.* vel in judicio, *Ias. d. l. qui pecuniam. n. 7. Felin. d. c. si cautio. n. 47. Dec. c. 1. n. 22. vers. Sexto probatur. extra de judic. arg. gl. 2. junct. text. in l. 1. C. de confess.* vel à campsore, *Bald. l. frustra. C. de non num. pec. Ias. l. 2.* §. *creditum. n. 19. ff. si cert. petat. Idemq; Ias. in d. l. qui pecuniam. & in d. l. cum quis. n. 18. Felin. d. c. si cautio. arg. glos.* §. *fin. ver. argentariorum. Auth. de fidejussor.* vel si statuto expresse cautum fuerit, ne contra instrumentum exceptio non numeratæ pecuniæ objici possit, *Bald. d. l. si ex cautione. quæst. fin. Felin. d. c. si cautio. n. 55. arg. l. 2. in fin. C. de non numer. pecun.* Porrò circa hanc exceptionem advertendum,
24 quod cum reus in exceptione actoris vice fungatur, *l. 1. ff. de except.* licet regulariter sicut actor actionem suam, *l. qui accusare. C. de edend.* Ita & reus exceptionem suam probare cõpellatur, *l. 1. C. de probat. l. In exceptionibus. ff. eod. tit.* tamen hoc speciale est in exceptione non numeratæ pecuniæ, quod illam non reus excipiens, sed actor cui hæc exceptio objicitur, probare cogatur, *d. l. si ex cautione. Bart. Alex. et. Ias. l. In illa. ff. de verb. oblig.* Præterea hæc exceptio
25 sicut

ſicut cæteræ quoq; exceptiones, quæ incidenter objiciuntur tàm in ſcriptis quàm abſq; ſcriptis proponi poteſt, *arg. rubr. n. 26. infr. de except. Bart. l. 1. ff. de except.* Et hæc 26
exceptio peremptoria eſt, atq; uſq; ad ſententiam agenti ex ſcriptura ſive inſtrumento objici poteſt, *Bart. l. 3. ff. de except. Ang. d. §. idem juris. col. fin.* Poſt biennium verò 27
hæc exceptio agenti ex inſtrumento vel chirographo mutui opponi non poteſt, *ut hic. & d l. In contractibus. in prin.* niſi excipiens ſuſceperit in ſe onus probandi hanc exceptionem: tum enim non obſtante lapſu biennij hæc exceptio creditori agenti ex chirographo ſecundùm communem ſententiam Dd. objici poteſt, *gloſ. hic. verb. obligetur. & ibi Ang. gloſ. Bart. & Bald. d. l. ſi ex cautione Ang. d. §. Idem juris. n. 4. Iaſ. d. l. Qui pecuniam.* Pract. Papienſ. *in form. libell. actionis hypoth. ver. mutuo. n. 9.* affirmans hanc opinionem veram, licet contrarium teneat Felin. *c. ſi cautio. n. 60. extr. de fid. inſtrument. Petr. Duen. Reg. 261. n. 1. Odofred. d. l. ſi ex cautione. & ibi Alber. n. 2.* ubi Albert. dicit hanc opinionem communiter obſervari, *Bertrand. conſ. 83. n. 3. lib. 7. Bertrand. conſ. 259. n. 21. lib. 7.* Secundò 28
debitori permittitur contra creditorem ex hac ſcriptura agentem exceptionem doli objicere, *d. l. ſi ex cautione;* Quæ exceptio doli, cum in locum exceptionis non numeratæ pecuniæ ſuccedat, in omnibus quoad propoſitum noſtrum naturam exceptionis non numeratæ pecuniæ ſortitur, *arg. l. ſi eum. §. qui injuriarum. & ibi Bald. & Dd. ff. ſi quis caution. Bart. l. 1. §. pen ff. ſi quis teſtam. lib. eſ. juſ. fuer.* Tertiò is qui ſcripſit vel cavit in inſtrumento 29
ſub ſpe futuræ numerationis ſe mutuam pecuniam accepiſſe, pecunia non numerata, hunc chirographum ſive inſtrumentum condictione vel indebiti vel ſine cauſa

condicere poteſt, *l. ſi quaſi. C. de non num. pecun. l. ſub ſpecie. C. de poſtul.* qua condictione uſque ad 30. annos contra creditorem debitor experiri poteſt, *gloſ. verb. probare. d.*
30 *l. ſi ex cautione.* Quartò is qui ex chirographo vel ſcriptura obligatus eſt, ſi creditor ipſum non conveniat, poteſt proteſtationem ſive querelam emittere, qua declaret ſe, pecuniam quam ſe recepiſſe conſcripſit, numera-
31 tam non eſſe, *d. l. In contractibus.* §. *fin.* Quæ proteſtatio non aliter valet niſi in ſcriptis comprehenſa fuerit, *d. l. in contractibus.* §. *fin. & Auth. Hoc ita. C. de non num. pecun.* §. *ſin autem, neq; intra decennium. & ibi gloſ. verb. literis. Auth. de tempor. non ſolut. dot.* & ſi fiat hæc proteſtatio præſentiâ, tàm interveniente, quàm non interveniente, judicis auctoritate facta valet, *d. l. in contractibus.* §. *fin. d.* §. *ſi neq; intra decennium*, abſente autem adverſario facta, non aliter tenet, niſi hæc proteſtatio apud judicem illius loci, in quo contractus celebratus eſt, fiat, *d. l. in contractibus.* §. *fin.* Sed hæc querela ſive proteſtatio non niſi intra biennium ab eo tempore computandum, quo hoc chirographum ſive inſtrumentum contra quod hæc proteſtatio emittitur, proponi poteſt, *l. ſub ſpecie. & ibi gloſ. verb. ſpatio. & d. l. cum ultra. C. de non num. pecun.* Et per hanc proteſtationem exceptio non numeratæ pecuniæ perpetua efficitur, ita videlicet, ut ſi creditore quandocunque ex hoc chirographo agente, ipſi exceptio non numeratæ pecuniæ objiciatur, ipſe non verò reus conventus teneatur atque compellatur probare reo convento pecuniam illam, quam ſe in inſtrumento accepiſſe conſcripſit numeratam eſſe, *l. ſi intra. C. de non numer. pecun.*

In tit.

IN TIT. XXIII.

DE OBLIGATIONIB. QUÆ EX CONSENSU.

SUMMARIA.

1. *Sine quibus contractus secund. Bald. nullus subsistat.*
2. *Omnium obligationum substantia quæ?*
3. *Qui contractus & cur consensu contrahi dici nequeant; sed ab alio quopiam denominationem accipiant.*
4. *Quique consensu contrahi dicantur.*
5. *Obligationes ex consensu descendentes statim atq; de consensu contrahentium liquet perficiuntur, licet in illis neque precij numeratio neq; rei traditio intervenerit arrhave data fuerit.*
6. *Adeò ut pœnitentia unius etiam in continenti superueniente, altera parte invita retractari nequeant.*
7. *Neq; in his verborum ulla solennitas requiritur.*
8. *Utq; in alijs contractibus regulariter scriptura non requiritur pro forma vel solennitate, ita nec in his contractibus qui consensu celebrari dicuntur.*
9. *Et sufficit in his contractibus consensum contrahentium ex gestibus vel tubæ sono alijsve quibuscumq; signis percipi.*
10. *Modò tamen hic consensus formiter exprimatur.*
11. *Contractus qui consensu celebrantur, quomodo & qualiter valeant non tantum si contrahentes simul & semel: verùm etiam si ex intervallo atq; diverso tempore consensum suum declaraverint.*
12. *Itemq; quomodo non tantum inter præsentes verùm etiam absentes celebrari possint, & n. seqq.*
13. *Non, ut ex ultima voluntate inter absentes etiam epistola vel nuncio non interveniente obligatio oritur: ita & ex contractibus. Declaratur ibid.*
14. *Nuncio vel epistola interveniente contractus qui consensu celebrantur, inter absentes inniti indistinctè qualiter valeant, & n. seq. & n. 17. & 18.*
15. *Non ut falsi procuratoris, sic & falsi nuncij contractus ratificari possunt.*

16. *Quid in epistola falsa.*
18. *Mandatum generale sufficere ad hoc ut contractus per nuncium celebratus valeat, Bald. sentit: sed Bart. rectius contra.*
19. *Contractus qui consensu celebrantur, quotuplices sint.*
20. *Omnes contractus qui ex solo consensu actionem & obligationem producunt, contractus nominatos esse glos. & Ias. existimat: quod auctor improbat.*
21. *Secunda contractuum, qui consensu celebrantur, divisio in duas species.*
22. *Quiq; ex illis stricti juris: & qui bonæ fidei dicantur.*
23. *Quam differentiam Imperator hic ponat inter bonæ fidei & stricti juris contractus.*
24. *In contractibus bonæ fidei officium judicis quantum præstet.*
25. *Usuræ, fructus cæteraq; accessiones à quo tempore in stricti juris, & à quo in bonæ fidei contractibus debeantur.*

1 PRæclarè atq; verò scripsit Bald. *in l. mutum. n. 4. C. si quis alter. vel sib.* tria esse, sine quibus contractus nullus subsistere potest, personam videlicet contrahentium, ut illa ad contrahendum habilis sit; voluntatem contrahentium, consensum declarantem: & potestatem, ut contractus secundùm legum dispositionem, tàm quo ad
2 materiam, quàm quo ad formam celebretur. Ideoque meritò omnium obligationum sive re, sive verbis, sive literis, sive consensu contrahantur substantia, consensus est, *l. 1. §. adeò. ff. de pact. l. cum Aquiliana stipulatio. ff. de transaction. l. obligationum substantia. ff. de act. & oblig.* Et hoc habet locum sive illæ obligationes ex contractu vel quasi, *l. si per errorem. ff. de jurisd. omn. judic.* sive etiam ex delicto descendant: unde infans, furiosus, dormiens, mente captus, quia consensu & judicio penitus carent, delinquentes non obligantur, *l. Infans. ff. Ad leg. Corn. de Sicar. l. Divus. ff. de offic. præsid. l. 2. & ibi Dd. C.*

Qui

Qui testam. fac. poss. clem. 1. de homicid. Quia tamen 3
obligationes aliæ præter illas, quæ consensu contrahi dicuntur, non solo consensu perficiuntur, sed ultra consensum requirunt vel rem, vel verba, vel literas, vel factum aliquod sive ex contractibus, *ut supra in præcedentib. tit.* tam nominatis quàm innominatis, *l. Ex placito. C. de rer. permut.* sive ex delictis descendant, *arg. l. cogitationis. ff. de pœn.* hæ obligationes consensu contrahi dici non possunt, *arg. l. hoc legatum. & ibi Bart. ff. de legat. 3.* sed vel à re vel à verbis vel à literis quibus perficiuntur tanquam potiori denominationem accipiunt, *arg. l. quæritur. ff. de stat. homin. Ias. l. Imperium. ff. de Iurisd. omn. judic.* Consensu verò contrahi dicuntur illæ obliga- 4
tiones, quæ ex consensu solo quibuscumque modis vel signis formiter declarato sive in continenti sive ex intervallo, tàm inter præsentes quàm inter absentes, epistola tamen vel nuncio ad hoc specialiter destinato, interveniente oriuntur atque actionem producunt. Certi 5
enim atq; manifesti juris est, obligationes ex consensu descendentes, statim atq; de consensu contrahentium liquet, perfici, licet in illis neq; pretij numeratio, neq; rei traditio, intervenerit, neq; arrha data fuerit, *infra de empt. & vendit. in prin. Ang. hic.* Adeò ut post hunc 6
consensum declaratum, hi contractus pœnitentiam unius partis, etiam in continenti superveniente, *l. quamvis. & ibi Alex. & Ias. C. de transact.* altera parte invita, *l. ab emptione. ff. de contrah. empt.* retractari non possint, *l. sicut. C. de action. & oblig. glos. Bart. Bald. Alex. & Ias. l. si pecuniam. in prin. ff. de condict. ob caus.* Neque in his con- 7
tractibus verborum ulla solennitas requiritur, *ut hic. & l. consensu. ff. de action. & oblig.* Ideoq; etiam mutus & surdus

glos.c.licet.de procurat.lib.6. Ias.l.1.§. qui præsens. idemq. Ias. in l.si stipuler.§.fin.ff.de verb.oblig.Petr.de Anchor. cons 229. n.2. Quod tamen ita demum procedit, nisi ab initio error interveniens consensum unius ex contrahentibus impedivisset: tunc enim licet is qui per errorem contractui non consensit, cognito sive comperto errore contractui consenserit: tamen contractus non aliter ratus nec firmus est, nisi & is qui primò consensit, consensum suum de novo signis quibusdam demonstraverit, *Petr. de Anchor.cons. 229. & cons. 230.Alex.d.cons.146.arg.c.veniens. & ibi glos. extr. de eo qui dux. in uxor, quam per adult. poll. c. fin.extr.de conjug.servor.glos. c. si quis ingenuus 29.q.2.* Et 12
hi contractus non tantum inter præsentes, sed etiam inter absentes celebrari possunt, *ut hic & d.l. consensu,* dummodo eo casu, quo hi contractus inter præsentes celebrantur, interveniente nuncio vel epistola celebrentur, *ut hic & d.l. consensu,& l. fin.ff. de sponsal.* Namq; licet ex 13
ultima voluntate inter absentes etiam epistolâ vel nuncio non interveniente obligatio oriatur, *l. Miles.in prin. l.cum pater. §.donationis.ff. de legat. 2.* Tamen ex contractibus inter absentes absq; nuncio vel epistola celebratis, obligatio & actio non oritur, *l. inter mortis causa donationes.ff.de donat. caus. mort. glos. l. illud. C. de SS. Eccles.* Quod usq; adeò verum est, ut habeat locum, etiamsi ego in præsentia aliquorum dixero, me vendere domum meam Titio, & unus ex astantibus hoc Titio significet, isq; de hac re certior factus, quod gestum est, ratum habeat, namq; ex hoc negocio contractus nullus descendit, *glos. d. l.Illud.& ibi Bart. & Bald. Idemq.Bart. l. Absenti. ff. de donat. Alex. cons.131.lib.4.glos.d. l.consensu.glos. l. 1. §.fin.ff. de contrah. empt.* Quinimo etsi unus ex illis quibus præsentibus

bus quis hæc verba protulit, respondeat dicenti, vendo Titio domum meam, Titius emit domum tuam, ex hoc licet Titius illud postea ratum habeat, emptio non oritur. *arg. l. multum. & ibi Bart. & Bald. C. si quis alt. vel sibi.* Quod procedere judico, si unus ex illis quibus præsentibus quis protulit hæc verba: Vendo domum meam Titio, respondeat: & ego emo domum tuam nomine Titij; eô, quia is qui protulit ita verba: Vendo domum meam Titio, voluit cum ipso Titio immediatè, non autem cum alio mediatè nomine Titij contrahere, is autem qui respondet se domum illius qui ista verba protulit nomine Titij emere, quia ipse hæc verba tanquam negociorum gestor Titij profert, ex hoc contractu sibi obligationem adquirere intendit, *arg. l. 1. ff. de instit. act. l. Damni infecti. §. fin. ff. de damn. infect. Bart. Alex. & Ias. l. stipulatio ista. §. si stipulor. ff. de verb. oblig.* Ideoq; hic contractus, quia partes circa obligationem dissentiunt, omninò nullus est, *arg. l. 1. §. 1. ff. de pact.* His adde quod si ego in domo mea existens dico me Titio fundum meum vendere, & Titius casu fortuito domum meam pertransiens, extra domum hoc audiens, me ignorante acceptet, ex hoc negotio obligatio non oritur, *Ang. hic.* Nuncio autem vel
14 epistola interveniente, hi contractus qui consensu celebrantur inter absentes initi, indistinctè valent, *ut hic. &*
15 *d. l. consensu.* Hoc primò tamen ita demum verum est, si ille nuncius per quem hic contractus celebratus est, verus nuncius sit: Namque licet contractus celebratus à procuratore falso, si is, cujus nomine hic contractus celebratus est, hunc ratum habeat, valeat atq; teneat, *arg. l. licet. & ibi glos. & Bart. ff. de judic. Ias. l. licet. C. de procurat. Dec. l. semper qui non prohibet. ff. de reg. jur.* etiamsi is procurator

curator ab initio verus quidem procurator fuerit, sed tempore contractus celebrati revocatus fuerit, *Bart. l. Pomponius. in prin. ff. de negoc. gest. Bald. l. si procuratori falso. col. fin. ff. de condict. ob caus. Idemq; Bald. d. l. multum interest*: Tamen contractus celebratus à falso nuncio, non valet neq; tenet, licet is cuius nomine hic contractus à nuncio celebratus fuit, hunc contractum ratum habeat, *arg. l. multum, & ibi Bart. & Bald. C. si quis alt. vel sibi. Bart. l. quia autem. §. fin. ff. de constit. pec. Bart. l. Pomponius. in prin. n. 13. ff. de negoc. gest. Bald. l. pupilli. §. sed si ego. ff. de negoc. gest. Bald. l. si procuratori. ff. de condict. ob caus. Bald. l. Cajus. ff. solut. matrim. Alex. cons. 90. n. 2. lib. 4. Felin. c. causam. la. 1. n. 7. extr. de judic.* Quod etiam locum ha- 16
bere judico, in epistola falsa, ut contractus illius ratione initus non teneat, licet is cuius nomine contractus celebratus fuit, hunc contractum ratum habeat; Eam ob causam quia inter nuncium falsum & epistolam falsam hoc casu nulla ratio diversitatis assignari potest: ideoq; in utroq; idem jus statuendum, *l. Illud. in prin. ff. ad leg. Aquil. l. à Titio. in prin. ff. de verb. oblig.* Secundò hoc ita 17
accipiendum est; dummodo tamen is, qui per nuncium vel epistolam contractum aliquem celebrat, istum nuncium vel in epistola contenta non revocet, antea quàm is nuncius vel epistola ad illum cui mittebatur perveniat: Namq; si is, qui nuncium vel epistolam ad contractum aliquem celebrandum misit, hunc nuncium vel in epistola contenta antea revocet, quàm nuncius vel epistola ad illum pervenerit, cum quo is qui nuncium vel epistolam misit contrahere voluit, licet is ad quem nuncius vel epistola missa est huic contractui, cujus respectu nuncius vel epistola missa est, consentiat: tamen hic con-

tractus secundùm communem atq; receptam Dd. sententiam non valet neq; tenet, *glos. clem. 1. de renunciat. Bald. l. si mandaßem. col. 3. ff. Mand. Bald. l. Mandatum. n. 16. C. Mand. Idemq;. in l. falsus. n. 22. C. de furt. & in c. 1. §. hoc nobis. n. 8. de pac. constant. Ang. hîc. n. 2. arg. l. si pater. in prin. ff. de manumis. vind. c. fin. & ibi glos. de procurat. lib. 6.* Si tamen is ad quem nuncius vel epistola missa est, ignorans hunc nuncium vel epistolam revocatam, contemplatione nuncij vel epistolæ contraxerit, atque exinde damnum acceperit, adversarius, qui hunc nuncium vel epistolam misit, ipsi omne damnum resar‹c›ire compellitur, *arg. l. si tibi mandavero. §. fin. ff. Man‹d›. Bart. l. Lucius. ff. de fidejussor.* Facit quod docet Bald. *in l. si procuratorem,*
18 *in fin. ff. de procurat.* Tertiò, licet Baldus sentiat etiam mandatum generale sufficere ad hoc, ut contractus à nuncio celebratus valeat, *Bald. Rubric. col. 2. C. de constit. pecun. & in d. l. multum. n. 7.* rectius tamen sentit Bartolus, quod contractus per nuncium celebratus, non aliter ratus sit, nisi ille nuncius ad hunc contractum celebrandum speciale mandatum habeat, *Bart. d. l. Quia autem. §. fin.*
19 Porrò hi contractus, qui consensu celebrantur, duplices sunt: Namq; aliqui sunt contractus nominati, alij sunt
20 innominati. Et licet glos. *in. l. fin. & ibi Ias. n. 13. ff. de condict. ob caus.* velit, omnes contractus qui ex solo consensu actionem & obligationem producunt, contractus nominatos esse: ego tamen huic sententiæ non astipulor: Nam cum certi atque indubitati juris sit, Omnes contractus, qui speciale nomen non habent, contractus innominatos non esse: dubium non est, pactum nudum, licet consensu solo ineatur in omnibus casibus, in quibus ex illo pacto obligatio & actio oritur, qui casus enumeran-

merantur per Alex. & Iaſ. *in l. jurisgentium. §. ſed cum nulla. ff. de pact. Felin. c. 1. extr. de pact. Iaſ. & Dd. §. de conſtituta. infr. de action.* contractum innominatum eſſe, *gloſ. l. 1. in prin. ver. figuris. in fin. ff. de act. & oblig.* Eô, quia pacti nomen generale eſt, omnibus contractibus communicabile, *l. 1. §. 1. ff. de pact.* Secunda diviſio contractuum, 21
qui conſenſu celebrantur, eſt, Quod quidam ſint contractus ſtricti juris, quidam verò bonæ fidei. Et contra- 22
ctuum qui conſenſu celebrantur, in primis omnes illi contractus, qui nomen ſpeciale non habent, ſtricti juris cenſentur, *arg. gloſ. §. actionum. infr. de action.* Similiter & donatio quæ conſenſu contrahitur, *l. ſi quis argentum. §. fin. C. de donat.* ſtricti juris contractus eſt, *arg. gloſ. 1. d. §. actionum.* Bonæ fidei autem contractus qui conſenſu celebrantur, dicuntur omnes contractus cum illo celebrati, qui ſuperiorem non recognoſcit, *Iaſ. l. civitas. ff. ſi cert. petat.* Deinde quoq; emptio, venditio, locatio, conductio, mandatum, ſocietas, quorum contractuum materiam imperator hîc & in ſequentibus quatuor titulis tractat, bonæ fidei contractus dicuntur. *d. §. actionum,* & ultra hos etiam dos & matrimonium, licet in illis ex ſolo conſenſu, obligatio & actio oriatur, *l. ad exactionem. C. de dot. promiſſ. l. ſufficit. cum l. ſeq. ff. de ſponſalib.* contractus bonæ fidei cenſentur, *§. fuerat. & ibi Iaſ. infr. de actionib.* Et quia Imperator in hoc titulo noſtro tantum 23
materiam contractuum bonæ fidei, qui conſenſu celebrantur tractat, ipſe in hoc titulo noſtro ponit unam differentiam inter contractus bonæ fidei & ſtricti juris, videlicet quod in contractibus ſtricti juris nihil veniat, niſi de hoc expreſſè actum fuerit, *arg. l. quidquid aſtringendæ. in prin. ff. de verb. oblig.* in contractibus autem bonæ fidei

multa veniant, de quibus expressè cautum non est, *ut hic.*
24 *& l. sed Celsus.* §. *1. ff. de contrah. empt.* Eo, quia tantundem facit in contractibus bonæ fidei officium judicijs, quantum facit in contractibus stricti juris expressa alicuius
25 rei repromissio, *l. Quia tantundem. ff. de negoc. gest.* Ideoq; licet in contractibus stricti juris fructus & accessiones, non nisi à tempore litis contestatæ, *l. cum fundus. in prin. & ibi Alex. Ias. & Dec. ff. si cert. petat. l. si filius.* §. *fin. & ibi Bart. & Dd. ff. de verb. oblig.* usuræ autem nunquam, etjam post litem contestatam, nisi per stipulationem promissæ, *l. 3. C. de usur.* debentur. *glos. l. 1. ver. usuras. C. de condict. indeb.* tamen in contractibus bonæ fidei usuræ, fructus, cæteræque accessiones statim à tempore moræ debentur, *l. In bonæ fidei. C. de usur. l. mora.* §. *In bonæ fidei. & l. videamus. ff. de usur. l. curabit. cum l. seq. C. de act. empt.* Reliquas differentias inter contractus bonæ fidei & stricti juris trademus *in.* §. *actionum. infr. de actionib.*

IN TITuL. XXIV.

DE EMPTIONE VENDITIONE.

SUMMARIA.

1. *Contractus in scriptis celebrari quando dicatur.*
2. *Et quando scriptura ex pacto contrahentium pro substantia contractus requiri censeatur, & n. seqq.*
3. *Improbatur opinio glos. & sequacium.*
4. *Verba contrahentium, secundùm contractus naturam intelliguntur: etiamsi illa per hoc supervacua efficerentur.*
5. *Scriptura ex legis vel statuti dispositione quando pro substantia contractus requiratur.*
6. *Verba legum secundùm materiam subjectam intelligenda.*

7. Con-

7. *Contractus in scriptis factus valet etiamsi vel à privato vel notario conscriptus fuerit.*
8. *Dummodo à contrahentibus subscriptus sit.*
9. *Quid autem si contrahentes imperiti sint literarum & scribere nesciant, in civitate autem contractum celebrent?*
10. *Omnis omnino contractus scriptis celebrari potest.*
11. *Cur autem si scriptis celebrentur, nihilominus non literis sed vel re vel consensu, vel verbis contrahi dicantur?*
12. *Quotiescunq; simul atq; semel in eodem subiecto concurrunt natura propria & accidentalis, propria natura tanquam potior attenditur, atq; actui denominationem tribuit.*
13. *Nihil actum censetur, quamdiu aliquid agendum superest: ideoque ex hoc contractu antequam is perficiatur nulli jus adquiritur:*
14. *Et contrahentibus impunè ab illo recedere licet.*
15. *Quid verò si arrba data fuerint?*
16. *Emphyteuta irrequisito domino, vendens emphyteusin contractu in scriptis celebrato, si ab hoc contractu antequam is absolutus fuerit desistat, emphyteusi ob id non privatur.*
17. *Agnatus vendens & tradens rem suam immobilem contractu in scriptis celebrato, si ab eo desistat antequam perficiatur, ex hoc contractu nullum jus proximioribus agnatis quarit.*
18. *Quo casu fisco de quolibet contractu gabella solvi debet, ea etiam solvenda venit, si contrahentes à contractu semel initio desistant:*
19. *Fallit, si contrahentes à contractu in scriptis celebrato, antequam is perficiatur recedant.*
20. *Instrumentum contractus in scriptis celebrati, antequam contractus perfectus & absolutus sit, fidem nullam facit.*
21. *Venditor si rem venditam, contractu in scriptis inito nondum completo, tradens quo casu nihilominus dominium huius rei in emptorem transferat, quove casu & qualiter usucapiendi saltem conditionem.*
22. *Cur vasallus, qui alteri in scriptis absque voluntate domini feudum suum vendit traditione eius interveniente, licet is à contractu desistat antequam absolutus fuerit, feudo tamen indistinctè privetur.*

23. Con-

23. *Contractus in scriptis facti, quando demum perfecti censeantur & absoluti?*
24. *Contractui in scriptis celebrato perfecto & absoluto, notarius nihil quicquam addere vel detrahere potest. Quod tamen declaratur ibid.*
25. *Scriptura super contractu confecta & absoluta casu fortuito deperdita, contractus nihilominus subsistit.*
26. *Contractus in scriptis celebratus non aliter probari neq; contra eum quidquam probari, nisi per scripturam potest.*
27. *Ampliatur id tribus modis.*
28. *Et limitatur quindecim casibus.*
29. *Emptionis descriptio ejusq; confirmatio & explicatio. n. seq. usque ad n. 144. inclusivè.*
30. *In emptione precium necessarium est.*
31. *Ideoq; emptio donationis causa facta precio non interveniente emptio dici nequit: declaratur ibid. & n. seq.*
32. *Unico nummo emptio contrahi quibus casibus possit.*
33. *Omne negotium in quo precij mentio facta est, emptio censetur.*
34. *Modò non sit facta mentio alterius tituli, preciumq; expressum conveniens sit rei in contractum deductæ.*
35. *Precium autem conventum certum esse debet ut emptio valeat, nec refert per se illud, an relatione ad aliud certum sit.*
36. *Quid verò si precium ex futuro aliquo eventu sit certificandum vel declarandum?*
37. *In arbitrium non contrahentium sed tertij collato precio emptio valet: modò is certum pretium definiat.*
38. *Sed quid, si certum precium non definiat arbitrator, vel injustum declaret?*
39. *Arbitrator precium declarare non cogitur, nisi id in se receperit.*
40. *Et hæc declarandi potestas, si inter partes aliud actum non fuerit, perpetuo durat, partibusque absentibus & non citatis expediri potest.*
41. *Precij mentio si fuerit facta non expresso certo genere numismatis, & sub appellatione numismatis in contractu expressi comprehendantur numismata varij generis, & valoris, aliud magis,*

ud magis, aliud minus usitatum sit, aliud propriè in loco contractus, aliud impropriè appellatione numismatis veniat, de quo numismate actum censeatur.

42. Precium conventum in contractu emptionis venditionis in qua moneta solvendum; & quid si antiquæ monetæ copia haberi non possit, illave penitus sit reprobata, contr. Practic. Papiens.

43. Precium pro re empta solvendum in pecunia consistere debet, aliàs emptio non contrahitur: quod tamen limitatur ibid.

44. Et ita demum pecuniâ interveniente emptio contrahitur, si emptor ad pecuniam obligatus fuerit ut ad quantitatem, pecuniaque conventa non sit reproba. Quod comprobatur ibid.

45. Res quoque & quidem certa, cujus respectu emptio celebretur requiritur: qua interveniente contractus indistinctè valet.

46. Re corporali vendita, quid emptorem ratione hujus rei sequatur? & num. seqq.

47. Quidque si domus, fundus, aliave res immobilis vendita sit.

48. Et quid si sylva cædua ad certum tempus vendatur, & fundus, manu satis exceptis.

49. Nomine vendito venditor emptori quas actiones cedere & quid præstare teneatur, & n. seq.

50. Emptio nominis minori precio facta simulata præsumitur & invalida est, nisi usque ad concurrentem quantitatem precij numerati.

51. Ad reliquum tamen venditor agit, nisi emptio simul & simulata & in fraudem facta sit.

52. Venditio rei alienæ quibus in casibus procedat.

53. Hereditate vendita, venditor emptori ad quid teneatur.

54. Rem in rerum natura non existentem, quæ tamen futura speratur, emere & vendere permissum est.

55. Spei venditio valet, ratio ibid.

56. Rei suæ emptio qualiter valeat.

57. Ut & illius rei quæ in contrahentium commercio non est.

58. Facta si vendantur utrum locatio & conductio, an verò & quando emptio venditio contrahatur.

59. *Quæ res vendi nequeant ultra præmissa, remißive.*
60. *Consensus ut omnium contractuum: ita & emptionis venditionis substantia est.*
61. *Qualis dissensus & qui error hunc contractum vitiet.*
62. *Emptionis contractus quando perfectus dicatur.*
63. *Si actum fuerit ut pro certa summa res certa vendatur, sive vel tradatur vel accipiatur, vel ad emptorem perveniat, emptio contrahitur: sin, ut detur, conventum fuerit, non item.*
64. *Fallit quibusdã casibus, quib. non obstante eo, quod contrahentes verbo Dare usi sint, emptionis contractus celebratus censetur.*
65. *Emptio item non tantum contrahitur atq; censetur perfecta, si purè, sed & si in diem vel sub conditione celebrata fuerit. Quod tamen declaratur ibid.*
66. *Si emptio sub conditione expressa fuerit celebrata, periculum casus fortuiti ante conditionem existentem eveniens, ad cujus damnum pertineat.*
67. *Quidque si sub conditione tacita contracta sit?*
68. *Emptor ex contractu emptionis obligatur, ut precium venditori det.*
69. *Unde infertur emptorem alienos nummos solventem non liberari: quod limitatur tamen ibid.*
70. *Re vendita nondum tradita an & quando venditori ad precium petendum actio detur.*
71. *Exceptionem rei non traditæ emptor venditori quo tempore objicere poßit.*
72. *Quæ exceptiones etiam post sententiam opponi poßint.*
73. *Exceptio rei non traditæ si à parte opposita non fuerit, an judex ex officio illam opponere poßit, emptoremq; condemnare ad precium solvendum sub conditione, si venditor ipsi rem venditam tradiderit.*
74. *Exceptio rei non traditæ sublata non intelligitur, etiamsi pacto vel statuto cautum sit, ne ulla exceptio contra instrumentum vel actionem aliquam opponi poßit.*
75. *Emptor ante executionem sententiæ, qua iudex simpliciter illum ad precium solvendum condemnavit, de re non tradita non excipiens, postea tamen rem petere per actionem ex empto non prohibetur.*

76. *Quibus casibus etiam post rem traditam emptor venditori precium solvere non cogatur.*

77. *Re perfectè tradita, emptor obligatur venditori non ad precium tantum, sed & ad precij usuras. Quod extenditur tribus, & limitatur sex modis n. seq. usq; ad n. 90.*

78. *Precij usuras venditor etiam de jure canonico petere potest.*

79. *Quatenus verò illas venditor, qui partem tantum rei solvit, & postea residuum rei venditæ emptori integre tradiderit, petere poßit?*

80. *Venditor etiam si intra decennium vel longius tempus, minus tamen 30. annorum has usuras, quæ tanquam interesse petuntur, non petierit, à petendis tamen ijsdem nullo modo excluditur.*

81. *At à petitione usurarum quæ sunt meræ usuræ, quis per negligentiam decennij excluditur secundùm commun. contra Bald. & Alex.*

82. *Emptor precij usuras non solvit, si res vendita sit talis, ut ex ea fructus nullus, nullaque commoditas ex usu eius percipi poßit contra Bald. & plures alios.*

83. *Idem est si de evictione quæstione mota, emptor ideo non solverit precium, quod venditor de evictione ipsi nondum satisdederit: Baldo & alijs malè contra sentientib.*

84. *Item si emptori re vendita, tradita, datus fuerit terminus ad solvendum: hoc enim casu licet fructus rei venditæ percipiat ante terminum, tamen usuras precij nullas solvit.*

85. *Nisi contrarium expreßè conventum fuerit: Hæc autem conventio qualiter facta valeat, ibid.*

86. *Si item res vendita post traditionem vel perierit vel emptori absq; dolo & culpa ablata fuerit aliòve modo fiat quo minus emptor ex illa fructus percipere poßit, an & ex quo tempore cogatur venditor usuras precij solvere? & n. seq.*

87. *Auctor inter usuras ex mora irregulari, & ex contrahentium conventione debitas, distingvit.*

88. *Mora irregularis quid operetur: & quid si emptor ultra hanc in mora regulari constituatur.*

89. *Tàm usura quàm interesse, ad quæ emptor ratione moræ obligatus est, officio tantum judicis debentur.*

111. *Redhibitoria competit in venditionibus tam à privatis quàm rebuspub. factis, à fisco celebratis non item.*

112. *Datur etiam in omnibus alijs contractibus onerosis per quos dominium in accipientem transfertur, sive illi bonæ fidei, sive stricti juris sint.*

113. *At locum non habet in venditione jurium aliarumve rerum incorporalium.*

114. *In venditione rerum immobilium id secus est:*

115. *Sicut & rerum mobilium quæ sunt pretiosiores, atq; pro quibus dupla promitti consveta est.*

116. *Pro libro quoque vitioso hanc actionem competere communis est conclusio.*

117. *Itemque pro rebus moventibus venditis.*

118. *Et non tantum id, quod principaliter venditum est, sed etiam quod rei venditæ ex conventione partium speciali accedit, propter vitium rei redhiberi potest.*

119. *Propter id tamen quod venditioni alterius rei accedit, id quod principaliter venditum est, redhiberi nequit.*

120. *Excepto equo cæterisque pecoribus venditis.*

121. *Nec tantum propter morbum vitiumve, sed etiam, si quid de qualitate aut bonitate rei venditæ promisit venditor si id verum non sit, redhibitoriæ locus est.*

122. *Redhibitoria qualis, & intra quod tempus intentari possit.*

123. *Tempus intra quod tam actio quanti minoris prætoria quàm actio redhibitoria exerceri debet, & quo ad initium, & quo ad progressum utilis est.*

124. *Et hæ actiones etiam re empta absque dolo & culpa emptoris, vel extincta, vel non apparente, vel evicta, contra venditorem emptori dantur.*

125. *Atque tam contra ignorantem, quàm contra scientem venditorem competunt.*

126. *Emptorem pro vitijs morbisve rei venditæ contra venditorem experiri posse, quod dictum est in quibus demum vitijs morbisq; procedat.*

127. *Morbus intra breve tempus post contractam venditionem apparens antiquis præsumitur.*

128. *Emptor scienter rem vitiosam emens propter vitia contra venditorem experire nullo modo potest.*

129. *Idem est si emptor vitium morbumve ignoraverit quidem, sed ignorantia illius sit crassa & supina, & facti ignorantia.*
Quæ tamen sententia declaratur ibid.

130. *Venditor item de vitijs morbisve rei non tenetur, si id expreßè actum fuerit.*
Quod itidem declaratur, ibid.

131 *Venditor etiam obligatur emptori ante rei traditionem rem venditam custodire, habita ratione doli, latæ atq; levis culpæ.*

132. *De levissima culpa nunquam tenetur, nisi hoc specialiter actum fuerit: vel ipse specialiter in se periculum vel custodiam rei susceperit.*
Inde infertur n. seqq.

133. *Furtum & incendium plerumq; culpa illius; cui custodia rei commissa est, factum intelligitur: levissima tamen culpa intervenisse præsumitur in dubio.*

134 *Periculum casus fortuiti post emptionem contractum eveniens venditor præstare nō cogitur, sed ad emptoris damnū pertinet.*

135. *Quod procedit etiamsi vinum vel simile quid, non ad mensuram, sed simpliciter venditum fuerit tanquam corpus certum.*

136. *Fallit tamen si actum fuerit expreßè ut periculum casus fortuiti etiam post emptionem contingens, ad venditorem pertinere debeat.*

137. *Item si hic casus fortuitus culpa vel dolo venditoris ad hoc destinato evenerit.*

138. *Item si venditor sit in mora tradendi rem venditam: item si genus venditum sit.*

139. *Idemq; si duæ res alternativè venditæ fuerint.*

140. *Item si expreßè actum fuerit ut vinum venditum degustetur.*

141. *Et si casus hic ex præterito morbo vel vitio rei venditæ evenisset.*

142. *Ut & si venditor sciverit rei venditæ casum sive periculum imminere, neque de hoc emptorem admonuerit.*
Unde infertur ibid.

143. *Quo casu venditor propter pactum de periculo casus fortuiti tenetur, de solito tantum casu fortuito obligatur, de insolito non item.*

144. *Ut periculum, ita & commodum omne post contractum emptionis perfectum rei venditæ accedens emptorem sequitur.*

145. *Emptionis triplex divisio.*

146. *Conditionalis emptionis subdivisio.*

147. *Emptionis conditionalis species est emptio ad mensuram contracta.*

148. *An & quando emptio vel venditio ad mensuram contracta censeatur? latè.*

149. *Emptio venditio sicut cæteri contractus, varia pacta admittit, inter quæ pactum de revendendo legis commissoriæ & addictionis in diem facilè primas obtinet.*

150. *Nec improbatum pactum de revendendo est, nisi simulatum vel in fraudem usurarum factum sit.*

151. *Id autem quibus modis fiat remissive.*

152. *Hoc pactum quando actionem, & quando receptionem tantùm pariat?*

153. *Ab hoc pacto de revendendo contrahentes destitisse non intelliguntur, ideo quod in instrumento super contractu emptionis etiam ex intervallo secundùm voluntatem contrahentium facto illud ascriptum non fuerit.*

154. *Secus est si hoc pactum ante contractum emptionis in præparatorijs emptionis conventum fuerit.*

155. *Hoc quoque pactum tàm à parte emptoris quàm venditoris ad heredes transit.*

156. *Pro quo autem precio emptor obligatus sit venditori rem emptã revendere.*

157. *Emptor qui rem aliquam cum pacto de revendendo emit, omnes fructus, quos ipse ex re empta percepit antequam ipsi venditor juxta pactum conventum precium offerat, lucratur.*

158. *Quid verò si venditor fundi ex hoc pacto volens redimere fundum prius venditum tempore messium vel vindemiarum, quo fructus nondum sunt collecti precium offerat?*

159. *Rem aliquam sub pacto de revendendo emens, eam præcisè revendere non cogitur nisi in casibus.*

160. *Quæ sit hujus ratio.*

161. *Oblato precio à venditore emptori ratione præscriptis verbis vel ex empto contra emptorem experiri potest, at dominium*

rei cum

rei cum pacto de revendendo vendita ad venditorem ipso jure non revertitur, nec ei vendicatio ejusdem conceditur, secund. communem contra Socin.

162. *Quod procedit etiamsi conventum fuerit, ut res vendita oblato prec[illegible], ipso jure sit inempta.*

163. *Per retrovenditionem etiam ex necessitate præcisa factum jus illius, cui res ante hanc venditionem vendita, donata vel pignoris titulo obligata fuit, nunquam resolvi, neq; ab illo hanc rem propter solum pactum de revendendo repeti posse auctor statuit contra quosdam.*

164. *Eamq; sententiam comprobat & ad contrariam rationem respondet. n. seqq. usq; ad n. 70.*

165. *Per retrovenditionem is qui rem aliquam cum hoc pacto emit, ab omni obligatione priori liberatur, & tantum ex secunda venditione perinde atq; si hæc venditio liberè facta fuisset, obligatur.*

166. *Quo casu per pactum de revendendo ipso jure titulus præcedens resolvitur facta oblatione precij: dominium tamen prius alteri adquisitum non tollitur secund. communem.*

167. *Regula quæ vult quod resoluto jure datoris, resolvatur & jus acceptoris, quando indistinctè vera sit, sive ex voluntate sive ex necessitate jus datoris resolvatur?*

168. *Et quid si is qui alteri in re certa jus concessit, ejus rei directum atq; plenum habuerit dominium?*

169. *Quando effectus pacti propter jus alicuius resolvitur, confertur in id tempus, quo is cuius jus resolvitur dominus rei esse desiit, pactum nihil operatur.*

170. *Cautela notabilis pro venditore rei sub pacto de revendendo, ut ei emptor omninò cogatur rem istam retrovendere.*

171. *Quid si conventum fuerit, usq; ad quod tempus emptor ad revendendum obligatus esse debeat?*

172. *Et quid si tempus ad revendendum præscriptum certum & determinatum sit & incommutabile?*

173. *Quidq; si tempus illud commutabile sit?*

174. *Retrovenditioni si certum tempus nullum præscriptum fuerit, facultati revendendi triginta annorum spacio præscribitur.*

175. *Quod procedit etiamsi dictum fuerit, ut emptor semper & quandocunque*

docunque ad omnem voluntatem venditoris cogatur ipsi hanc rem revendere.

176. *Item etiamsi huic præscriptioni renunciatum fuerit.*

177. *Et emptor in mala fide sit cont. Card. Paris. & Corn.*

178. *Fallit tamen si contractus cum pacto de revendendo factus fuerit usurarius vel simulatus.*

179. *Et si alicui fuerint venditi certi annui reditus, ipsi emptori à venditore ex bonis ab ipso venditore possessis præstandi. Ratio ibid.*

180. *Item si quis alteri vendiderit domum eo pacto, ut emptor volens domum revendere, cogatur illam venditori revendere, confirmatur ibid.*

181. *Triginta anni quibus facultas redimendi excluditur, quando currere incipiant, si quis vendiderit non simpliciter sed vel sub conditione vel ex tempore certo.*

182. *Substantialia emptionis quæ, quæque circa quodvis substantiale requirantur?*

183. *Naturalia quæ: & n. 185.*

184. *De evictione emptor quando demum contra venditorem experiri possit?*

186. *Solennia emptionis venditionis quæ?*

187. *Et quæ accidentalia?*

188. *Ex contractu hoc quæ oriantur actiones, & quæ ex pacto iuxta hunc contractum in continenti apposito.*

IMperator in hoc titulo emptionis materiam tractaturus docet emptionem tàm in scriptis quàm sine scriptis celebrari posse. Circa quod annotandum est, contractum in scriptis celebrari dici, quando pro substantia ipsius contractus requiritur scriptura à lege, statuto, consuetudine, vel pacto contrahentium, *Ang. hic in prin. Bald. Auth. sed novo. n. 11. C. si cert. petat.* Dicitur autem pro substantia contractus ex pacto contrahentium requiri scriptura quando inter contrahentes agitur, ut contractus inter illos celebratus in scripturam redi- 1 2

 gatur,

gatur, & ne contractus aliter valeat vel teneat, nisi scriptura super illa fiat, *glos.* §. *fin. Auth. de fid. instrum. glos. Auth. sed novo. C. si cert. pet. Bart. l. contractus. & ibi Salic. q. 5. C. de fid. instru. Ang. hic. in prin. & ibi Ioan. Fabr. ver. in his. Dec. l. pactum quod bona fide. n. 3. C. de pact. Matth. de Afflict. Decis. Neapol. 105. n. 4. Dec. cons. 340. n. 3. Bart. l. generaliter. n. 10. C. de non numer. pecun. Fulgos. l. contractus. n. 1. & ibi Cyn. n. 5. Paul. Castr. n. 4. C. de fid. instrum. Socin. cons. 173. lib. 2.* ubi ipse attestatur hanc opinionem communiter receptam. Eandem etiam tenet & communiter receptam esse attestatur Bursat. *cons. 100. n. 20.*
3 *lib. 1.* Et licet glos. *hic. verb. scriptura.* & ibi Ioan. de Plat. *glos. l. testium. C. de testib.* Bald. *d. l. contractus.* Hippol. *Rubr. n. 79. C. de probat.* Salic. *Auth. sed hodie. n. 5.* ubi ipse tradit hanc communem esse, *C. si cert. petat.* Covar. *c. relatum. & 1. n. 9. extra de testam.* Vasq. *in tract. controvers. illustr. lib. 1. cap. 28. n. 23.* velint, scripturam pro substantia contractus requiri, quando contrahentes ante contractum inchoatum vel etiam in ipso contractu ante contractum perfectum convenerunt, ut de illo contractu scriptura fiat, licet hoc non sit adjectum, ut absq; scriptura hic contractus non valeat: ego tamen unâ cum Dd. nostris magis communiter concludo, sive ante contractum sive in ipso contractu, sive post contractum actum vel conventum fuerit, ut de contractu scriptura fiat: tamen non aliter pro substantia contractus scripturam requiri nisi expressè adjectum sit, ut contractus absque scriptura non valeat: Eò, quia regulariter de substãtia contractuum scriptura non requiritur, *l. cum res. C.*
4 *de probat. l. contrahitur. ff. de pignorib.* Et verba in contractu aliquo posita, secundùm naturam illius contractus in-

ctus intelliguntur, *l. si uno. in prin. ff. Locat. l. 4. ff. de usur.* Quod procedere credo etiamsi in illis contractibus, in quibus scriptura ad probandum istum contractum requiritur, actum sit, ut de illo contractu scriptura fiat: Namque licet hoc casu, si verba contrahentium non ita accipiantur, ut in hisce contractibus scriptura pro substantia illorum interveniat, hoc pactum contrahentium nihil operetur: & verba contrahentium ita interpretanda sint, ne vel verbum vel syllabam supervacuam contineant, *glos. c. solitæ. extra de major. & obed. Card. Paris. cons. 113. n. 43. facit. l. si quando. in prin. ff. de legat. 1. l. fundus qui locatus. ff. de fund. instruct.* Cum tamen verba contrahentium semper secundùm naturam contractus intelligenda sint, etsi illa per hoc supervacua efficiantur, *Bald. rubr. n. 11. C. de contrah. empt.* certo certius liquet, etiam illis casibus, in quibus scriptura pro probatione contractus requiritur, propter hoc pactum non effici, ut scriptura pro substantia contractus requiratur, nisi dictum sit, ut contractus absque scriptura non valeat. Ex legis 5
autem vel statuti dispositione scriptura pro substantia requiritur, vel quando lex contractum aliquem de novo inducit, & simpliciter disponit, ut hic contractus in scriptis fiat, *arg. l. 1. & ibi Ias. C. de jur. emphyt.* vel, quando lex vel statutum disponit, ut contractus jam à jure gentium, lege vel consuetudine inventi, in scriptis fiant, & ut absque hoc non valeant: alioquin si lex vel statutum simpliciter disponat, ut super contractibus jam inventis scriptura fiat, intelligendum est legem non ad substantiam contractus, sed ad probationem scripturam requirere: Quia & verba legum secundùm materiam sub- 6
jectam intelliguntur, *l. Imperator. ff. de in diem addict. glos.*

l. fin. in prin. ff. de condict. indeb. Alex. Ias. & Dec. l. 1. ff. si cert. petat. Abb. & Felin. in proœm. decretat. Ias. in proœm.
7 *tit. de action.* Et contractus in scriptis factus valet, sive ab ipsis contrahentibus sive ab alio tam privato, quàm notario conscriptus fuerit, *ut hîc. in prin. & d. l. contra-*
8 *ctus.* Dummodò tamen eo casu, quo ab alio conscriptus est, ab ipsis contrahentibus subscriptus fuerit, *ut*
9 *hîc. & d. l. contractus.* Et si ab imperito literarum in civitate celebretur, requiritur, ut à notario intervenientibus quatuor alijs testibus conscribatur, atque nomine contrahentis subscribatur, *§. fin. Auth. de fid. instrum.*
10 *Auth. sed novo. C. si cert. petat.* Atque non tantum illi contractus qui consensu contrahi dicuntur, sed omnes alij contractus sive re, sive verbis contrahantur, item sive sint contractus proprij, sive improprii, item sive sint nominati, sive innominati in scriptis celebrari possunt, *d. l. contractus. & ibi Bald. n. 11. Matth. de Afflict. Decis. 39. n. 3. & 4.* ubi ipse notabiliter concludit contractum fide-
11 jussionis in scriptis celebrari posse. Præterea licet contractus hi eo casu, quo in scriptis celebrantur, non re, verbis, vel consensu solo perficiantur, sed ultra hæc scripturam requirant: tamen quia scriptura in hisce contractibus non secundùm illorum naturam veram atq; propriam, sed per accidens, propter dispositionem legis vel pacti requiritur, non literis, sed vel re, vel consensu, vel
12 verbis contrahi dicuntur. Quia quotiescumque simul atque semel in eodem subjectò concurrunt, natura propria atque accidentalis, propria natura tanquam potior attenditur atque actui denominationem tribuit, *l. qui habet. in prin. ff. de tutel. l. assumptio. §. origine. & ibi Bart. ff. Ad municip. glos. l. cives. & ibi Bart. C. de incol. lib. 10. Ias.*

l. si ar-

l. si arrogator. ff. de adoption. Et cum nihil actum censeatur, quamdiu aliquid agendum superest, *l. pen. C. Ad SC. Syllejan. facit. l. si is qui. & ibi Bart. ff. de testament. Ias. l. hac consultissima. §. Ex imperfecto. C. de testament.* ex hoc contractu antequam is perficiatur, nulli jus aliquod adquiritur, *d. l. contractus. ver. ut nulli. & ibi glos. ver. aliquod. Bart. cons. 46. lib. 1. Dec. cons. 159. n. 4. facit quod docet Oldrad. cons. 119.* Atque contrahentibus liberè & absque omni pœna ab hoc contractu nondum perfecto vel absoluto etiam altera parte invita recedere licet, *ut hic in prin.* Nisi arrhæ datæ fuerint: tunc enim si is, qui eas dedit ab hoc contractu altera parte invita desistat, arrhas datas perdit, sin verò is qui eas accepit contractum implere recuset, illas duplicatas non actione ex empto, sed condictione ex lege reddere cogitur, *ut hic. in prin. & d. l. contractus. & ibi gloss. verb. reddere.* Ex quo infertur, quod cum ex hoc contractu, antequam is compleatur, nulli jus aliquod adquiratur, si emphyteuta vendens emphyteusin, contractu in scriptis celebrato, ab hoc contractu antea desistat, quam is absolutus fuerit, eum emphyteusi non privari; licet legibus cautum sit, emphyteutam vendentem emphyteusin domino non requisito emphyteusin amittere, *l. fin. C. de jur. emphyteut.* Simili modo ex hoc deciditur, si statuto alicujus loci cautum sit, prout tale statutum in regno Neapolitano, & in mea quoq; patria viget, ut agnatis proximioribus concedatur rem venditam ab agnato suo redimere, si agnatus vendens, & etiam tradens rem suam immobilem contractu in scriptis celebrato, ab hoc contractu desistat antea quàm is perfectus fuit, ex hoc nullum jus agnatis proximioribus adquisitum: licet eo casu, quo con-

13 14 15 16 17

tractus venditionis perfectus fuit, traditione rei venditæ interveniente, jus redimendi rem venditam agnato proximiori non auferatur, ex eo, quo venditor cum consensu emptoris ab hoc contractu desistit. *Ioan. Fabr. hîc.*
18 *in prin.* Tertiò ex hoc sequitur, quod licet eo casu, quo fisco de quolibet contractu gabella solvi debet, contrahentes desistentes à contractu semel inito, fisco nihilominus gabellam solvere cogantur, *Bald. l. ab emptione. ff.*
19 *de pact.* Si tamen contrahentes à contractu in scriptis celebrato antequam is perficiatur desistant, ipsos gabel-
20 lam fisco non solvere cogendos. Præterea & instrumentum contractus in scriptis celebrati, nullam fidem facit, antequam contractus perfectus & absolutus fuit,
21 *Bart. d. cons. 46. lib. 1.* Porrò licet ex contractu in scriptis celebrato, antequam is absolutus fuerit nulli jus aliquod adquiratur: Si tamen venditor rem venditam contractu in scriptis inito, nondum completo tradat, adquiritur emptori dominium hujus rei, si venditor illius dominus fuerit, *glos. d. l. contractus. ver. vel id. & ibi Bart. Alex. l. 1. §. si vir. ff. de adquir. possess. arg. l. 1. ff. de usucap. pro dot. l. dotis. §. fin. cum l. seq. ff. de jur. dot. l. sub conditione. & ibi Bart. ff. de solut. Bart. & Ias. d. §. si vir.* vel usucapiendi conditio, si venditor dominus non sit, *Bald. d. l. contractus. arg. d. l. 1. ff. de usucap. pro dot.* Quod tamen tunc demum procedit, si ante ipsum contractum in scriptis inchoatum, traditio rei venditæ facta fuerit: Secus verò est, si in ipso contractu traditio rei venditæ facta sit: tunc enim per hanc traditionem emptori ante contractum completum, dominium non adquiritur, *Bald. d. l. contractus. arg. l. si quasi. C. de pignor. act.* & non aliter locum habet, nisi hæc traditio rei sit vera, secus verò, si sit ficta,

Namq;

Namque in contractu inutili vel imperfecto, per constitutum vel aliam traditionem fictam, nunquam dominium in alium transfertur, *Alex. & Iaſ. d. §. ſi vir. Bald. & Iaſ. l. ex teſtamento. C. de fideicommiſſ. Bald. c. 1. in prin. Imperat. Lothar.* Et cum per traditionem rei ex contractu 22
imperfecto factam, dominium in emptorem transferatur: ſequitur, quod ſi vaſallus, qui alteri in ſcriptis abſq; voluntate domini feudi, feudum ſuum vendit, traditione feudi interveniente, licet is ab eo contractu deſiſtat, antequam is abſolutus fuerit, ipſum tamen indiſtinctè feudo privari: Quia vaſallus propter quamlibet alienationem feudi per quam dominium feudi in alium transfertur, feudum amittit, *c. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar. c. 1. in prin. de prohib. feud. alienat. per Frieder.* licet ipſe poſt alienationem feudi factam illud in continenti recuperet, *c. 1. Quid jur. ſi poſt alienat. feud. vaſall. illud recuper.* Præterea hi contractus in ſcriptis facti, tunc de- 23
mum perfecti ſive abſoluti cenſentur, quando inſtrumentum ſuper ijs conſcriptum ex omni parte completum eſt atque contrahentibus lectum, *gloſ. hic. ver. abſoluta. & ibi Bart. & Bald. Bart. d. l. fideicommiſſum. §. quoties. ff. de legat. 3. Bald. l. In minoribus. C. de his quib. ut indig. Capoll. Caut. 192. Incipient. Nota quod ea qua celebrantur in ſcriptis &c.* Et poſtquam hic contractus in ſcri- 24
ptis celebratus, eſt perfectus & abſolutus, non permittitur notario, huic contractui aliquid addere vel in hoc quid immutare, *Ang. Peruſ. l. Quidquid aſtringendæ. in prin. ff. de verb. oblig. Capoll. d. Caut. 192.* Quod tamen ita demum verum eſt, ſi notarius poſt contractum perfectum atq; abſolutum inſtrumento aliquid addere vel detrahere velit, quod ſubſtantiam contractus in inſtru-

mento

mento conscripti, respicit, *Bart. l. si librarius. ff. de verb. oblig.* Secus verò est si notarius post hunc contractum perfectum atque completum, in instrumento errorem suum vel circa solennitatem, vel circa constructionem commissum corrigere velit: hoc enim notario etiam in contractu in scriptis celebrato & perfecto facere permissum est, *Bart. d. l. contractus in 2. lectur. Bart. & Alex. l. actorum. arg. ill. text. ff. de re judic. Alex. l. si quis ex argentarijs. §. prator. n. 4. ff. de Edend.* antequam ipse instrumentum super hoc contractu conscriptum partibus reddat, postea verò non, *Bald. in secunda constit. Codi. col. fin. & in l. fin. n. 16. C. de Edend. itemq; in l. ambiguitates. in fin. C. de Testament. Socin. cons. 94. n. 6. lib. 1. Dec. d. l. si librarius,* nisi secundùm præsumtionem legis hoc instrumentum corrigere velit, hoc enim notario etiam postquam hoc instrumentum partibus reddidit, facere licet, *Bald. d. secunda constit. Cod. col. fin. Alex. cons. 89. n.*
25 *13. lib. 3.* Et licet hi contractus in scriptis celebrati non aliter rati sint, nisi scriptura super illis confecta & absoluta fuerit: si tamen scriptura super illis confecta & absoluta quolibet casu fortuito omissa fuerit, contractus nihilominus valet atq; subsistit, *l. testium. in fin. C. de testib. Bart. l. 1. §. sufficit. ff. de bonor. poss. secund. tabul. Bart. & Bald. l. emancipatione. C. de fid. instrument. Bald. l. 2. col. 3. C. de edend. Iason. l. cum proponas. n. 6. C. de pact. Felin. c. 2. extra de probat. Idemq; Felin. c. sicut. extra de*
26 *sentent. & re judic.* Et hic contractus in scriptis celebratus non aliter probari, neq; contra eum aliquid probari potest, nisi per scripturam, *l. generaliter. & ibi Bart. & Bald. C. de non num. pecun. Felin. d. c. sicut. extra de sen-*
27 *tent. & re judic.* Quod procedit etiamsi adversarius confi-

confiteatur, hunc contractum absque scriptis celebratum. *Andr. de Iser. Bald. Alvarot. Prapos. & Matth. de Afflict. c. 1. Qui test. sint necessar.* Secundò hoc procedit, etiamsi quis hunc contractum vel contra eum aliquid per testes probet judice hoc admittente, sed tamen adversario protestante contra hoc, *Felin. C. cum contingat. n. 7. extra de offic. judic. deleg. Bart. Alex. & Ias. l. si duo patroni. §. Idem Iulianus. ff. de jurejur.* Tertiò hoc procedit, etiamsi ad probandum hunc contractum testes absque protestatione partis adversæ, admissæ fuerint, & testes nihil deposuerint de scriptura super hoc contractu confecta: tunc enim, quia illorum depositio non est concludens, dictum illorum fidem nullam facit, *l. non hoc. & ibi Ias. C. und. legit.* Quod tamen primò fallit, si quis 28
hunc contractum, vel contra eum aliquid probare velit, per confessionem adversarij confitentis hunc contractum in scriptis celebratum esse, *Petr. de Anchor. conf. 345. facit quod notat Matth. de Afflict. c. 1. n. 28. Qui test. sint necessar.* Secundò hoc fallit, si quis neget hunc contractum sua voluntate vel mandato vel etiam à se celebratum: ad hoc enim probandum testes producere potest: *Bart. d. l. generaliter. arg. l. optimam. C. de contrah. & commit. stipul.* Tertiò hoc fallit, si quis contra præsumptionem ex instrumento resultantem quid probare velit, *gloss. Bart. Alex. & Ias. in l. Iurisgentium. §. Quod ferè. ff. de pact. Bart. d. l. generaliter. Dec. l. si librarius. ff. de reg. jur.* Quartò si quis errorem in instrumento commissum circa qualitatem rei in contractum deductæ probare velit, *arg. ejus quod docet Bart. l. cum proponeretur. ff. de legat. 1.* Quintò hoc fallit si quis testes producere velit ad interpretationem testamenti, *Bald. d. §. Quod ferè.* Sextò hoc

fallit, si quis contra solennitatem instrumenti vel contractus aliquid probare velit, *Ias. d.* §. *Quod ferè.* Septimò hoc fallit, si quis non ipsum contractum, sed vel damna vel interesse, quæ ratione hujus contractus ipsi debentur, probare velit, *Bart. Alex. & Ias. l. certi condictio.* §. *quoniam. ff. si cert. petat. Felin. c. 2. n. 16. extra de probat.* Octavò hoc fallit, si instrumentum sit deperditum: tunc enim hic contractus per testes probantes & instrumentum deperditum & tenorem instrumenti, hic contractus probari potest, *arg. c. cum olim. extra de privileg. Bart. l. sicut iniquum. C. de fid. instru. Bart. & Dd. Auth. si quis in aliquo. C. de Edend. Felin. d. c. sicut.* Nonò hoc fallit, si eo casu, quo statutum vel lex requirit, ut contractus in scriptis celebretur, contractus absque scriptis celebratus jurejurando confirmatus fuerit, tunc enim hic contractus valet, & testib. probari potest, *Ioan. de Imol. c. cum contingat. extra de jurejur. Felin. d. c. 2. n. 15. extra de probat.* Decimò hoc fallit, si quis contra hunc contractum non directè, sed indirectè probare velit, vel solutionem vel acceptilationem, vel pactum de non petendo: hoc enim per quinque testes fieri potest, *d. l. testium.* Vndecimò hoc fallit, si quis contra hunc contractum quid indirectè per confessionem simplicem adversarij in judicio factam, probare velit, *arg. ejus quod docet Bart. Auth. sed jam necesse. C. de donat. ant. nupt.* Duodecimò hoc fallit, si quis contra contractum in scriptis celebratum aliquid indirectè per testes parte adversa non opponente probet, *Alex. & Ias. d.* §. *quoniam.* Decimo tertiò hoc fallit, si quis simpliciter probet per testes sibi instrumentum super hoc contractu confectum ab adversario vi vel clam ablatum esse: hoc enim ad probandum hunc contractum sufficit

sufficit, *Bart. l. 3. §. Divus. ff. de jur. fisc. Felin. d. c. sicut. n. 7.* Decimo quartò hoc fallit, si quis contra contractum ex legis dispositione celebratum, in scriptis solutionem, acceptilationem, pactum de non petendo, vel quid aliud indirectè probare velit: hoc enim per duos testes fieri potest, *Bald. d. l. testium, idemq; in l. fin. q. 3. C. Arbitr. tutel. Ias. l. 2. n. 194. C. de jur. emphyt.* Decimo quintò hoc fallit, si adversarius ab initio negaverit simpliciter, hunc contractum celebratum esse, postea autem de mendacio convictus neget hunc contractum in scriptis factum esse; tum enim licet actor non probet hunc contractum, vel in scriptis factum vel eam per scripturam probet, ex eo, quod simpliciter probavit hunc contractum factum propter adversarij mendacium, ipse obtinebit, *arg. l. fin. & ibi glos. & Dd. C. de fideicom. §. fin. supr. de singul. reb. per fideicom. relict. Bald. Alvarott. Praepos. & Matth. de Afflict. d. c. 1. qui test. sint necess.* Explicata materia contractu- 29
um qui in scriptis celebrantur: nunc aggrediemur materiam emptionis propriam. Est itaque emptio contractus nominatus, bonæ fidei, in quo, simul atq; de precio certo in pecunia numerata non reprobra consistente respectu certæ rei vendendæ inter contrahentes convenit, purè in diem, vel sub conditione, emptor obligatur venditori ad precium dandum, & venditor obligatur emptori ad rem incorruptam & absque vitio venditam, ad tradendam si species vendita sit, vel dandam, si genus venditum sit, & ad custodiam etiam rei venditæ ante traditionem ab ipso factam, habita ratione doli, latæ atq; levis culpæ. Est enim certi atq; manifesti juris emptionem esse & nominatum, *l. jurisgentium. in prin. ff. de pact.* & bonæ fidei contractum. *§. actionum. infr. de action.* Neq; hic contractus ali- 30

ter nisi precio interveniente celebrari potest, *ut hic.* §.
31 *precium.l.2.ff.de contrah.empt.l.Empti fides.C.eod.tit.* Ideoque emptio donationis causa facta, precio videlicet non interveniente, emptio dici nequit, *l. cum in venditione.ff. de contrah.empt.l.si donationis. C.eod.tit.* Quod verum est, si nullum omninò precium, in negotio aliquo intervenerit: secus si precium, quamvis injustum in emptione donationis causa celebrata, intervenerit: tunc enim emptionis contractus valet. *l.si quis donationis.ff. de contrah. empt.* dummodo tamen illud precium minimo majus sit:
32 Unico enim nummo emptionem contrahi non posse receptum est, *l. si quis ante.& ibi Alex.& Ias.ff.de adquir. possess.* nisi hæc emptio vel ex necessitate facta sit, *l.si usufructus.ff.de jur.dot.* vel nisi res empta plus nummo non vale-
33 at, *glos. & Dd. d.l. si quis ante.* Adeò autem peculiare emptionis est precium, ut omne negocium in quo precij mentio facta est, emptio censeatur, *l. fin. & ibi glos. & Bart. C.de prad.decur. lib. 11. glos. l. apud Celsum. §. si cum legitima. ver.precio.ff.de except.dol.glos. & Bald. l. cum dotem. C. de jur. dot. Matth. de Afflict. Decis. Neapol. 270. n. 2.*
34 Dummodò non sit facta mentio alterius tituli, *Ioan. Andr. in addit. ad specul. tit. de cession. act. in addit. incipient: Rigorosum. Bald. l.per diversas.2.quæst. C. Mand. Alex. in addit. ad Bart. d. l.fin. C. de prad. decur. Ias. d. l. si quis ante. n. 14. arg. illi. text.* & precium expressum sit conveniens rei in contractum deductæ, *glos. l. 1. §. 1. ff. de superf. Bald. l. 1. 3. quæst. C. commod. Bald. & Ias. l.ex conventione. C. de pact.*
35 *Alex. in d. l. fin. C. de prad. decur.* Requiritur quoque ad hoc ut emptio contrahi possit, ut precium conventum sit certum, *d. §. precium*, sed sive sit certum precium per se, sive per relationem ad aliud, emptio valet, *l. hac venditio. §.*

ditio. §. hujusmodi & l. ff quis fundum. ff. de contrah. empt. Quinimo etsi precium ex futuro aliquo eventu sit certificandum vel declarandum, emptio tanquam sub conditione contracta, rata est, *d. l. hac venditio. §. fin.* In arbitrium quoque tertij, non autem unius ex contrahentibus, *l. quod sæpe. §. 1. ff. de contrah. empt. glos. & Bald. l. In vendito. C. eod. tit. Ang. hic. §. pen.* collato precio emptio valet: *ut hic. §. precium.* Dummodò tamen iste in cujus arbitrium precium collatum est, precium certum definiat: nam illo precium nullum certum definiente, emptio corruit, nec ad arbitriũ boni viri pro precio taxando recurritur, *ut hic. §. precium. & l. fin. C. de contrah. empt.* nisi vel per emptorem steterit, quo minus is, in cujus arbitrium precium collatum est, precium exprimat, *arg. l. si quis arbitratu, & ibi Bart. Alex. & Ias. ff. de verb. oblig.* vel nisi arbitrator precium quidem sed injustum declaraverit: hisce enim duobus casibus emptio valet, & quis impetrare potest per actionem ex empto, *arg. l. unde si Nerva. ff. pro soc. Bart. l. si societatem. §. arbitrorum. ff. eod. tit. Abb. c. Quintavallis. extr. de jurejur. Ias. d. l. si quis arbitratu. n. 16.* ut judex tanquam vir bonus precium justum definiat, *arg. l. si libertus. ff. de jur. patronat.* Cæterum is in cujus arbitrium contrahentes declarationem precij contulerunt, precium definire sive declarare non cogitur, nisi ipse in se hoc officium receperit, *l. 3. §. 1. ff. de Arbitr.* Et hæc declarandi potestas, si non aliud inter partes actum fuerit, & perpetuo durat, *Alex. & Ias. d. l. si quis arbitratu,* & etiam absentibus, & non citatis partibus explicari potest, *Bald. cons. 64. lib. 3. Ias. d. l. si quis arbitratu. n. 22.* Et si fuerit facta mentio precij non expresso certo genere numismatis, sed sub appellatione numismatis in contractu ex-

36 37 38 39 40 41

pressi comprehendantur numismata varij generis, quorum unum plus, aliud minus valeat, unum magis usitatum, aliud minus usitatum, item unum secundùm communem atque vulgatum modum loquendi, in ea regione, appellatione illius numismatis comprehendatur, aliud verò impropriè, & non secundùm communem usum loquendi, sub appellatione illius numismatis comprehendatur, potius de illo numismate actum censetur, quod magis convenit æstimationi rei venditæ, *glos. l. semper in stipulationibus. ff. de reg. jur. glos. l. In obscuris. ff. eod. tit. Alex. cons. 26. n. 5. lib. 4. & cons. 68. col. fin. lib. 5. facit quod docet Corn. cons. 14. n. 12. & cons. 37. n. 12. lib. 3. Socin. cons. 54. col. 4. vers. praterea si probabitur. lib. 1. Card. Paris. cons. 20. n. 70. lib. 1.* Sin autem utraque moneta æquè ad valorem sive æstimationem rei venditæ accedat, censetur actum de ea moneta, quæ in ista regione magis frequens atq; usitata est, *d. l. semper in stipulationibus. & d. l. in obscuris. facit quod tradit Ias. in. l. certi condictio. §. nummos. ff. si cert. petat. Ias. l. ut liberis. C. de collat. Abb. & Felin. c. cum Ferrariensis. extr. de constit.* Et si utraq; moneta æquè usitata sit, de minori potiùs actum intelligitur, *d. l. semper in stipulationibus.* Et hoc ita demum verum est, nisi solutio precij in alium locum, quàm in quo contractus celebratus est, collata fuerit, si enim hoc factum fuerit, non illius loci in quo contractus celebratus est, sed illius loci in quem solutio collata, secundùm factam superius distinctionem, numisma inspiciendum, *Oldr. cons. 168. Alex. cons. 21. lib. 2. arg. l. contraxisse. ff. de act. & oblig. glos. l. 3. C. de bon. auctor. jud. possid. Bart. & Ias. l. 1. ff. de eo quod cert. loc. Bald. l. multum interest. C. si quis alter.* maximè si æstimatio rei venditæ magis accedat ad numisma magis

ma magis usitatum in loco in quem solutio collata est, quàm ad numisma consuetum in loco celebrati contractus, *arg. glos. d. l. In obscuris. & d. l. semper in stipulationibus.* Præterea precium conventum in contractu em- 42 ptionis & venditionis: sicut quoque in omnibus alijs contractibus solvendum est in ista moneta, quæ tempore celebrati contractus in usu fuit, *Corn. cons. 279. & cons. 287. n. 18. lib. 1. & cons. 321. lib. 3. Socin. cons. 298. lib. 2. Matth. de Afflict. Decis. Neapol. 90. & 194. Aym. Cravett. cons. 47. arg. l. Rutilia. ff. de contrah. empt. l. si ita. & ibi Bart. ff. de aur. & arg. legat. l. cum quid. ff. si cert. petat.* Ideoque si post celebratum contractum emptionis moneta mutetur, & vel melior vel deterior efficiatur, etiamsi hoc ante diem destinatum solutioni precij evenientem contingat, emptor cogitur de antiqua moneta precium solvere, si illius copiam habere possit, & non sit penitus reprobata, *arg. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pignor. act.* alioquin enim ipse cogitur secundùm æstimationem monetæ antiquæ precium venditori solvere, *c. olim. & ibi Abb. extra de censib. c. cum canonicis. & ibi Abb. extra eod. tit. c. quanto. & ibi Abb. & Bald. extra de iurejur. Bart. Bald. Alex. Ias. & Dec. l. cum quid. ff. si cert. petat. Bart. l. Paulus. ff. de Solut. Andr. de Isern. & Matth. de Afflict. c. 1. §. moneta. Quæ sint regal.* Et hæc sententia est verissima & communiter recepta, quamvis contrarium, sed perperam teneat Pract. Papien. *in form. Libell. action. hypoth. ver. relaxandum. n. 3. Carol. Molin. in tract. de usur. q. 100.* Neque aliter emptio valet nisi precium pro re 43 empta solvendum in pecunia consistat. Namq; si quis pro re certa aliam rem sive in specie sive in genere consistat, promittat, ex hoc negotio non emptio & venditio, sed con-

ſed contractus innominatus oritur, §. *item precium. hic. l. 1. ff. de contrah. empt.* Niſi forſan, quantitate certa pro re empta taxata convenerit, ut pro illa quantitate certa ſpecies vel res venditori ſolvatur: tunc enim licet precium non interveniat, tamen emptio contrahitur, *gloſ. l. 1. ver. taxata. & ibi Bart. & Bald. C. de rer. permut.* Simili modo contrahitur emptio, ſi convenerit, ut emptor unà cum pecunia, ſive quantitate conventa venditori pro re vendita vel re alia, rem aliquam aliam præſtet, *l. timetur. §. 1. ff. de action. empt.* vel ad factum aliquod obligatus ſit, *l. fundi partem. ff. de contrah. empt. l. ſi ſterilis. §. fin. ff. de act. empt.* dummodò tamen vel conſtet, contrahentes emptionem celebrare voluiſſe, *Bart. l. Ariſto. ff. de donat. Bald. l. 1. C. de rer. permut. Abb. c. ad quæſtiones. extr. eod. tit. arg. l. in emptione. in prin. ff. de contrah. empt. Ang. d. §. item precium.* Vel in dubio pecunia ſit major æſtimatione rei vel facti, quæ unà cum pecunia, emptor venditori præſtare debet, *arg. l. quidquid. §. fin. ff.*
44 *de adquir. rer. domin.* Et ita demum pecuniâ interveniente emptio contrahitur, ſi pecuniam emptor venditori dederit, vel ad pecuniam obligatus fuerit ut ad quantitatem, & ſi pecunia conventa non ſit reproba. Namq; ſi emptor vel ad pecuniam tanquam ſpeciem certam obligatus ſit, *gloſ. l. fin. ver. proclivior. & ibi Bart. Bald. & Iaſ. ff. de condict. ob cauſ. gloſ. l. hæc venditio. §. hujusmodi. ff. de contrah. empt.* vel ſi pecunia conventa pro re empta ſit reproba, non emptio, ſed innominatus contractus celebratur, *Ang. hic. §. item precium.* Cujus poſterioris deciſionis hæc eſt ratio, quia pecunia falſa pecunia non cenſetur, *gloſ. l. 2. C. de hæretic. Ioan. Andr. in addit. ad ſpecul. Rubr. de falſ. Alex. conſ. 104. lib. 1. facit. l. eleganter. §. qui reprobos.*

probros. & ibi Alex. ff. de pignor. act. Requiritur quoq; ad 45
hoc, ut emptionis contractus ratus sit, ut hic contractus
respectu rei alicuius celebretur, *l. nec emptio. ff. de contrah.
empt.* & ut hæc res cujus respectu emptio celebrata est,
certa sit, *arg. l. triticum. & l. ita stipulatus. ff. de verb. oblig.*
Cæterum re interveniente emptio facta indistinctè valet, sive illa res sit corporalis, qualis est domus, fundus; sive sit incorporalis, qualis est usufructus, item servitutes tàm urbanorum quàm rusticorum prædiorum, *l. 3. ff. de usufr. vectigalia. Bart. l. celem ferro. §. quos maximos. ff. de public. Idemq; Bart. in quæst. incipient. Publicanus quidam.* Item nomina debitorum, & actiones tàm personales quàm reales, *l. fin. C. de hæred. & action. vendit.* Et qui- 46
dem re corporali vendita, quid emptorem huius rei ratione sequatur videte text. *l. Iulianus. §. fin. cum 4. seq. ff. de action. empt.* & quæ latissimè dixi in tractat. meo feudal. in 3. part. dum ibi declaravi, quid re aliqua in feudum concessa, huic rei tacitè accedat. Et ultra ibi 47
dicta annotandum est, quod domo, fundo vel alia re immobili vendita ruta atque cæsa emptorem non sequantur, sed apud venditorem maneant, nisi contrarium inter partes actum vel conventum fuerit, *l. in vendendo. §. Quintus. ff. contrah. empt. l. fundi. ff. de act. empt. l. In rutis. ff. de verb. signif.* Quod procedit etiamsi in domo vel fundo vendito, post inspectionem rei, emendi gratia factam, ante contractum venditionis perfectum, quid cæsum vel erutum fuerit, *l. si post. ff. de peric. & commod. rei vend.* Hoc tamen casu si venditor sciverit post inspectionem rei vendendæ ante contractum venditionis absolutum, quid cæsum vel rutum esse, neque de hoc emptorem admonuerit, ipse actione ex empto conveniri

veniri ad interesse potest, *d. l. si post*: Fundo autem vel domo vendita, emptor impetrare non potest, nisi aliud conventum, ut venditor emptori servitutem aliquam ad rem emptam constituat, *l. via. §. fin. ff. de servit. urban. prad. d. l. In vendendo. in prin.* Etiamsi fundus uti optimus maximus est, venditus fuerit, *l. pen. ff. de Evict.* & emptor hac re empta, absq; illa servitute quam huic rei constitui postulat, uti, vel omnino non, vel non commodè possit, *Bart. l. binas. ff. de servit. urban. pradior. Bart. l. 1. ff. de ser. legat.* nisi forsan sepulchrum venditum sit, tunc enim si ad illud aliunde iter non sit, cogitur venditor, justo tamen precio soluto, per alium fundum suum emptori ad hoc sepulchrum iter cedere, *l. si quis sepulchrum. ff. de reliq. & sumpt. funer*: Cæterum servitus caussam continuam habens, qualis est servitus aquæ ductus, item tigni injuncti, eo ipso constituta in alia re venditoris censetur, quod illa res tempore contractus celebrati, à re empta hæc onera sustinebat, *Bart. d. l. binas. & d. l. 1. ff. de servit. legat. arg. l. quod conclave, & ibi Bart. ff. de damn. infect.*

48 Præterea sylva cædua ad certum tempus vendita, fructus arborum tantùm illi ad emptorem pertinent, qui adhuc sunt in arborib. eo tempore, quo illæ cæduntur, cæterum antea ex arboribus delapsi, venditorem sequuntur, *l. cùm manu sata. §. pen. ff. de contrah. empt.* Et fundo vendito manusatis exceptis, non illa quæ in perpetuum sata sunt, quales sunt, vites atq; arbores, sed illa quæ annis singulis seri solent, qualia sunt frumenta, *d. l. cum manu sata. in prin.* item nec illa, quæ vel ex stipula, vel ex eo quod ex sacco saccarij, avibusve ex ore cecidisset, nata sunt, ad venditorem pertinent, *l. qui fundum. §. fundi. ff. de contrah. empt.* Porrò nomina debitorum tàm eorum qui pu-

qui purè, quàm eorum qui sub conditione obligati sunt vendi possunt, *l. nomina. & l. multum interest. ff. de heredit. & act. vend.* etiam ipsis debitoribus invitis, *l. 3. C. de heredit. & act. vendit.* Et nomine vendito, vendi- 49
tor cogitur emptori omnes actiones tam personales quàm rei persecutorias, quas ratione hujus nominis venditor vel contra ipsum debitorem vel contra alios, & tempore contractus initi habuit, & postea consecutus fuit, cedere, *l. emptori nominis. & l. qui filijfamilias. & l. venditor actionis. ff. de hered. & act. vend.* Quinimò, licet ex sola emptione nominis dominium rei debitæ emptoris non efficiatur, *l. pen. & ibi Bald. C. de hered. & act. vend.* tamen ex solo emptionis titulo, emptori nominis, etiam absque cessione aliqua utiles actiones tàm contra debitorem quàm contra alios dantur, *l. 2. & l. si à creditore. C. de act. & oblig. l. postquam. & l. pen. C. de heredit. & act. vend.* Quod tamen verum est in ijs actionibus, quas venditor respectu hujus nominis tempore celebrati contractus habuit, secus verò est in illis, quas post contractum absolutum consecutus fuit, hæ enim absq; cessione nunquam ad emptorem transeunt, *Bald. d. l. emptori. arg. l. heredem. & ibi glos. Bart. & Bald. ff. Mand.* Circa hoc advertendum, quod hanc actionem utilem, quæ absque cessione ex solo emptionis titulo in emptorem transit, emptor etiam contra ipsum venditorem nominis intentare possit, *l. si culpa. & ibi glos. ff. de rei vindic. Bart. l. 1. §. si ususfructus. n. 5. & ibi Alex. n. 10. ff. de oper. nov. nunciat. Dyn. c. pro possessore de reg. jur. lib. 6. Dec. cons. 104. lib. 1.* Et venditor nominis non cogitur præstare nomen venditum solvendo esse, *l. si nomen. ff. de heredit. & act. vend.* sed tamen ad hoc obligatus est, ut præstet eum

cujus nomen vendit debitorem esse, & quidem absque exceptione, *l. & quidem. ff. de hered. & act. vend.* usque ad summam nominatam, *d. l. si nomen. & d. l. & quidem. Dec. consf. 102.* item etiam illi probationes plenas debiti præstare debet, *Bald. d. l. si nomen. Alex. l. sciendum. n. 10.*
50 *ff. de verb. oblig.* Præterea est annotandum, quod emptio nominis minori precio facta quàm nomen valet, deductis tamen sumptibus, quos in exigendum nomen facere necesse est, *glos. Bart. & Bald. l. per diversas. C. Mand.* simulata præsumatur, ideoque non permittatur emptori pro majore summa quàm est precium, quod pro nomine solvit, contra debitorem experiri, *d. l. per diversas.*
51 Ad reliquum tamen venditor agere non prohibetur, nisi emptio nominis sit simul & simulata, & in fraudem facta: tunc enim etiam venditor actionem ad residuum
52 amittit, *l. fin. & ibi glos. & Bald. C. Mandat.* Deinde quis non tantùm rem propriam, sed etiam alienam vendere potest, *l. rem alienam. ff. de contrah. empt. Matth. de Afflict. Decis. Neapol. 40. n. 3.* Quod procedit tamen tantum in illis casibus, in quibus per venditionem rei alienæ furtum non committitur, *glos. d. l. rem alienam*, ut puta, si quis rem alienam ignorans illam alienam esse vendat, *§. sed tamen id. supra de usucap.* vel etiam scienter si illa res vendita immobilis sit, *§. quod autem. supra de usucap. glos. l. 1. C. de usucapion. pro empt.* vel etiam mobilis, & tempore venditionis vel apud neutrum ex contrahentibus existens, *Bald. d. l. 1. C. de usucap. pro empt.* vel ab emptore possessa fuerit, *glos. & Bald. l. alienum. C. de furt.* vel, etiamsi venditor rem alienam tempore celebrati contractus possidens, facultatem possidendi illam rem, pro sua à domino rei acceperit, *l. si donante. ff. de donat. int. vir.*

int. vir. & uxor. Bald. d. l. 1. C. de usucap. pro empt. Extra hos autem casus, quia per venditionem rei alienæ furtum committitur, §. *furtiva. supra de usucapion. l. si servum. C. de furt. l. sciens. C. de usucap. pro empt.* emptio hujus rei perinde ut emptio rei furtivæ ita demum valet, si vel uterque contrahentium vel emptor solus hanc rem alienam esse ignoraverit, *l. si in emptione.* §. *item si emptor. ff. de contrah. empt. glos. & Bald. d. l. rem alienam.* Ne- 53
que tantùm res singularis, sed etiam res universalis qualis est hereditas, vendi & emi potest. Et hereditate vendita, quidquid ex illa hereditate ad venditorem pervenit, vel culpa illius aut dolo malo factum fuit, quominus perveniret: item & quæ postea ad ipsum pervenerint emptori hereditatis restituere cogitur venditor, *l. 2.* §. *1.* §. *non tantum.* §. *sed et si quid. ff. de heredit. & act. vendit.* excepto eo, quod postea jure accrescendi ad emptorem hereditatis pervenit, *Ias. l. re conjunct. n. 136. ff. de legat. 3.* item etiam quod ipse venditor defuncto debuit, emptori solvere cogitur, *l. 2.* §. *illud quæsitum. ff. de heredit. & action. vend.* Et non solum eam rem, quæ in rerum 54
natura est, sed etiam eam, quæ in rerum natura non est, sed tamen esse speratur, quales sunt fructus & partus nascituri, emere & vendere permissum est, *l. nec emptio. l. si debitor.* §. *1. ff. de contrah. empt.* Præterea cum appella- 55
tio rei latissimè pateat, *l. rei appellatio. & l. rei appellatione. ff. de verb. signif.* adeò, ut etiam spes, rei appellatione contineatur, *Ias. l. is potest. ff. de adquir. heredit. arg. l. nomina. ff. de hered. & action. vend.* placuit etiam spei venditionem valere, *d. l. nec emptio. d. l. nomina. & l. multum interest. ff. de hered. & act. vend.* E converso verò rem 56
suam etiam alteri obligatam. *d. l. si debitor. in prin.* nemo

emere potest, *l. sua rei. ff. de contrah. empt.* nisi vel hæc res non sit irrevocabiliter emptoris, *l. in bello. §. si quis servum. ff. de capt. & postlimin. reverf.* vel nisi quis rem suam respectu possessionis apud alium constitutæ emat, *l. si in emptione. §. rei autem. ff. de contrah. empt.*

57 Similiter nec illius rei, quæ in commercio contrahentium non est, quales sunt res sacræ, religiosæ & liberi homines, emptio valet, *§. fin. hic.* Quod indistinctè verum est, si harum emptio sit celebrata utraque parte, & venditore & emptore sciente: tunc enim emptio omnino nulla est, *l. si in emptione. §. liberum hominem. ff. de contrah. empt.* adeò ut emptor, qui sciens hanc rem emit, precium solutum repetere possit, *Ang. hic. §. fin. n. 2. arg. d. l. si in emptione. §. item si emptor*, nisi quis à patre filium suum propter famis necessitatem vendente, emerit: hoc enim casu hæc emptio etiam inter scientes valet, *l. 2. C. de patrib. qui fil. distrax.* Sin autem utroque vel emptore saltem ignorante hæ res venditæ fuerint, emptionis contractus valet ad hoc ut venditor emptori ad interesse actione ex empto obligetur, *§. fin. hic. l. & liberi hominis. l. liberi hominis. ff. de contrah. empt.* Sin verò emptor sciens hanc rem à venditore ignorante comparaverit, emptio quidem non valet, quo ad hoc ut venditor precium hujus rei petere possit, nisi emptori rem tradiderit, *d. l. liberi hominis. d. §. item si emptor.* Si tamen emptor venditori precium solverit, hoc à venditore repetere non potest, *glos. d. §. item si emptor. ver. precio.*

58 Facta quoque si vendantur, non emptio sed locatio contrahitur, si vel illa facta sunt pura atque mera facta, quales sunt operæ, *arg. l. convenit. & l. cum manu sata. §. fin. de contrah. empt.* vel etiam si sint mixta rei sive dationi, quæ in consequentiam

tiam

tiam facti venit, *arg. l. item precio. §. 1. ff. Locat.* Secus est si res sive datio sit in contractu principaliter, licet in eius consequentiam veniat factum; tunc enim emptionis contractus super his iniri potest, *l. 2. §. 1. ff. locat. §. item quaritur. infr. locat.* Sin verò factum sit mistum rei sive dationi, & dubitetur quid illorum principaliter, quid verò in consequentiam alterius veniat, quale est, si quidagia, pœdagia, vectigalia, salinaria, annui reditus, percipiendi ex aliquo fundo, ad certum tempus vendantur, hoc casu, utrum emptio & venditio, an verò locatio & conductio contrahatur, distingvendum est, utrum pro toto tempore precium unicum constitutum, an verò per singulos annos distinctum fuerit: Namque primo casu contrahitur locatio & conductio, secundo verò casu emptio & venditio, *Bart. quæst. 4. incip. Publicanus. ver. solutio. n. 1. Bart. l. colem ferro. §. qui maximos. ff. de Publican. Socin. cons. 88. lib. 1. Alex. cons. 3. lib. 1. cons. 107. lib. 3. Corn. cons. 38. lib. 2. & cons. 12. lib. 4.* Et ultra hæc quæ res 59
vendi nequeant, vide tot. tit. *C. quæ res vend. non poss.*
Sicut quoq; omnium contractuum, ita & emptionis sub- 60
stantia est conventio sive consensus, *l. 1. §. adeò. ff. de pact.*
Ideoq; si contrahentes dissenserint vel in contractu, vel 61
in precio, vel in corpore, aut substantia rei principaliter in contractum deductæ, emptio non contrahitur, *l. In venditionibus. & l. alioquin. ff. de contrah. empt.* Secus verò est, si partes dissentiant circa corpus vel substantiam rei non principaliter venditæ, sed quæ alteri rei, quæ principaliter vendita est, accedit, *l. si in emptione. in prin. ff. de contrah. empt.* vel si ipsi dissentiant circa qualitatem rei in contractum deductæ, hisce enim casibus dissensus emptionem non impedit, *d. l. alioquin.* Idem est si contra-

contrahentes circa substantiam partis rei principaliter venditæ erraverint, ut puta, si poculum, ex ære auroq; simul conflatum, pro toto aureo quis emerit: Namque hoc casu emptio valet, si major pars poculi aurea sit, *l. quid tamen. ff. de contrah. empt.* alioquin verò si major pars poculi ærea sit, secus est, *l. cum ab eo. §. fin. & ibi glos. & Bald. ff. de contrah. empt. facit quod docet Bart. l. Aristo. in prin. ff. de donat. Abb. c. ad quæstiones extr. de rer. permut.*
62 *text. l. quæritur. ff. de stat. homin.* Cæterum statim atq; de precio certo, respectu rei certæ inter contrahentes convenerit, emptionis contractus perfectus dicitur, licet neq; rei traditio neq; precij numeratio intervenerit, neque etiam arrha data fuerit, *ut hic. in prin. & l. 2. ff. de*
63 *contrah. empt. l. 1. ff. de rer. permut.* Et sive actum fuerit, ut pro certa summa res certa vendatur, sive ut pro certa summa res vel tradatur vel accipiatur, vel ad emptorem perveniat, vel simili verbo quod dominij translationem non denotat, contrahentes usi fuerint, emptio contrahitur, *l. naturalis. §. 1. & ibi Bart. & Ias. ff. de præscript. verb.* Secus verò est si inter contrahentes actum vel conventum fuerit, ut pro certa summa res certa detur, tunc enim non emptio, sed innominatus contractus celebratus intelligitur, *l. fin. & ibi Bart. Alex. & Ias. ff. de condict. ob caus. Bart. Alex. Ias. & Dec. l. 2. in prin. ff. si cert.*
64 *pet.* Nisi vel ex indubitatis conjecturis constet contrahentes emptionem celebrare voluisse, *Bart. & Dd. l. d. l. fin. ff. de cond. ob caus. arg. l. si uno. in prin. ff. locat. l. si stipulatus. ff. de usur.* vel nisi conventum fuerit, ut pro certa summa id quod in genere suo functionem recipit, quale est, oleum, vinum, frumentum, detur, *Bart. Alex. & Ias. d. l. 2. in prin. ff. si cert. petat. Ias. d. l. fin. ff. de cond. ob caus. &*

in d. l.

in.d. l. naturalis. §. *1. arg. l. si sterilis.* §. *cum per venditorem. ff. de act. empt.* vel nisi contrahentes mentionem precij fecerint, ut puta, si convenerint, ut pro precio certo res certa detur, hisce enim casibus non obstante eo, quod contrahentes usi sunt verbo Dare, emptionis contractus celebratus censetur, *Paul. de Castr. Alex. & Dec. d. l. 2. in prin. ff. si cert. petat. Ias. l. fin. ff. de condict. ob caus. arg. l. fin. C. de prad. decur. lib. 10. glos. l. apud Celsum.* §. *si cum legitima. ver. precio. ff. de except. dol.* Præterea emptio non 65
tantùm contrahitur atque perfecta censetur, si hic contractus purè, sed etiam si in diem vel sub conditione celebratus fuerit: Quod tamen verum est in emptione conditionali, quo ad hoc, ne uni ex contrahentibus liceat ab hoc contractu altero invito desistere, *glos. hic. in prin. verb. contrahitur. glos. l. necessario. in prin. ver. perfectam. & ibi Bald. ff. de peric. & commod. rei vend. glos. l. 1. C. eod. tit. Matth. de Afflict. Decis. Neapol. 280. n. 4. Card. Paris. cons. 64. n. 17. lib. 1.* Secus verò quo ad alia, *l. necessariò. in prin. l. si in venditione.* §. *1. ff. de peric. & commod. rei vend. glos. hic. in prin. ver. contrahitur. glos. 1. l. 1. C. de peric. & commod. rei vend.* Namq; ante conditionem existentem sive illa tacita sive expressa fuerit, ex hoc contractu neq; obligatio neq; actio oritur, *l. cedere diem. ff. de verb. signif. l. interdum. ff. eod. glos. l. omnes obligationes. ff. de Reg. jur. glos. l. Item quia.* §. *1. ff. de pact.* neq; etiam si ante conditionem existentem res vendita emptori tradita fuerit, ipse hanc rem præscribere, aut fructus ejus lucrari potest, *l. 4. ff. de addict. in diem. d. l. necessario.* Et si quidem em- 66
ptionis contractus sub conditione expressa celebratus fuerit, periculum casus fortuiti ante conditionem existentem eveniens, ad venditoris damnum pertinet, si to-

ta res vendita perierit, sed si illa res pro parte interierit, absque culpa vel dolo venditoris emptio firma manet,
67 & hoc ad emptoris damnum redundat, *d. l. necessario.* Sin verò emptio sub conditione tacita, quæ per hoc quod res ad mensuram vendita fuit inducitur, celebrata fuerit, omne periculum circa hanc rem contingens ante conditionem existentem ad venditoris damnum redundat, *l. Quod sæpè. §. In his. & ibi glos. verb. periculum. ff. de contrah. empt. l. 1. & ibi glos. in verb. & usque. & in verb. præstare. ff. de pericul. & commod. rei vend.* Hoc tamen ita demum verum est, nisi per unum ex contrahentibus factum fuerit, quo minus conditio non in meram illius voluntatem collata, *arg. l. cum ab eo. in prin. ff. de contrah. empt.* existat: tunc enim illa conditio quo ad incommodum illius, qui impedit quominus conditio existat, pro impleta habetur, *arg. l. jure civili. ff. de condit. & demonst. Dyn. c. Quoties non stat per eum. de reg. jur. lib. sexto.* Ideoq; si emptor impedierit, quominus conditio sub qua contractus celebratus est, existat, & periculum rei venditæ ad ipsum spectat, *l. si per emptorem. ff. de peric. & commod. rei vend. glos. d. §. In his. ver. periculum,* & ipse actione ex empto perinde ac si conditio extitisset, conveniri potest, *l. Labeo scribit si mihi bibliothecam. ff. de contrah. empt. facit quod docet Bart. l. In testamento. ff. de condit. & demonstrat. Bart. & d. l. 2. C. de instit. & substit. sub condit. fact.* Deinde hoc ita demum verum est, si contractus emptionis sub conditione suspensiva contractus, celebratus fuerit: secus verò est si sub conditione resolutiva celebratus fuerit: tunc enim ex hoc contractu statim oritur obligatio, atque emptor & fructus rei lucratur, & rem ipsam præscribit, & periculum rei ad ipsum emptorem per-

rem pertinet, *l. 2. ff. de in diem addict.* Porrò ex hoc 68
contractu obligatur emptor, ut precium venditori dare,
id est, accipientis facere cogatur, *l. Ex empto. in prin. ff.*
de act. empt. l. 1. ff. de rer. permut. Ideoque si alieni num- 69
mi soluti fuerint, venditori ab emptore, emptor non li-
beratur, nisi illi nummi à venditore fuerint usucapti,
consumpti, deperditi, vel alijs nummis proprijs suis com-
misti, *l. si alieni. ff. de solut. glos. l. indebiti. §. 1. & ibi Dd.*
ff. de condict. indeb. glos. & Dd. l. nam etsi. ff. si cert. petat.
Et licet ex solo contractu emptionis, consensu perfecti, 70
etiam re nondum tradita venditori actio ad precium pe-
tendum detur, *Ias. l. si duo patroni. §. si quis juraverit. ff. de*
jurejur. Felin. c. inter alia. n. 4. extra de sentent. excomm.
Dec. cons. 299. n. 1. lib. 2. Alex. & Ias. l. filia licet. C. de col-
lat. arg. l. jurisgentium. in prin. & ibi Ang. ff. de pact. Tamen
emptor non antea precium conventum venditori solve-
re cogitur, nisi ipsi venditor rem venditam tradiderit,
l. qui pendentem. ff. de act. empt. l. si in emptione. §. item si
emptor. ff. de contrah. empt. glos. l. Iulianus. §. offerre. ff. de
act. empt. Socin. cons. 208. n. 4. lib. 2. Henning. cons. 6. n. 4.
lib. 7. & cons. 7. n. 36. eod. lib. Hieron. Schurf. cons. 93. lib.
3. Excepto tamen eo casu quando post venditionem 71
perfectam res vendita absque dolo vel culpa venditoris
perijt, vel alius casus incidit, quominus venditor rem
venditam tradere possit, tunc enim etiam re vendita non
tradita, venditor ad precium agere potest, *Corn. cons.*
231. n. 7. lib. 2. arg. l. antep. penul. & ult. C. de peric. & com-
mod. rei. vend. Et hanc exceptionem rei non traditæ em-
ptor venditori tàm ante quàm post litem contestatam
objicere potest, *Hieron. Schurf. d. cons. 93. Ias. §. actionum*
n. 131. Instit. de actionib. Quinimò illam etiam post sen-

tentiam ante executionem rei judicatæ emptor venditori opponere poteſt, *Felin. c. cum Ioannes. n. 34. extra de fid. inſtrument. Alex. & Iaſ. d. §. ſi quis juraverit. arg. l. fun-*
72 *dus qui Lucij Titij. ff. de reſcind. vendit.* Quam ſententiam confirmat: Quia licet exceptio rei non traditæ, non ſententiam latam ſed executionem reſpicit: Et certi atque indubitati juris eſt, exceptiones quæ non ſententiam reſpiciunt, ſed executionem tantùm differunt, etiam poſt ſententiam opponi poſſe, *Bart. & Iaſ. l. 1. C. de jur. & fact. ignor. Alex. & Iaſ. d. §. ſi quis juraverit. arg. l. ex diverſo. §. fin. ff. ſolut. matri. l. Neſennius. §. fin. ff. de re judic.*
73 *l. ſi fidejuſſores in id. §. fin. ff. de fidejuſſor.* Quinimò etſi hæc exceptio rei non traditæ à parte non fuerit oppoſita, judex ex officio ſuo illam opponere poteſt, atque emptorem condemnare ad precium ſolvendum ſub illa conditione, ſi venditor ipſi rem venditam tradiderit, *Bald. l. ſi pater. arg. ill. text. C. de act. empt. Alex. d. l. filia licet. Felin. d. c. inter alium. n. 5. Cravett. conſ. 151. n. 10. Cephal. conſ. 312. n. 148. conſ. 407. n. 20. lib. 3. Roland. à*
74 *Vall. Conſ. 53. n. 33. ubi tamen dubitat. lib. 1.* Et, ſi pacto vel ſtatuto cautum fuerit, ne ulla exceptio contra inſtrumentum vel actionem aliquam opponi poſſit: tamen nunquam exceptio rei non traditæ ſublata intelligitur, *Dec. conſ. 299. n. 2. arg. ejus quod docet Bald. l. ſi tra-*
75 *ditio. 3. Quæſt. C. de act. empt. l. Ex prædijs. C. de evict.* Et ſi judex emptorem ſimpliciter condemnaverit ad precium ſolvendum, neque ipſe ante executionem hujus ſententiæ de re non tradita exceperit, ipſe tamen poſtea rem petere per actionem ex empto non prohibetur,
76 *Bart. d. §. ſi quis juraverit.* Præterea quoq; & poſt rem traditam emptor venditori precium ſolvere non cogitur, &

tur, si post perfectam emptionem & traditionem rei venditæ factam, ante precium solutum emptori quæstio de re empta mota fuerit, nisi venditor emptori cautionem cum satisdatione de precio atque interesse si illa res evicta non tantùm ab illo qui controversiam movit sed etiam ab alio quocumq; fuerit, præstiterit, *l. si post perfectam. & ibi Bart. & Bald. C. de Evictionib. l. habitationum. §. fin. & ibi Bart. & Bald. ff. de peric. & commod. rei vend. l. fin. §. fin. & ibi Bart. & Bald. ff. de rescind. vendit. Ang. §. actionum. n. 17. instit. de actionib.* nisi emptor sciens rem alienam emerit, vel nisi expresſè conventum fuerit, ut venditor emptori re evicta non teneatur de evictione, etiam ad precij restitutionem: His enim casibus licet res vendita, ante traditionem, vel evicta fuerit, vel emptori de hac re quæstio mota fuerit, venditor licet emptori satisdationem de evictione præstet, precium petere potest, *Alex. in addit. ad Bart. l. emptorem. §. fin. ff. de act. empt.* Similiter re tradita emptor vendori precium solvere non cogitur, si venditor emptori tradiderit rem venditam, vel non totam, *Dec. cons. 119. n. 1. arg. l. fistulas. §. qui fundum. ff. de contrah. empt. l. Iulianus. §. offerri. ff. de action. empt.* vel non liberam, sed alteri oppignoratam, *Bald. l. qui rem. C. de Evict.* Re autem tra- 77
dita perfectè, emptor obligatur venditori non tantùm ad precium solvendum sed etiam ad usuras precij: Quia emptor per traditionem rei venditæ in mora irregulari constituitur, *d. l. Iulianus. §. ex vendito. l. libertatis. §. fin. & l. evictio. §. fin. ff. de Evict. l. 2. & ibi Bald. C. de usur. l. curabit. & ibi Bald. C. de act. empt.* Hæc conclusio primò 78
extenditur, ut has usuras venditor etiam secundùm juris canonici dispositionem petere possit, *glos. & Bald. l.*

 2. C. de

2. C. de usur. glos. & Bald. d. l. curabit. glos. & Abb. c. conquestus. extr. de usur. Bald. d. §. ex vendito. Socin. consil. 176.
79 *lib. 2. & cons. 88. & 113. & 130. lib. 4.* Secundò hæc conclusio extenditur, ut licet venditor qui partem tantùm rei venditæ solvit, precium conventum petere non possit: ipse tamen si postea residuum rei venditæ emptori integrè tradiderit, usuras precij proportione rei ante traditæ, à tempore istius particularis traditionis petere possit. *Carol. Molin. in tractat. de usur. q. 74. n. 556. usq. ad n. 561. arg. l. fin. §. fin. & ibi Bart. ff. de fund. dotal. & eius*
80 *quod docet Bart. d. §. qui fundum. & d. §. offerre.* Tertiò cum hæ usuræ non simpliciter ut usuræ, sed tanquam interesse petantur, venditor licet intra decennium vel longius tempus minus tamen 30. annorum, has usuras non petierit: ipse tamen à petendis hisce usuris non excluditur, *Ludovic. Roman. & Alex. in. l. qua dotis. & ibi Ias. n. 19. ff. sol. matrim. Alex. cons. 56. n. 12. & cons. 63. n. 16. lib.*
81 *4. & cons. 208. n. 12. lib. 7. Corn. cons. ult. n. 12. lib. 2.* Licet alioquin à petitione usurarum, quæ sunt meræ usuræ quis per negligentiam decennij excludatur, *l. cum quidam. § Divus. ff. de usur.* Et hæc sententia magis vera atque communiter approbata est, quamvis de hac sententia dubitet Corn. *cons. 206. n. 10. lib. 2.* & contrarium teneat Bald. *cons. 374. incipien. post biennium. lib. 3. & Alex.*
82 *cons. 74. n. 8. lib. 5.* Hæc conclusio limitatur primò, ut non procedat si res vendita sit talis, ut ex ea fructus nullus nullaque commoditas ex usu eius percipi possit, *Salic. l. 2. C. de usur. Bald. l. in minorum. C. in quib. caus. in integr. restit. necess. non est. Alex. l. de divisione. col. pen. ff. solut. matrim. Corn. cons. 59. lib. 3. Carol. Molin. in tract. de usur. q. 74. n. 496.* Et licet de hac sententia dubitet Socin. *cons.*

cin. *conf. 176. n. 11. lib. 2. & conf. 103. lib. 3.* contrarium verò expresſè teneat Bald. *d. l. 2. C. de uſur. Paul. de Caſtr. d. l. curabit. Petr. de Anchor. c. peccati venia. De reg. jur. lib. 6. Ioan. de Anan. c. conqueſtus. extr. de uſur. Socin. conſ. 88. n. 17. lib. 4. Dec. conſ. 119.* hæc ſententia tamen mihi veriſſima videtur, *arg. d. l. curabit. verſ. & perceptorum fructuum ratio. d. §. ex vendito. ver. facultatem fructus percipiendi. d. l. libertatis. §. fin. ver. qui fructus non percepiſſet.* Secundò 83
hæc concluſio fallit, ſi de evictione quæſtione mota, emptor ideo non ſolverit precium, quia venditor ipſi de evictione non ſatisdedit; tunc enim quia non emptor, ſed venditor eſt in mora, emptor venditori uſuras precij conventi ſolvere non cogitur, *Bald. l. 1. n. 5. C. de bon. matern. Socin. d. conſ. 88. n. 17.* cui ſententiæ & ego ſubſcribo; quamvis contrarium, ſed malè teneat Bald. *d. l. 2. C. de uſur. Alex. conſ. 147. lib. 5. Dec. conſ. 119.* Tertiò 84
hæc concluſio fallit, ſi emptori re vendita tradita, fuerit datus terminus ad ſolvendum, tunc enim licet emptor percipiat fructus rei venditæ: ipſe tamen uſuras nullas precij ante terminum ſolutionis lapſum ſolvere cogitur, *Socin. conſ. 176. lib. 2. & conſ. 88. 103. & 130. lib. 4. Dec. conſ. 119. Alex. conſ. 121. lib. 5. Abb. conſ. 5. lib. 1. Dec. c. cum venerabilis. n. 14. extr. de except.* Niſi expreſsè 85
conventum fuerit, ut etiam hoc caſu emptor venditori uſuras precij pro fructibus interim perceptis ſolvat, *Paul. de Caſtr. d. §. ex vendito. Alex. d. conſ. 121.* Quæ quidem conventio abſq; dubio valet, ſi actum atq; conventum fuerit indefinitè de uſuris precij, ratione fructuum interim percipiendorum, ſolvendis, non taxata quantitate uſurarum, *Dec. d. c. cum venerabilis. n. 14. & d. conſ. 119. & conſ. 183. n. 3.* Secus verò eſt, ſi quantitas certa uſurarum

furarum precij taxata fuerit, tunc enim hæc conventio non valet secundùm communem Dd. sententiam, *Socin. d. conf. 88. & conf. 103. & 130. lib. 4. Pet. de Anchor. conf. 149* Nisi hoc casu vel expresse actum fuerit, ne dominium rei traditæ ad emptorem transeat, *Abb. conf. 66. lib. 1. Alex. d. conf. 121. lib. 5. Socin. praall. consil. arg. l. sicut. §. fin. cum l. seq. ff. locat.* vel nisi hæc quantitas usurarum taxata, conveniat, fructibus verisimiliter ex ista re percipiendis, *Dec. d. c. cum venerabilis. n. 14. Card. Paris. conf. 60. lib. 1. Carol. Molina. in tractat. De usur. q. 74. & q. 80. facit quod docet Abb. c. conquestus. n. 3. extr. de usur. Alex. l. in insulam.*
86 *§. usuras. ff. solut. matr.* Quartò hæc conclusio fallit, si res vendita post traditionem vel perierit, vel emptori absq; dolo & culpa sua ablata fuerit, vel alio modo fiat quo minus emptor ex illa re fructus percipere possit: tunc enim ex eo tempore, quo emptori absq; culpa sua fuit ablata facultas ex re vendita fructus percipiendi, ipse non cogitur venditori usuras precij solvere, *Corn. d.*
87 *conf. 59. lib. 3.* Quæ sententia mihi omninò placet, si hæ usuræ debeantur tantùm venditori ex mora irregulari, quam ideò emptor contrahit, quia ipse fructus rei venditæ percipit: tunc enim, quia per interitum rei venditæ vel per aliam causam, per quam venditor fructus percipere prohibetur, causa hujus moræ irregularis cessat, meritò & ipsa mora irregularis ejusque effectus, usuræ nempe, cessare debent, *arg. l. Titia Seja. §. usuras. ff. de legat. 2. & ejus quod docet Carol. Molin. in tract. de usur. Quæst. 40.* Secus est si hæ usuræ venditori non ex mora sola irregulari, sed ex conventione contrahentium debeantur: tunc enim, licet vel res vendita perierit, vel alio modo factum fuerit, quo minus emptor fructus rei vendi-

venditæ percipiat, ipse nihilominus usuras precij venditori solvere cogitur, *glos. l. sicut. ff. Locat. Carol.* [redacted] *in tract. de usur. q. 74.* Quintò hæc mora ir- 88 regularis tantum operatur hoc, ut emptor venditori ad usuras precij teneatur, non autem hoc efficit, ut emptor venditori interesse vel pœnam solvere cogatur, *Alex. & Ias. l. vinum. ff. si cert. petat. ijdemq; in d. l. de divisione. Carol. Molin. d. quæst. 74.* nisi emptor ultra hoc in mora regulari, quæ per dici vel hominis interpellationem inducitur, constitutus fuerit: tunc enim ipse non tantùm ad usuras, sed etiam ad pœnas atque interesse, non tantùm intrinsecum solum, verùm & intrinsecum, propinquum tamen, non remotum, *Dec. d. c. cum venerabilis. n. 14. extra de except.* emptori obligatur, dummodò tamen hoc interesse, sit interesse damni emergentis, *l. in nummis. & ibi Bart. Alex. & Ias. ff. de in lit. jurand.* non autem lucri cessantis, hoc enim venditor petere non potest, *l. si sterilis. §. cum per venditorem. ff. de act. empt.* nisi ipse negotiator fuerit, *l. 3. §. fin. & ibi Bart. Alex. & Ias. ff. si cert. petat. Bart. l. 1. C. de sentent. quæ pro eo quod inter. profer.* [redacted] *in tract. de Commerc. n. 30. Alex. l. cum quid. & ibi Dec. n. 29. ff. si cert. petat. idem Dec. d. c. cum venerabilis. Alex. cons. 190. col. fin. lib. 2. & cons. 141. Viso themate lib. 5.* Et certum sit, ipsum, si illi sua die precium solutum fuerit, hoc lucrum omnino adquisiturum fuisse, *Bart. Alex. & Ias. d. l. 3. §. fin. ff. de eo quod cert. loc. Bart. d. l. 1. C. de sentent. quæ pro eo quod inter. Carol. Molin. in tract. de usur. n. 28.* & ipse hoc lucrum ex prima negotiatione, *arg. l. fin. ff. de pericul. & commod. rei vend.* non autem ex secunda vel sequentibus negotiationibus percipere potuisset, *Dec. d. c. cum venerabilis. n. 14. arg. l. Neratius*

ratius. §. *si servo. ff. de serv. corrupt. d.* §. *cum per venditorem, facit quod docet Bart. l. Titium.* §. *altero, n. 1. ff. de admin. tutor.* Hoc tamen casu quando emptor non tantùm in mora irregulari per perceptionem fructuum, sed etiam in mora regulari per interpellationem constitutus fuit, venditor non simul usuras & pœnas vel interesse, à venditore exigere potest, nisi quatenus in uno plus est, quàm in alio, sed unius solutione ipse contentus esse cogitur, *Carol. Molin. in tract. de usur. q. 74. arg. l. pradia.*
89 *& ibi glos. & Dd. ff. de act. empt.* Sextò hæc tàm usura, quàm interesse, ad quæ emptor ratione moræ obligatus est, non jure actionis, sed officio tantùm judicis deben-
90 tur, *l. qui per collusionem.* §. *fin. ff. de act. empt.* Ideoque si venditor postea receperit solutionem precij tantùm ipse interesse vel usuras precij petere non potest, *l. 4. & ibi glos. C. de poss. l. centum Capua. & ibi Dd. ff. de eo quod cert. loc.* nisi ipse recipiendo sortis solutionem expresè protestetur, se hanc solutionem recipere salva petitione interesse & usurarum, *Bart. & Dd. l. fin. ff. de eo quod cert. loc. arg. l. si debitor.* §. *1. ff. Quib. mod. pign. vel hypoth. sol-*
91 *vat.* E converso verò, venditor obligatur emptori rem venditam dare si genus venditum sit, *Bart. Alex. Ias. & Dec. l. 2. in prin. ff. si cert. petat. Bart. l. ex empto. in prin. arg. ill. text. ff. de act. empt.* Quæ obligatio præcisa est, neque in illa post moram vel etiam post interitum rei succedit obligatio ad interesse, *l. ubi autem.* §. *fin. & l. si*
92 *servum.* §. *fin. ff. de verb. oblig.* Sin verò species vendita sit, venditor emptori non ad dandum, sed ad tradendam speciem obligatus est, *l. ex empto. in prin. ff. de act. empt.* Et si quidem ipse venditor habeat facultatem rei venditæ tradendæ, ipse eam præcisè tradere cogitur, nec solvendo

vendo interesse laboratur, *Bart. l. stipulationes non dividuntur. in prin. n. 39. & ibi Alex. & Ias. ff. de verbor. obligat. Bart. l. 1. in prin. n. 12. ff. de act. empt. Bald. l. si traditio. n. 1. C. eod. tit. & in §. 1. n. 47. C. de sent. qua pro eo quod inter. Bart. Alex. Ias. & Dec. l. certi condictio. in prin. ff. si cert. petat. Felin. c. cum Ioannes. extra de fid. instr. arg. d. l. ex empto. in prin. vers. Ipsam rem praestare oportet, id est, tradere. junct. l. 1. in prin. ff. de just. & jur. & quod docet Bart. Alex. & Ias. in l. Gallus. in prin. ff. de liber. & posth.* Nisi forsan illud, quod ex futuro incerto eventu percipitur, alteri venditum fuerit, veluti si quis jactum retis, vel indaginem plagis impositam alteri vendiderit, tunc enim venditor id, quod ex isto futuro eventu percepit, pisces nempe, feras, vel quid simile, non præcisè tradere cogitur, licet illorum tradendi facultatem habeat, sed solvendo emptori illorum æstimationem; vel id quod emptoris interest, liberatur, *l. si jactum. ff. de act. empt. Alex. & Ias. d. l. stipulationes non dividuntur. in prin.* Sin au- 93
tem ipse venditor non habeat facultatem rei tradendæ, ipse indistinctè interesse solvendo liberatur, *l. 1. in prin. & ibi glos. & Bart. ff. de act. empt. glos. hic. §. precium. ver. tradatur. & ibi Ang. cum similib. allegat.* Nisi venditio vel jurata fuerit, *arg. glos. l. si pecuniam. in prin. & ibi Ias. ff. de condict. ob causs. Alex. & Ias. d. l. stipulationes non dividuntur. in prin. Ias. l. si convenerit. ff. de jurisd. omn. judic. Idem Ias. §. item si quis stipulante. infra de action.* vel ob caussam publicam, *arg. glos. l. stipulatio. §. habet autem. & ibi Ias. ff. de oper. novi nunciat. Bald. in addit. ad Spec. De fructib. & interesse. col. pen. in fin.* vel piam facta, *Bald. l. 1. n. 73. C. de sentent. qua pro eo quid int. Alex. d. l. stipulationes non dividuntur. in prin. n. 27.* vel nisi testator jusserit heredem

 suum

ſuum alteri rem certam vendere & tradere, *arg. l. fideicommiſſa. §. fin. & ibi Bart. ff. de legat. 1. Bart. Alex. Iaſ. & Zaſ. d. l. ſtipulationes non dividuntur in prin.* vel, niſi venditor qui tempore venditionis facultatem rei venditæ tradendæ habuerit, conſtituerit ſe nomine emptoris rem venditam poſſidere, *Bald. d. l. 1. n. 75.* vel niſi ſuper hoc contractu inſtrumentum guarentigiatum, executionem paratam habens, factum fuerit: hiſce enim caſibus venditor præciſè rem venditam tradere cogitur, *Bald. d. l. 1. n. 76. C. de ſent. quæ pro eo quod inter. profer.* Et licet hiſce caſibus emptor non habeat facultatem rei venditæ tradendæ: tamen ipſe non indiſtinctè, ſed ſecundùm diſtinctionem *l. Qui reſtituere. ff. de rei vindic.* præſtando intereſſe liberatur. In omnibus tamen hiſce caſibus indiſtinctè poſt moram quod ad favorem ſive commodum emptoris, venditor emptori ad intereſſe obligatur, *d. l. 1. in prin. ff. de act. empt. Bald. d. l. ſi traditio. n. 1. Idemq; Bart. d. l. ſtipulationes. n. 39.* Ideoque emptori permittitur poſt moram venditoris vel rem ipſam venditam, vel id, quod intereſt petere, *gloſ. & Bart. d. l. 1.*
94 *in prin. ff. de act. empt. Bald. d. l. ſi traditio.* Et licet ex contractu emptionis conſenſu perfecto, etiam antequam precium numeratum eſt, emptori actio ad rem venditam petendam detur, *Alex. & Iaſ. l. filia licet. C. de collat. Iaſ. l. ſi duo patroni. §. ſi quis juraverit. ff. de jurejur. arg. l. juriſgentium. in prin. & ibi Ang. & Iaſ. ff. de pact.* Si tamen emptor contra venditorem, precio non integrè ſoluto, actione ex empto experiatur, ipſi exceptio precij non numerati obſtat, *l. fiſtulas. §. qui fundum. ff. de contrah.*
95 *empt.* In qua exceptione precij non ſoluti omnia illa locũ

habent,

habent, quæ supra de exceptione rei non traditæ diximus. Et ante solutionem precij permittitur venditori 96
rem venditam tanquam pignus pro precio solvendo retinere, *l. hæreditatis. ff. de hæred. & act. vend. l. Iulianus. §. offerre. ff. de act. empt. l. Quod si nolit. §. idem Marcellus. ff. de ædili. edict.* etiamsi unicus tantùm nummus de precio solvendo restet, *Bald. l. fin. C. commod. Ias. Auth. Qui rem. n. 10. C. de SS. Eccles.* Si tamen 97
ipse venditor quolibet modo hujus rei venditæ possessionem amiserit, ipse quidem rei vendicatione vel interdicto recuperandæ possessionis, *Bald. l. eum cui. C. de act. & oblig.* non autem actione hypothecaria contra possessorem hujus rei experiri potest, *Bald. d. l. fin. C. commod.* Neque tantùm ipsam rem venditam, sed & 98
fructus eius venditor emptori tradere unà cum re vendita cogitur, *l. fructus. & l. post perfectam. C. de act. empt.* Quod absq; omni dubio verum est, indistinctè in fructib. tépore cõtractus celebrati fundo vendito coherentibus. Namque cum illi fructus sint pars fundi venditi, *l. fructu. ff. de rei vendic. l. fin. §. pen. ff. de peric. & com. rei vend.* unà cum ipso fundo venditi censentur, & indistinctè ad emptorem pertinent, *l. Iulianus. §. si fructibus. ff. de act. empt. Bart. Alex. & Ias. l. si filiusfamilias. §. 1. ff. de verb. oblig. Bart. l. fin. §. fin. ff. de jur. fisci. Bald. d. l. fructus. Pract. papiens. in form. libell. in caus. vendit. in verb. fructus. Carol. Molin. in tract. de usur. n. 554.* Secus verò est in fructibus qui post contractum venditionis perfectum & absolutum, in fundo vendito nascuntur: hi enim emptori restituendi sunt à venditore, nisi ab eo tempore, quo venditor in mora regulari vel irregulari esse cœperit, *l. videamus. la. 2. & ibi Bart. & Bald. ff. de usur.*

gloſ. mag. l. mora. in prin. ff. de uſur. Iaſ. & Dec. l. cum fundus in prin. ff. ſi cert. petat. Dd. d. l. filiusfamilias. §. 1. Bald. d. l. fructus. Pract. Papienſ. d. verb. fructus. Bald. l. 1. C. de bon. mater. Si tamen emptor venditori partem precij conventi ſolverit, licet ipſe per hoc in mora non conſtituat venditorem, *l. fiſtulas. §. qui fundum, ff. de contrah. empt. l. Iulianus. §. offerre. ff. de act. empt. l. hereditatis. ff. de hered. & act. vend.* Si tamen emptor poſtea reſiduum precij venditori obtulerit, venditor cogitur emptori reſtituere fructus, ex re vendita perceptos, à tempore illius particularis ſolutionis, pro rata precij ſoluti, *l. fin. §. fin. & ibi Bart. ff. de fund. dot. Bart. d. §. qui fundum. idemque d. l. Iulianus. §. offerre. & l. ſi traditio. 10. quaeſt. C. de act. empt. Abb. conſ. 66. lib. 1. Alex. conſ. 121. n. 1. lib. 4. Corn. conſ. fin. col. 4. lib. 2. & conſ. 150. lib. 4. Dec. conſ. 110. n. 2.*
99 *in fin. & conſ. 543. n. 21.* Quinimò, ſi emptor univerſum precium cum uſuris, à tempore contractus venditori obtulerit, venditor cogitur ipſi in univerſos fructus quos à tempore contractus percepit ex re vendita reſtituere, ſecundùm communem atque receptam Dd. ſententiam, *gloſ. d. §. ex vendito ver. poſt diem. verſ. tu dic melius. & ibi Bart. Bald. Salic. & Paul. de Caſtr. Bald. d. l. curabit*: Quamvis contrarium teneat ſolus Carol. Mo-
100 lin. *in tract. de uſur. n. 554.* Circa hoc quaeri poteſt, ſi res vendita alteri locata fuiſſet, tempore venditionis celebratae, nondum finito locationis contractu, utrum penſiones ratione huius locationis debitae vel etiam ſolutae ad emptorem, an verò ad venditorem pertineant? In qua quaeſtione, licet variae extent Dd. ſententiae, *Bald. in l. fructus. C. de act. empt. & in l. 1. C. de fruct. rei leg. Pract. Papienſ. in form. libel. in cauſ. vendition. ver. fructus.* ego ta-

ego tamen unà cum Bart. in hac quæstione distingvo, aut res locata est talis, quæ singulis momentis usum sive utilitatem suam præbet, qualis est domus locata, & tum pensio anni indistinctè pertinet ad venditorem pro rata illius temporis, quod ante venditionem perfectam elapsum fuit, pro rata verò temporis insequentis, post contractum venditionis perfectum, pensio locationis indistinctè ad emptorem pertinet, *Bart. l. fin. §. fin. ff. de jur. fisc.* Cujus rei hæc potest assignari ratio: Namq; cum ratione fructuum sive commoditatis ex re locata perceptæ, pensio locatori solvatur, dubium non est, quin eo casu, quo singulis momentis temporum utilitas sive commoditas ex re locata percipitur, pensio debitæ locationis pro rata temporis anni, inter emptorem & venditorem dividi debeat, *arg. l. Seja. in prin. ff. de ann. legat.* Sin verò res locata & vendita sit talis, ex qua certo tantùm anni tempore fructus percipiuntur, qualis est ager vel fundus locatus; tum, si quidem hæc locatio sit talis, quam emptor indistinctè ratam habere cogitur, qualis est locatio ad longum tempus, item & locatio à fisco facta, item & quælibet alia locatio, si pro hac conductori res locata pignoris titulo obligata fuerit, *Bart. l. 1. §. quod autem ait. ff. de superficieb. Bart. & Alex l. si filiofamilias. §. fin. ff. sol. mat. Abb. c. fin. extr. ne prælat. vic. suas alt.* pensio locationis nulla habita ratione utrum fructus percepti sint nec ne, omnis ad venditorem pertinet, si tempore contractus celebrati dies illius venit. Sin autem tempore contractus celebrati dies pensionis nondum venit, pensio integra ad emptorem pertinet, *d. l. fin. §. fin. & ibi Bart. ff. de jur. fisc.* Sin verò hæc locatio sit talis, quam emptor ratam habere non cogitur, sicut sunt

ſunt regulariter omnes locationes, penſio nulla habita conſideratione, utrum dies illius venerit an non, tota ad venditorem pertinet, ſi fructus agri jam tempore venditionis contractæ percepti fuerint: Sin verò fructus rei venditæ nondum fuerint percepti tempore venditionis celebratæ, ſed adhuc inhærentes fundo ſint, penſio integra emptorem ſequitur, *Bart. d. l. fin. §. fin. ff. de jur. fiſc. Alex. conſ. 28. n. 2. lib. 1. & conſ. 82. n. 16. lib. 2. arg. d. l. Iulianus. §. ſi fructibus. ff. de act. empt.* Cum enim hæ penſiones reſpectu fructuum pendentium in fundo debeantur, imò in locum fructuum pendentium ſuccedant, dubium non eſt, quòd de his idem juris, quod de fructibus pendentibus ſtatui debet, ſtatuendum ſit, *arg. l. ſi eum. §. qui injuriarum. & ibi Dd. ff. ſi quis caution. §. fuerat. & ibi Iaſ. & Dd. infr. de action. Bart. lib. 1. §. pen. ſi quis*
101 *teſtam. lib. eſſ. juſſ. fuer.* Porrò venditori non tantùm rem venditam ſimpliciter tradere, ſed etiam vacuam illius poſſeſſionem tradere obligatus eſt, *l. 2. §. vacuam. & ibi Bart. ff. de act. empt.* quod ſi venditor non fecerit, ipſe perinde actione ex empto ab emptore conveniri poteſt atque ſi ipſe emptori rem non tradidiſſet, *l. 3. in prin. & ibi Bart. ff. de act. empt. Iaſ. §. actionum. n. 141. infr. de actio-*
102 *nib.* Vacua autem poſſeſſio illa dicitur, quæ à nemine neq; civiliter neq; naturaliter poſſidetur, *gloſ. l. fin. ver. vacuam. C. unde vi. gloſ. l. improba. ver. vacuam. C. de adquir. poſſeſſ. gloſ. l. non idcirco. C. de fid. inſtrum.* Quinimò ad vacuam etiam poſſeſſionem requiritur, ne alius ſaltem detineat rem venditam, ſi modò qui hanc rem detinet, ſit talis qui ex iſta re impunè ab emptore expelli non poſſit, qualis eſt is qui legatorum fideicommiſſorumve ſervandorum gratia in poſſeſſione eſt, item & ſi vendi-

venditor in possessione sit, cum similibus, *d. §. vacuam. & ibi Bart. Felin. c. cum Ioannes. n. 31. extr. de fid. instrument.* Licet secus sit, si is rem venditam detineat, quem emptor impunè ex ista re expellere potest, qualis est colonus & inquilinus: namque hac detentione non obstante nihilominus vacua possessio tradita censetur, *Ias. l. in conventionalibus. §. 1. ff. de verb. oblig.* His adde quod venditor castri ante traditum castrum in alio agro suo fortilitium constituens atq; postea castrum tradens, non intelligatur vacuam possessionem castri tradidisse, *Bart. l. 3. §. 1. ff. de act. empt. Bald. l. fin. C. de pact. int. empt. Felin. d. c. cum Ioannes. n. 32.* Integram quoque rem ven- 103
ditam venditor emptori tradere cogitur, & si ipse rem non integrè tradiderit, ad precium quidem agere non potest, *arg. l. Iulianus. §. offerre. ff. de act. empt. l. fistulas. §. qui fundum. ff. de contrah. empt.* Sed tamen ipse ab emptore actione ex empto non ad totam rem venditam, sed ad residuum tantùm rei venditæ conveniri potest, *arg. l. si stipulatus sum. §. 1. ff. de solutionib. Alex. & Ias. l. Iulianus. §. 1. ff. de verb. oblig. glos. l. eleganter. §. non solum. ff. de dol.*
Præterea etiam venditor obligatur rem venditam libe- 104
ram à servitutibus tradere emptori, & si ipse hanc rem non tradiderit liberam, ipse ab emptore non quidem actione ex empto ad totale interesse, tanquam ipsi res vendita tradita non fuisset, conveniri potest, nisi expressè conventum fuerit, ut venditor emptori rei venditæ possessionem liberam præstaret, *Bart. l. 2. §. 1. ff. de act. empt.* Sed siquidem ipse venditor scivit rem venditam alteri servitutem debere, ipse ad id quod interest particulariter emptoris, hanc rem servituti obnoxiam non esse, conveniri potest, *glos. l. quoties. ff. de ædil. edict. glos.*

 l. quod

l. quod ad servitutes. ff. de Evict. arg. l. Julianus. in prin. ff.
de act. empt. Sin verò venditor ignoravit, hanc rem al-
teri servitutem debere, ipse actione ex empto quanti
minoris civili, non autem prætoria conveniri potest, *d. l.*
quoties, glos. l. cum venderes. ff. de contrah. empt. glos. d. l.
105 *quod ad servitutes.* Absque vitio etiam venditor em-
ptori rem venditam tradere cogitur, & si ipse rem ven-
ditam vitiosam emptori tradiderit, siquidem sciens, ipse
omne interesse non tantùm intrinsecum, sed etiam ex-
trinsecum hujus rei nomine à venditore repetere potest,
d. l. Julianus. in prin. ff. de act. empt. Sin autem ipse igno-
rans rem vitiosam emptori tradiderit, tantùm actione
ex empto quanti minoris ab emptore conveniri potest,
d. l. Julianus. in prin. l. 1. C. de ædil. act. nisi quis vas vitio-
sum ignoranter vendiderit, tunc enim etiam ad omne
id, quod emptoris interest, se vas vitiosum non emisse
ab emptore venditor conveniri potest, *l. tenetur. §. si vas.*
106 *ff. de act. empt. l. sed addas. §. 1. ff. Locat.* Circa hoc ta-
men advertendum, duplicem esse actionem quanti mi-
107 noris, unam civilem, aliam prætoriam. Civilis actio
quanti minoris illa dicitur, quæ perpetuò datur emptori
contra venditorem ignorantem, propter quodcumq;
vitium rei venditæ, sive illa res sit animata sive inanima-
ta, item sive sit soli, sive sit mobilis, ad id, quanti emptor
ratione singularis interesse vilius empturus fuisset hanc
rem, si ipse hujus vitij notitiam habuisset, *arg. d. l. Julia-*
nus. in prin. & ibi Bart. & Bald. a. Idem Bald. l. 2. C. de Adi-
108 *lit. edict.* Actio verò quanti minoris prætoria illa dici-
tur, qua emptor rei animatæ contra venditorem intra
annum experitur propter vitium tàm animi quàm cor-
poris rei venditæ, quod emptor tempore contractus ce-
lebra-

lebrati ignoravit, ad id, quanti tempore venditionis contractæ, sciens vitium hujus rei, hanc rem minoris empturus fuisset: Pro ut hæc definitio probatur ex glos. *d. l. Iulianus. & ibi Bart. & Bald. glos. l. ob qua vitia. ff. de ædil. edict. text. l. sciendum. §. fin. ff. de ædil. edict. l. 2. & ibi Bald. C. de ædil. edict. l. ædiles. la 2. in prin. & l. si tamen. §. non nocebit. ff. de ædil. edict.* Hoc tamen quod diximus actione quanti minoris intra annum quem experiri posse, verum est, nisi quis actione quanti minoris ideo experiatur contra venditorem: quia venditor emptori denegat de vitijs occultis rei animatæ venditæ cavere, *l. si venditor. ff. de ædil. edict.* Neq; tantùm actione quanti mi- 109
noris, sed etiam redhibitoria propter vitia rei venditæ contra venditorem emptor experiri potest. Dicitur 110
autem redhibitoria actio illa qua emptor contra venditorem propter vitium rei venditæ experitur, ut is venditor recepta re vendita, *l. ædiles. §. fin. ff. de ædil. edict.* cum omnibus fructibus, lucris atque accessionibus ex illa re vel illius rei ratione ab emptore vel perceptis, vel propter culpam emptoris non perceptis, *l. cum autem. §. cum redhibetur. l. illud. l. bovem. §. si quis servum. ff. de ædil. edict. Bald. l. si prædium. n. 11. C. de ædil. edict.* item & eo, quo res vendita culpa vel dolo emptoris aut familiæ illius deterior facta fuit, *d. l. ædiles. la 1. in prin.* precium rei venditæ cum usuris, accessionibusque, quæ præter precium emptor, vel venditori, vel alteri, consentiente tamen venditore, vel etiam eo non consentiente ex legis dispositione solverit, *d. l. ædiles. la. 1. §. fin. l. debet. & d. l. illud. ff. de ædil. edict.* item & impensas factas in rem venditam, *d. l. illud.* exceptis tamen cibarijs, *d. l. item si servi. ff. de ædil. edict.* item & si quid damni emptor ex hac

 re, *d. l.*

re, *d. l. illud.* vel hujus rei ratione senserit, *d. l. cum autem. §. Iulianus. ff. de ædil. edict.* item & usuras precij, ab eo tempore, quo ipsi precium numeratum fuit, emptori restituere cogatur, *d. l. illud,* atque ut totus contractus emptionis atque venditionis, ab utraque parte tàm emptoris, quàm venditoris in integrum restituatur, *l. redhi-*
111 *bere. d. l. cum autem. §. Iulianus. l. facta. ff. de ædil. edict.* Hæc autem actio competit in venditionibus, tàm à privatis, quàm à civitatibus sive rebus publicis factis, exceptis venditionibus à fisco factis, *l. 1. §. illud sciendum est. ff. de*
112 *ædil. edict.* Et datur non tantùm in contractu venditionis, sed & in omnibus alijs contractibus onerosis, per quos dominium in accipientem transfertur, sive illi contractus sint bonæ fidei, sive stricti juris, *Bald. l. 2. n. 6. & 7. C. de ædil. action.* Pro illis autem contractibus, qui sunt vel gratuiti, *l. ad res. ff. de ædil. edict.* vel per quos dominium in accipientem non transfertur, hæc actio non da-
113 tur, *l. sciendum. la. ult. ff. de ædil. edict.* Præterea hæc actio non habet locum in venditione jurium vel aliarum rerum incorporalium, *l. proinde. §. eadem ratione. ff. de ædil.*
114 *edict. Bald. l. si prædium. n. 4. C. de ædil. edict.* In venditione autem rerum immobilium, ut est fundus pestilentes herbas producens, hæc actio locum habet, *l. 1. in prin. & ibi glos. ff. de ædil. edict. l. etiam in fundo. ff. eod. tit. d. l. si prædium.* Simili modo in venditione rerum mobilium, quæ sunt preciosiores, atque pro quibus dupla promitti consveta est, *l. emptori. §. 1. ff. de evict.* hæc actio locum habet, *glos. l. si tamen. §. fin. ff. de ædil. edict.* Pro illis autem rebus venditis quæ sunt viliores, atque pro quibus de dupla venditor emptori repromittere non cogitur, hæc actio non competit, *d. l. si tamen. §. fin. Bald.*

d. l. si

d. l. si prædium. Excepto tamen libro vitioso vel men- 116
doso vendito: namque pro hoc, hanc actionem compe-
tere Dd. communiter concludunt, *glos. l. 1. in prin. & ibi
Bald. ff. de ædil. edict. Bald. d. l. si prædium. n. 3. Ang. §. præ-
terum. supra de jur. natur. gent. & civil. Ang. §. fin. supra
de suspect. tutor. Specul. §. sciendum. n. 46. de empt. & ven-
dit.* Pro rebus quoque moventibus venditis, qualis 117
homo, equus, bos &c. hæc actio locum habet, *l. 1. & l.
ædiles. la. 2. ff. de ædil. edict.* Et non tantùm id, quod 118
principaliter venditum est, sed etiam id, quod rei vendi-
tæ ex conventione speciali partium accedit, propter vi-
tium rei redhiberi potest, *l. quod si nolit. §. fin. cum duab.
ll. seq. ff. de ædil. edict.* Propter tamen id, quod vendi- 119
tioni alterius rei accedit, id, quod principaliter ven-
ditum est, redhiberi nequit, *glos. l. cum ejusdem. ff. de
ædil. edict.* Excepto equo cæterisque pecoribus ven- 120
ditis, quæ propter sellam, frenum, ephippium reliquaq;
ornamenta, quæ illis venditis ipso jure, etiam absque
conventione partium accedunt, *l. ædiles. la. 2. in prin. &
ibi glos. ff. de ædil. edict. Bart. l. si ut certo. §. usq; adeò. ff.
commod. Itemq; in l. cum qui. §. non solùm. ff. de furt. & l. 2.
n. 4. C. de ædil. action. Ias. l. de quibus. n. 87. ff. de ll. Capol.
in tract. de servit. rustic. præd. cap. 4. de aqua ductu. n. 65.
Ias. §. actionum. n. 58. infr. de actionib.* Si hæc vel non
tradantur vel vitiosa sint, venditori ab emptore redhi-
bentur, *d. l. ædiles. la. 2. in prin. Bald. l. 2. n. 1. C. de ædil.
act.* Neq; tantùm propter morbum vitiumve, sed et- 121
jam si quid de qualitate aut bonitate rei venditæ promi-
sit venditori, si id verum non sit, redhibitoria actio lo-
cum habet; licet illud tale sit, quod absq; hac promissi-
one, redhibitoriæ actioni locum non pareret, *l. ob quæ*

vitia. §. *in summa. l. si quid venditor. l. ædiles. la. 2. ff. de*
122 *ædilit. edict. Bald. d. l. si prædium. n. 12.* Porrò hæc actio redhibitoria & nominata est, & prætoria, *Bald. d. l. si prædium. in prin.* Et siquidem propter morbum vitiumve rei venditæ intentetur, intra sex menses, *l. 2. C. de ædil. act. l. sciendum.* §. *fin. l. ædiles. la. 2. in prin. l. si tamen.* §. *2. l. cum sex menses. ff. de ædil. edict. l. si is qui.* §. *1. de except. rei. jud.* sin propter ornamenta intentetur intra 60. dies, *d. l. ædiles. in prin.* & si propter cautionem à venditore de vitijs morbisve rei venditæ non præstitam proponatur, intra tres menses tantùm intentari potest,
123 *l. si venditor. ff. de ædil. edict.* Et hoc tempus, intra quod tàm actio quanti minoris prætoria, quàm actio redhibitoria exerceri debet, tàm quo ad initium, *l. cum sex. & ibi glos. ff. de ædil. edict.* quàm quo ad progressum utilis est, *glos. l. annus. ff. de calumniat. & Bald. l. 2. n. 8. C. de*
124 *ædil. actionib. arg. l. 2. ff. quis ord. in bonor. possess. serv.* Et hæ actiones tàm redhibitoria, quàm quanti minoris etjam re empta absque dolo & culpa emptoris vel extincta, vel non apparente, vel evicta, contra venditorem emptori dantur, *l. redhibere.* §. *fin. & ibi glos. l. ædiles. la. 2.* §. *loquuntur. & l. si hominem.* §. *fin. cum l. seq. ff. de ædil.*
125 *edict. glos. l. quod si nolit.* §. *si mancipium. ff. d. t.* Præterea licet actiones tàm contra ignorantem quàm contra scientem venditorem dentur, *l. 1.* §. *in causa. ff. de ædil. edict.*
126 Hoc tamen quod dictum est, emptorem pro vitijs morbisve rei venditæ contra venditorem experiri posse, in ijs demùm vitijs morbisve procedit, quibus tempore contractus celebrati res vendita obnoxia est: secus est in postea supervenientibus absque dolo & culpa venditoris: illa enim, nisi aliud actum fuerit, periculum emptoris

ptoris respiciunt, *l. si apud. C. de ædil. edict. l. actioni redhibitoria. ff. eod.* Si tamen equus vel animal emptum, intra triduum post contractum venditionis perfectum moriatur, nec constet, utrum ex morbo post contractum venditionis superveniente nec ne, mortuum fuerit, præsumunt illud ex morbo, cui etiam tempore contractus hoc animal obnoxium fuit, decessisse, & sic hoc ad venditoris periculum pertinet si dissectum reperiatur, jecur macidum habere, *Ioan. Andr. in addit. ad spec. §. sciendum. n. 4. de empt. vendit. Alex. l. si quis cum aliter. n. 24. ff. de verb. oblig. Iaf. l. lecta. ff. si cert. petat. Ang. §. in duplum. infr. de action. Abb. c. injustum. extr. de rer. permut.* Morbus enim intra breve tempus post contractam 127
venditionem apparens, antiquus præsumitur, *Abb. d. c. injustum. arg. c. 2. & ibi glos. extr. de cleric. percuss. glos. l. 1. C. de emendat. servor. facit text. l. si ventr. §. fin. ff. de privileg. credit.* Secundò emptor qui scienter rem vitiosam 128
emit, propter vitia contra venditorem experiri non potest indistinctè, *l. ea quæ commendandi. ff. de contrah. empt. l. 1. §. si intelligatur. ff. de ædil. edict. l. si tamen. §. ei. & §. in ædilicijs. ff. eod. tit.* Idem est si emptor vitium sive mor- 129
bum rei venditæ ignoravit quidem, sed ignorantia illius est crassa & supina, *glos. & Bald. l. 1. C. de ædil. act. Ang. d. §. prætorum. Bart. & Bald. l. Iulianus. in prin. n. 5. ff. de act. empt. arg. l. nec supina. ff. de jur. & fact. ignor.* Quam tamen sententiam ita demum veram judico, si venditor similiter ignoraverit vitium hujus rei; secus verò esse statuo si venditor scivit vitium hujus rei, emptor autem hoc supinè ignoravit: tum enim emptori ignoranti, non obstante hoc quod hæc ignorantia est crassa & supina, contra venditorem scientem actio ex empto ad id quod

interest

intereſt datur, *Abb. d. c. injuſtum. in fin. arg. l. ſi ſterilis.* §. *1. ff. de act. empt.* Eô, quia venditor ſciens vitium rei, eſt in dolo, & dolus culpæ præponderat, *l. ſi mora. ff. ſolut.*
130 *matrim. l. ſi putator. ff. ad leg. Aquil.* Tertiò venditor non tenetur de vitijs morbisve rei venditæ, ſi hoc expreſsè actum fuerit, ne ipſe de vitijs huius rei conveniri poſſit, *l. paciſci. ff. de pact. l. quæritur.* §. *ſi venditor. ff. de ædil. edict.* Quæ conventio ſive ſit generalis ſive ſit ſpecialis, indiſtinctè venditori prodeſt, ſi ipſe ignoret rem venditam morbis vitijsve obnoxiam eſſe, *gloſ. & Bald. l. 1. C. de ædil. act. Alex. l. ſi quis cum aliter. n. 35. ff. de verb. oblig. arg. l. 1.* §. *fin. junct. gloſ. & l. quæro. ff. de act. empt.* Sin verò venditor ſciat vitium rei venditæ, generalis conventio, ne de vitijs morbisve conveniri poſſit, ipſi nihil patrocinatur, ſed requiritur, ut ipſe ſpecialiter, nominatim & expreſsè emptorem admoneat, rem venditam hoc vitio morboque obnoxiam eſſe, *d. l. 1.* §. *fin. & ibi gloſ. d. l. quæro. & ibi Bart. & Bald. ff. de act. empt. gloſ. & Bald. d. l. 1. C. de ædil. edict. Alex. d. l. ſi quis cum aliter. Idemq́; Alex. conſ. 14. lib. 5. & conſ. 63. lib. 6. facit. l. tenetur.* §. *fin. ff. de act. empt. Abb. c. injuſtum. extr. de rer. permut.* Quinimò etſi venditor expreſsè vitia rei venditæ nominaverit: cum illis tamen alia multa vitia expreſſerit, quibus rem venditam non obnoxiam eſſe, apertè conſtabat, & ſic emptor credens ſimpliciter, & aliud quod vitijs veris non apparentibus datum erat, falſum eſſe, rem aliquam emerit, ipſe nihilominus præfatis actionibus contra venditorem experiri poteſt, *Corn. conſ. 81. n. 4. lib. 3. Ioan. Andr. in addit. ad Specul.* §. *nunc videndum, & 2. verſ. quid ſi vendens &c. De empt. vend. Alex. l. ſed etſi quis.* §. *quæſitum. ff. ſi quis cautionib. Alex. l. ſi quis*

cum

cum aliter. ff. de verb. oblig. Ang. d. §. pratorum. & §. in duplum. infr. de actionib. arg. l. ea qua commendandi. §. fin. & ibi glos. ff. de act. empt. Abb. d. c. injustum. ext. de permutat. Huc accedit, quod si venditor sciens vitium rei venditæ generaliter vel etiam specialiter dixerit, se ignorare rem venditam vitiosam esse, licet ipse postea specialiter pactus fuerit, si appareat rem venditam hoc vel illo vitio obnoxiam esse, se de hoc obligatum esse nolle, ipsum tamen nihilominus de hoc vitio conveniri posse, *glos. l. sciendum. §. si venditor. ff. de adil. edict. glos. lib. 1. §. fin. ff. de act. empt. Alex. d. cons. 14. lib. 5.* Præterea venditor 131
obligatur emptori ante traditionem rei, rem venditam custodire, habita ratione doli, latæ atque levis culpæ, *l. hoc ita. §. fin. & ibi glos. l. custodiam. junct. glos. & l. si vendita. ff. de peric. & commod. rei vend. l. si ut certo. §. nunc videndum. ff. Commod. l. contractus. & ibi Dec. ff. de reg. jur. glos. l. quod si nolit. §. si mancipium. ff. de adil. edict.* Ideoq; si venditor post contractum venditionis perfectum, rem venditam in illo loco reliquerit, in quo communiter tales res venditæ custodiri solent, licet hæc res quolibet modo vel perierit vel ablata fuerit, hoc ad periculum emptoris pertinet, *Corn. cons. 231. lib. 2. arg. l. pignus. & ibi Bald. C. de pignor. act. l. quis sit fugitivus. §. apud Labeonem. & ibi Bart. ff. de serv. fugit.* Et si emptor fuerit in mora recipiendi rem venditam, venditor tantùm de dolo & lata culpa tenetur, *l. si mora. & ibi Bart. ff. Solut. matr.* Et si quidem vinum venditum fuerit, emptore in mora existente hoc vinum tollendi, permittitur venditori, denunciatione tamen prius emptori facta, hoc vinum effundere, *l. 1. §. licet. ff. de peric. & commod. rei vend.*
De levissima autem culpa nunquam tenetur venditor, 132

glos. d.l. custodiam. glos. d. §. *si mancipium.* Nisi vel hoc specialiter actum fuerit, *arg. l.* 1. §. *si conveniat. ff. Depos.* vel, nisi ipse specialiter in se periculum rei venditæ, *Bart. Alex. & Ias. l. sed & si quis.* §. *quæsitum. ff. si quis caution.*
133 vel custodiam ejus susceperit, §. *cum autem, hic.* Ideoq; licet & furtum, *l. cum duobus.* §. *damna. & ibi glos. & Bald. ff. pro soc. Bart. l. si quis ex argentarijs.* §. *& heredi. ff. de edend. Abb. c. 1. n. 16. extra Commod.* & incendium plerumque culpa illius cui custodia rei commissa est, factum intelligatur, *l. 3. & ibi Bart. & Bald. ff. de offic. præf. vigil. l. qui insulam.* §. *fin. & ibi Bart. ff. Locat.* Cum tamen tàm furtum, quàm incendium in dubio culpa non lata vel levi; sed levissima evenisse præsumatur, *glos.* §. *præterea. & ibi Ang. supra quib. mod. re contrah. oblig. glos. d.* §. *damna. Alex. Cons. 50. n. 9. lib. 1. Alex. & Ias. d. l. si quis ex argentarijs.* §. *prætor. ijdemq; in l. domos. ff. de legat. 1. Ias. l. sed & si quis.* §. *quæsitum. n. 41. ff. si quis cautionibus.* venditor in dubio, si non probetur rem venditam culpâ vel dolo illius furto vel incendio perijsse, de incendio vel furto rei venditæ non tenetur, *l. si vendita. ff. de peric. & commod.*
134 *rei vend.* Periculum quoque casus fortuiti, post emptionem contractam eveniens, venditor præstare non cogitur, sed id ad emptoris damnum pertinet, §. *cum autem. hic. l. Id quod. in prin. & l. necessario. in prin. ff. de peric.*
135 *& commod. rei vend. l. 1. C. eod. tit.* Quod procedit etjamsi vinum, vel quid simile, non ad mensuram, sed simpliciter venditum fuerit, tanquam corpus certum, *l. 1. in prin. & ibi glos. & Bald. C. de peric. & commod. rei vend. l. quod sæpè.* §. *in ijs. ff. de contrah. empt. l. 2. & ibi Bald. C. de peric. & commod. rei vend. l. sicut. & ibi Bald. C. de act. emp.*
136 *glos. hic.* §. *cum autem.* Hoc tamen primò fallit, si actum fuerit

fuerit expresſè, ut periculum casus fortuiti etiam post emptionem contingens ad venditorem pertineat, *l. 1. in prin. ff. de peric. & commod. rei vend. l. si mancipium. C. de ædilit. action. gloſ. hic. §. cum autem.* Secundò hoc fallit, 137
si hic casus fortuitus culpa vel dolo venditoris ad hoc destinato evenerit, *ut hic, §. cum autem.* Tertiò hoc 138
fallit, si venditor sit in mora tradendi rem venditam, *l. cum inter. & l. fin. C. de peric. & commod. rei vend.* Quartò hoc fallit, si genus venditum sit, *gloſ. l. quod si neg. ff. d. tit. arg. l. in ratione. §. verum est. ff. Ad leg. falcid.* Quin- 139
tò hoc fallit, si duæ res alternativè venditæ fuerint, tunc enim si una ex illis ante traditionem factam perijt, periculum ad venditorem pertinet, *l. si in emptione. §. pen. ff. de contrah. empt.* Sextò hoc fallit, si expresſè actum fue- 140
rit, ut vinum venditum degustetur: tunc enim antequam hoc vinum degustatur, venditoris periculum est, *l. si quis vina. §. 1. ff. de peric. & commod. rei vend. Ang. hic. §. cum autem.* Septimò hoc fallit, si hic casus ex prætteri- 141
to morbo vel vitio rei venditæ evenit, *l. fin. C. de per. & com. rei vend.* Octavò hæc conclusio fallit, si venditor 142
scivit rei venditæ casum sive periculum imminere, neq; de hoc emptorem admonuerit: tunc enim hic casus superveniens ad venditoris damnum redundat, *arg. l. si vina. ff. de peric. & commod. rei vend.* Ideoque si consiliarius principis, vel senator civitatis sciens principem, vel senatum, legem conditurum, qua precia frumenti vel alterius rei, minora taxentur, atque minora efficiantur, frumentum suum vel alias res vendiderit, pro majori precio, tum temporis consveto, neq; emptorem admonuerit de hac lege ordinanda, permittitur emptori, si postea hæc promulgata fuerit, atque ipse ex hoc damnum

acceperit, hoc damnum omne à venditore repetere, *Bart. l. quaro. ff. de act. empt. & l. contra legem. ff. de legib. Bald. l. 2. C. de peric. & com. rei vend. Felin. c. 2. n. 7. limit. 2. extra de constit. Matth. de Afflict. Decis. Neapol. 399.*
143 *n. 9.* Porrò illo casu, quo diximus venditorem propter pactum conventum: de periculo casus fortuiti teneri, ipse tenetur tantùm de illo casu fortuito, qui est solitus, non autem de illo qui est insolitus, *Bart. & Ias. l. sed & si quis. §. quaesitum. ff. si quis cautionib. Bart. l. fistulas. §. fin. arg. ill. text. ff. de contrah. empt. idem Bart. l. Sejo. §. medico. ff. de ann. legat. Bald. l. falsas. col. pen. C. de furt. Alex. cons. 108. col. pen. lib. 3. Corn. cons. 23. col. fin. lib. 2. & cons. 12. col. 2. lib. 4. Matth. de Afflict. Decis. Neap. 150. n. 22.*
144 E converso quòq; sicut periculum, ita & commodum quoq; omne post contractum emptionis perfectum rei venditæ accedens emptorem sequitur, *l. 1. C. de peric. & comm. rei vend. d. l. id quod. in prin. d. l. sicut. C. de act.*
145 *empt.* Emptionis autem contractus primò dividitur, Quia quædam est expressa emptio; quædam tacita, quæ per æstimationem inducitur, de qua per Ias. *in l. 1. ff. de aestimat. act. & in §. actionum. infra de actionibus.* Secundò emptio alia est in scriptis, alia sine scriptis.
146 Tertiò emptio alia est pura, alia conditionalis. Et conditionalis emptio rursus duplex est. Quædam est facta sub conditione resolutiva, quædam est facta sub condi-
147 tione suspensiva, *l. 2. ff. de in diem addict.* Hujus autem emptionis conditionalis species est emptio ad mensuram contracta, *Bart. l. Iulianus. §. si Titius. ff. de act. empt. Bart. l. quod saepe. §. In his. ff. de contrah. empt. idemq; Bart. cons. 121. lib. 1. Alex. cons. 33. n. 4. lib. 6. Matth. de Afflict.*
148 *Decis. Neapol. 399. n. 4.* An autem & quando emptio vel ven-

vel venditio ad mensuram contracta censeatur: ego inprimis credo inspiciendam mentem contrahentium, de qua si liqueat vel constet, eam indistinctè inspicimus ad hoc, utrum emptio ad mensuram vel non contracta censeatur, quibuscumque tandem verbis contrahentes usi fuerint, *Alex. consf. 8. lib. 4. Dec. consf. 347. arg. l. 3. C. de lib. prator. l. semper in stipulationibus. ff. de reg. jur.* Sin autem expressè non constet neq; liqueat de mente contrahentium, ego emptionem ad mensuram indistinctè contractam statuo, quando non unicum precium expressum fuit, sed precium fuit divisum per singulas mensuras, *l. Quod sæpe. §. in his. ff. de contrah. empt. Bart. d. §. si Titius. Bald. l. 1. n. 4. C. de peric. & commod. rei vend. Idem Bald. Rubr. n. 23. C. de contrah. empt. Socin. consf. 32. lib. 4. Alex. consf. 33. lib. 6. Corn. consf. 59. lib. 4. Ias. l. 1. 2. lect. n. 5. C. de SS. Eccles. Ias. §. actionum. n. 148. infr. de actionib.* Quod primò procedere judico, etiam si totum sive integrum corpus venditum fuerit, precio in singulas mensuras constituto: ut puta, si quis vendiderit integrum vas vini vel gregem integrum certo precio statuto, vel in singulas metretas vini, vel singula capita gregis: namque hoc casu nihilominus emptio ad mensuram contracta & conditionalis censetur, *d. §. in his.* Quamvis contrarium sed malè teneat Bald. *in l. sicut. C. De act. empt. Matth. de Afflict. Decis. Neapol. 399. n. 5.* Secundò hanc conclusionem procedere judico, etiamsi mensuræ certus numerus expressus fuerit: ut puta, si quis ita dixerit: vendo tibi hoc vas vini, quod habet centum metretas, ut mihi pro unaquaque metreta solvas unum aureum: Namq; nihilominus hoc casu emptio & ad mensuram contracta, & conditionalis censeri debet, *arg. l.*

qui fundum. §. *quis. & ibi Bald. ff. de contrah. empt. Alex. consf. 176. lib. 6. Felin. c. significante. n. 8. extr. de Rescript.* Quamvis contrarium sed malè teneat Socin. *consf. ult. lib. 3.* Sin verò precium non fuerit statutum in singulas mensuras rei venditæ, sed res facta mentione mensuræ, pro unico precio vendita fuerit, & venditio non ad mensuram, sed ad corpus certum facta intelligitur, quando contrahentes non à nominibus mensuram significantibus, sed à nominibus corpus denotantibus incœperunt, ut puta, si quis ita dixerit: talem vel talem fundum meum, situm intra hos & illos fines, habentem decem jugera, vendo tibi pro 30. aureis, *Oldrad. consf. 197. incip. In concessione. & consf. 232. Alex. consf. 133. n. 6. lib. 1. consf. 120. lib. 2. consf. 74. lib. 3. Corn. consf. 59. lib. 4. Socin. consf. 32. lib. 4. Felin. d. c. significante. n. 7. Iasf. l. servi electione.* §. *fin. n. 14. ff. de legat. 1. Iasf. in l. si fundum, sub conditione.* §. *si libertus. n. 14. ff. eod. tit. Idemq. Iasf. l. 1. in lect. 1. n. 4. & in lect. 2. n. 5. C. de SS. Ecclesf. Ioan. Andr. in addit. ad Specul.* §. *sciendum. vers. pen. de empt. vend. Bald. rubr. n. 23. C. de contrah. empt. Bald. l. sicut. C. de act. empt. Matth. de Afflict. Decisf. Neapol. 68. arg. l. si servus legatus.* §. *qui quinq. ff. de legat. 1. l. si duorum. de ff. act. empt. l. his verbis.* §. *placet. ff. de legat. 3. facit l. 1.* §. *Idem Pomponius. ff. deposf. & quod docet. Iasf. l. 1. ff. solut. matrim. & in l. 2.* §. *prius. ff. de vulg. & pupill. substit.* ubi dicitur quod prius nominatum principalius censeatur. Quare cum contrahentes in nostro proposito corpus prius, mensuram verò posterius nominaverint, dubium non est, quin in proposito nostro, emptio non ad mensuram, sed ad corpus sive speciem contracta censeri debeat. Et hoc locum habet etiamsi contrahentes qui corpore incœperunt post expressio-

pressionem corporis antequam fines corporis designarent, mensuræ mentionem fecerint, ut puta, si quis ita dixerit, vendo tibi fundum 10. jugerum situm intra illos & illos fines, *Paul. de Cast. l. 2. C. de peric. et commod. rei vend. Hier. Tortus d. §. qui agrum. Alex. cons. 127. lib. 2. & cons. 44. n. 5. lib. 6. Matth. de Afflict. Decis. Neapol. 68. Card. Paris. cons. 64. & consil. 65. lib. 1.* Quæ sententia mihi magis placet, *arg. l. Qui fundum. ff. de evict.* Quamvis contrarium, sed malè teneat Abb. *c. per duas. extr. de donat. Alex. cons. 159. n. 7. lib. 5. Alex. & Cardin. Paris. in addit. ad Bart. d. §. si Titius. Dec. cons. 347. & cons. 500.* Secundò hæc conclusio extenditur ut procedat, licet in expressione confinium adjecta fuerit clausula SALVIS confinibus verioribus: Namque nihilominus emptio ad corpus, non autem ad mensuram contracta censetur, *Cardin. Paris. cons. 64. lib. 1.* Hoc tamen primò ita demum verum est, si certi aliqui fines rei venditæ expressi fuerint, ex quibus colligi possit, de quo corpore actum fuerit: secus autem est, si nulli certi fines rei venditæ designati fuerint, tunc enim licet contrahentes à corpore incœperint: tamen dici non potest, venditionem ad mensuram factam, sed omnino fatendum est, venditionem ad mensuram factam, ut puta, si quis ita dixerit: vendo tibi vinum decem amphorarum, nullo demonstrato vase: vel vendo tibi fundum 10. jugerum, nullis demonstratis confinibus: Namque hoc casu, cum inter has locutiones, vendo tibi decem amphoras vini, & vendo tibi vinum decem amphorarum, nulla sit omninò diversitas, sequitur, quod sicut uno casu, ita quoque & altero venditio ad mensuram contracta censeri debeat, *arg. l. illud. in prin. ff. ad leg. Aquil. l. à Titio. in prin. ff. de verb. oblig. gloss.*

l. si quis

l. si quis servo. C. de furt. Ias. Auth. quas actiones. C. de SS. Eccles. Secundò hæc conclusio ita demum vera est, si vel tota res demonstratis confinibus vendita fuerit, vel etjam si simpliciter demonstratis confinibus vendita fuerit, namque hoc casu tota vendita intelligitur, *l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de interrog. action. gloss. l. si in rem. ver. totam. & ibi Bart. ff. de rei vendicat.* Idem est si certa quota rei, cujus fines designati sunt, vendita fuerit: Quia idem juris est de parte respectu partis, quod est de toto respectu totius, *l. quæ de tota. in prin. ff. de rei vindic. l. qui scit. in prin. ff. de usur.* Secus verò est si pars incerta rei, cujus fines designati sunt, adjecto nomine mensuræ vendita fuerit: tunc enim indistinctè, licet contrahentes à corpore inceperint, venditio ad mensuram facta intelligitur, *d. §. in his. ver. sed et si ex dolario. Card. Paris. d. cons. 64.* Sin verò contrahentes inceperint à mensura, puta, si dixerint, vendo tibi decem jugera fundi, qui intra illos & illos fines situs est, vel, vendo tibi 10. metretas vini, quod in hoc vel illo vase est, hoc casu venditio ad mensuram contracta censetur, *Felin. d. c. significante. cum simil. supr. allegat. arg. l. si quis testamento. ff. de legat. 1.* Quod procedit etiamsi in contractu adjectum fuerit, ut emptor habeat vel possideat, quicquid intra illos fines designatos venditor vel habet vel possidet, *Dec. d. cons. 500.* Namque cum hæc clausula non ipsi dispositioni, sed executioni adijciatur, certum est, quod per hanc clausulam dispositio præcedens non restringatur, nec mutetur, *Clem. 1. de prabend. Ias. l. jus civile. ff. de just. & jur. Ias. & Dec. l. more. ff. de jurisd. omn. judic. Ias. l. ex pupillari. ff. de vulgar. & pupil. substit. Ias. l. qui Romæ. §. duos fratres. ff. de verb. oblig. Felin. c. licet. extr. de offic. ordin.* Hæc tamen

tamen conclusio fallit, si ipsi dipositioni fuerint adjecta hæc verba: Quicquid intra illos fines possideo, ut puta, si quis alteri ita vendiderit rem aliquam, Vendo tibi 10. jugera illius fundi intra illos & illos fines siti, & quicquid intra illos fines possideo: tunc enim quia venditor intelligitur vendidisse emptori quidquid ipse intra illos fines possidet, non intelligitur venditio ad mensuram facta, *Card. Paris. d. cons. 64. & 65.* Sin autem dubitetur, utrum antea fuerit à contrahentibus nominatum corpus, an verò mensura, ego credo ex precij quantitate colligi debere, utrum antea fuerit nominatum corpus an verò mensura; Et si quidem conveniat precium corpori, intelligo antea nominatum corpus, non autem mensuram, & sic venditionem ad corpus, non autem ad mensuram factam: Sin verò precium conveniat mensuræ, intelligo antea mensuram, & non corpus nominatum, & sic emptionem ad mensuram, non autem ad corpus factam, *glos. l. semper in stipulationibus. & ibi Bart. ff. de regul. jur. glos. l. in obscuris. ff. eod. tit. glos. l. 1. §. 1. & ibi Bart. ff. de superfic. Alex. cons. 26. lib. 4. Dec. cons. 347. cum alijs allegat. supra in prin.* Sin autem precium æquè accedat ad corpus & mensuram, in dubio præsumitur, contrahentes potius à mensura, quàm à corpore incœpisse, & sic venditionem potius ad mensuram quàm ad corpus fecisse, *Dec. d. cons. 500.* Eô, quia hoc utrique contrahentium minus damnosum, Et in dubio illa interpretatio capienda, quæ utrique contrahentium minus præjudicat, *l. 1. & ibi Ias. n. 16. ff. si quis caution. l. ex his. ff. quæ in fraud. credit. Dec. c. ut debitus. n. 18. extra de appellat. Idemq; Dec. cons. 162.* Porrò emptioni & vendi- 149
tioni sicut & alijs omnibus contractibus, quædam pe-

culiaria pacta adjici solent: inter quæ pactum de revendendo, pacta legis commissoriæ & addictionis in diem
150 facilè primas obtinent. Et quia pactum de revendendo & frequens est, & materiam pulcherrimam continet, ideo materiam hujus pacti hîc breviter perstringemus. Sciendum itaque est, hoc pactum legibus improbatum non esse, *l. 2. & ibi Dd. C. de pact. int. empt. & vendit. l. qui fundum. ff. de contrah. empt.* nisi fuerit simulatum vel in fraudem usurarum factum, *c. ad nostram. & ibi Abb. extra de empt. & vendit. c. illo vos. & ibi Abb. extra de pigno-*
151 *rib.* Quod, quibus modis fiat videte glos. & Abbat, *in c. conquestus. extra de usur. Abb. in d. c. ad nostram, Bald. & Matth. de Afflict. c. 1. in prin. de Feud. dat. in vic. leg. commiss. Alex. cons. 28. lib. 5. & cons. 54. lib. 6. Corn. cons. 346. col. fin. lib. 1. Socin. cons. 248. lib. 2. Felin. c. si cautio. n. 68. extra de fid. instrum. Matth. de Afflict. Decis. Neapol. 40. & 65. Card. Paris. cons. 55. n. 44. lib. 1. & cons. 82. n. 36. lib. 3. & plenissimè Cæpoll. in tract. de simulat. contract.*
152 Et ex hoc pacto, si vel in ipso contractu, vel in continenti post contractum intervenerit, actio oritur, *arg. l. jurisgentium. §. quinimo. & ibi Bart. Alex. & Ias. ff. de pact. l. in bonæ fidei, & ibi Dd. C. eod. tit. Ias. & Dd. in l. lecta ff. si cert. petat.* Ex intervallo autem post emptionem perfectam si hoc pactum intervenerit, licet juxta traditionem rei venditæ adjectum fuerit, *arg. glos. l. in traditionibus. & ibi Ias. ff. de pact.* non actionem quidem producit, *arg. d. l. jurisgentium. §. Quinimo. & §. seq. ver. item responsum scio. l. pacta conventa. ff. de contrah. empt.* Præterquam vel, si stipulatione causam continente, *Corn. cons. 138. n. 12. & 13. lib. 1. arg. l. 2. §. circa. ff. de except. dol. mal.* vallatum fuerit, *arg. supra de verb. oblig. in prin. l. si quis certum. ff. si cert.*

cert. petat. vel in illis casibus in quibus ex pacto nudo actio datur qui recensentur per Ias. *d.* §. *quinimo. & per eundem in l. lecta. ff. si cert. petat.* itemq; per Dd. *in d.* §. *de constituta. infra de actionib. Felin. c. extra de pact.* sed exceptionem parit, *d. l. in bona fidei. d. l. pacta conventa.* Ideoque si is qui alteri vendidit annuos reditus, ab ipso venditore emptori ea bonis suis præstandis ex intervallo post contractum emptionis absolutum & completum pactus fuerit cum emptore de hisce reditibus sibi revendendis, hoc pactum, licet nudum, venditori utile est, ut ipse oblato precio juxta conventionis placitum, emptorem à petitione horum redituum per exceptionem pacti repellere posit, *arg. d. l. in bona fidei.* Et ab hoc vel in 153
ipso contractu vel in continenti post conventos contrahentes destitisse non intelliguntur, eam ob caussam, quod in instrumento super contractu emptionis etiam ex intervallo secundùm voluntatem contrahentium facto, hoc pactum adscriptum non fuerit, *Alex. cons. 122. n. 2. lib. 2. arg. l. si tibi liberum. ff. de act. empt. l. si binarum. ff. de servit. urb. præd.* Licet secus sit, si hoc pactum à 154
contrahentibus ante contractum emptionis, in præparatorijs emptionis conventum fuerit, *Alex. & Ias. l. Item quia. §. fin. ff. de pact. Ias. l. Titia. §. idem respondit. ff. de verb. oblig.* Præterea hoc pactum ab utraque parte 155
tàm emptoris quàm venditoris ad heredes transit, *d. l. 2. & ibi Bald. C. de pact. int. empt.* Et si quidem conven- 156
tum fuerit, pro quo precio hæc revenditio fieri debeat, pro hoc precio & non pro alio rem emptam revendere obligatur emptor, *arg. l. semper in stipulationibus. ff. de reg. jur.* Sin autem pactum de retrovendendo simpliciter nulla precij facta mentione conceptum fuerit, emptor

obligatus est venditori rem emptam revendere, non pro illo precio, pro quo ipse hanc rem emit, sed pro illo precio, quo res eo tempore vendi potest, quo venditor eam juxta pactum conventum sibi vendi postulat, *arg. l. 2. & ibi glos. C. de patrib. qui fil. distrax. l. 3. §. divi fratres. ff. de jur. fisc. facit l. fidejussor. §. meminisse. & ibi Bart. Alex. & Ias. ff. de legat. 1.* Vendi autem posse intelligitur res, quo ad hoc, ut venditor emptori hoc precium restituere cogatur, non quanti forsan aliquis propter singularem affectionem ad hanc rem, illam empturus fuisset, sed quantum communiter hæc res vendi potest, *Alex. & Ias. l. qui Romæ. §. coheredes. ff. de verb. obligat. arg. glos. mag. l. 2. C. de resc ind. Cæpoll. in tract. de simulat. contractib. n. 28.*

157 Porrò emptor qui rem aliquam cum pacto de revendendo emit, omnes fructus quos ipse ex re empta percepit, antequam ipsi venditor juxta pactum conventum de revendendo precium offerat, lucratur, nec illos venditori revenditione facta restituere cogitur, *l. 2. & ibi Bald. C. de pact. int. empt. glos. c. illos vos. extra de pignorib. glos. c. conquestus. extra de usur. Alex. l qui Roma. in. prin. ff. de*

158 *verb. oblig. Bald. l. ab emptione. C. plus val. quod agit.* Quinimò, si venditor fundi juxta pactum de revendendo, emptorem de revendendo ei fundum interpellet, eiq; precium offerat, tempore messis vel vindemiæ, fructibus quidem nondum ex agro perceptis, sed tamen maturis existentibus, venditor non omnes fructus illius anni postea perceptos lucratur, sed illi pro rata temporis inter emptorem & venditorem dividuntur, *Raph. Cuman. l. fin. ff. de jur. fisc. Ias. l. qui Romæ. in prin. ff. de verb. oblig. fa-*

159 *cit quod docet Socin. Cons. 42. n. 6. & 7. lib. 3.* Cæterùm is qui rem aliquam cum pacto de revendendo emit, licet ipse

ipse facultatem sive potestatem hujus rei tradendæ habeat, eam tamen præcise revendere, exceptis casibus, in quibus obligatus factum illud præcisè implere compellitur, qui recensentur per Alex. & Ias. *in l. stipulationes non dividuntur. in prin. ff. de verb. oblig.* non cogitur, *Corn. cons. 4. & cons. 241. lib. 1. & cons. 246. & cons. 256. lib. 4. Alex. cons. 212. lib. 6.* Eò quia obliga- 160
tus ad revendendum ad factum obligatus est, & certum est, quod nemo ad factum obligatus, illud regulariter præcisè implere cogatur, sed quod præstando interesse ab hac obligatione liberetur, *l. si quis ab alio. §. fin. ff. de re judic. Bart. & Dd. d. l. stipulationes nō dividuntur. in prin.* Oblato verò precio à venditore emptori, ipse qui- 161
dem actione vel ex empto, vel præscriptis verbis contra emptorem agere potest, *l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit.* sed dominium rei cum pacto de revendendo venditæ, ad venditorem ipso jure non revertitur, neque permittitur hanc rem vel ab ipso emptore vel ab alio vendicare, secundùm communem atque receptam sententiam, *Alex. cons. 10. lib. 1. Ias. l. ab emptione. n. 8. ff. de pact. Dec. l. traditionibus. n. 13. C. eod. tit.* Licet contrarium sed malè teneat Socin. *cons. 80. lib. 3. Dec. cons. 614.*
Quod procedit etiamsi actum vel conventum fuerit, ut 162
res vendita oblato precio, ipso jure fit inempta. Quia quod per hæc verba contractus venditionis resolvatur, atque dominium rei venditæ ad emptorem revertatur ipso jure, tantùm in pacto addictionis in diem, & in pacto legis commissoriæ procedit, nec in alijs pactis locum habet, *Bart. l. 1. circ. fin. ff. de donat. Bart. l. si hominem. ff. de usucapionib. Idemq; Bart. l. pen. C. de peric. & commod. rei vend.* Quinimò licet si emptor juxta pactum conven-

 tum

tum venditori, hanc rem cum isto pacto distractam retrovendiderit, utrum si emptor ante hanc venditionem alteri hanc rem rursus vel vendiderit vel donaverit, vel pignoris titulo obligaverit, hujus secundi acceptoris jus resolvatur, distingvant aliqui Dd. an hæc retrovenditio fiat ex necessitate præcisa, an verò non; ut primo casu jus secundi emptoris resolvatur, secundo verò non, *Bart. l. si ex duobus. §. sed & Marcellus. arg. ill. text. & ibi Bald. ff. de in diem addict. Bart. l. 3. arg. ill. text. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. Idemq. Bart. l. in diem. ff. de aqua pluv. arc. Dec. cons. 239. n. 11.* Ego tamen simpliciter verissimum judico, quod per retrovenditionem etiam ex necessitate præcisa factam, jus illius, cui hæc res ante hanc retrovenditionem vendita, donata, vel pignoris titulo obligata fuit, nunquam resolvatur, neq; ab illo hæc res propter solum pactum de revendendo repeti possit, prout
164 hoc tenet Alex. *cons. 10. n. 2. lib. 1.* Tum, quia nunquā quando per titulum & traditionem in aliquem, dominium rei certæ translatum est, propter resolutionem tituli præterquam in pacto legis commissoriæ & addictionis in diem, dominium ad eum qui hanc rem alienavit, revertitur, *glos. fin. l. 1. ver. at hic. & ibi Bald. C. de inoff. test. Bald. l. 1. quæst. 6. C. si quid in fraud. patron.* Tum quia per solum titulum nunquam dominium in aliquem transfertur, *l. traditionibus. & ibi Dd. C. de pact. §. cum autem. Instit. de empt. vend.* Vnde cum per hanc retrovenditionem ipse venditor nullum jus reale, sed tantùm actionem personalem consequatur, certissimum est, quod ipse hac actione contra eum, cui hæc res secundò vendita vel donata fuit, experiri non possit, *arg. l. fin. §. fin. ff. de contrah.*
165 *empt. l. 1. §. si heres. ff. ad SC^tum. Trebell.* Huc accedit quod

quòd per hanc retrovenditionem is qui rem aliquam cum hoc pacto emit, ab omni obligatione priori qua ipse ratione præcedentis contractus, vel pacti juxta venditionem appositi obstrictus fuit, liberetur, & tantùm ex secunda venditione perinde atque si hæc venditio liberè facta fuisset, obligetur, *arg. l. in numerationibus. ff. de solut. Bart. Alex. & Ias. l. fidejussor. §. meminisse. ff. de legat. 1.* Sed dubium non est, quòd si duobus eadem res vendita fuerit, illum potiorem esse, cui hæc res priùs tradita fuit: *l. quoties. C. de rei vendic.* Vnde cum ante hanc retrovenditionem alij res & vendita & tradita fuerit, dubium non est, ipsum quia & titulo & traditione prior est, illi cui ex pacto de retrovendendo postea res vendita fuit, potiorem esse, *arg. c. cum in cunctis. in prin. & ibi glos. extr. de electionib.* Hanc sententiam etiam comprobat 166
id, quod communiter docent Dd. etiam eo casu, quando per pactum de revendendo, ipso jure titulus præcedens resolvitur facta oblatione precij, quod videlicet fit, quando actum est, ut oblata res fiat inempta: tamen dominium prius alteri adquisitum non tollatur, *Alex. d. cons. 10. Ias. d. l. ab emptione. n. 8. Dec. d. l. traditionibus. n. 13.* Nec obstat, quod ex necessitate resoluto jure da- 167
toris resolvatur & jus acceptoris, *d. l. 3. ff. quib. mod. pign. d. §. sed et si Marcellus.* Quo fundamento solo Dd. ad sententiam contrariam tenendam moventur, quia hoc fundamentum sententiam nostram non infringit. Namque primò regula, quæ vult, quòd resoluto jure datoris &c. indistinctè vera est, sive ex voluntate, sive ex necessitate jus datoris resolvatur, quando ille cujus jus resolvitur, habuit tantùm utile dominium illius rei, in qua jus aliquod alteri concessit, *arg. l. lex vectigali. ff. de pignorib. c. 1. §. tur-*

168 *1. §. rursus. Quibus mod. feud. amitt.* Sin autem is, qui alteri in re certa jus concessit, habuit directum atque plenum dominium hujus rei, tunc utrum resoluto jure datoris, resolvatur & jus acceptoris, distingvendum est, utrum hæc resolutio fiat ex causa, quæ retrò trahitur, qualis est resolutio contractus, quæ fit propter pactum de revendendo, item & propter pactum legis commissoriæ, *Cyn. l. 1. 2. opposit. C. de peric. & commod. rei vend. Alex. d. cons. 10. n. 4.* An verò hæc resolutio fiat ex causa, quæ non trahitur retrò, qualis est illa resolutio, quæ fit ex retrovenditione: Primo casu habet locum regula supra posita, si resolutio juris fiat ex necessitate, *d. §. sed & Marcellus. d. l. 3. ff. quib. mod. pign.* Sin verò resolutio fiat ex voluntate, non resolvitur jus acceptoris, *l. 4. ff. de pignorib.* Secundo verò casu indistinctè sive ex necessitate sive ex voluntate fiat resolutio juris datoris, jus acceptoris tamen nunquam tollitur, *arg. l. si superatus. ff. de pignorib.* Et sic satis liquet, hoc fundamentum contrari-
169 um Dd. nostram sententiam non infringere. Pro hac nostra sententia confirmanda etiam facit id, quod communiter tradunt Dd. quòd, quando effectus pacti propter jus alicujus resolvitur, confertur in id tempus, quo is cujus jus resolvitur, hoc pactum nihil operetur, *Bart. Alex. & Ias. l. filiusfamilias. §. divi. ff. de legat. 1. Bart. & Alex. l. qui absenti. §. 1. ff. de adquir. possess. Bart. Alex. & Ias. l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verb. oblig.* ubi præfati Dd. concludunt, si quis ita pactus fuerit cum eo, cui quis rem certam vel vendidit vel donavit, ut, si hic emptor vel donatarius hanc rem alienaverit, dominium hujus rei ad venditorem vel donatorem revertatur, ipso jure hoc pactum non valere, neque tenere eam ob causam, quia con-

conventum fuit, ut dominium hujus rei ad venditorem vel donatorem revertatur, postquam jam donatarius vel emptor hujus rei dominium in alium transtulit. Quare, cum in nostro casu effectus resolutionis contractus, retrovenditio nempe incidat in illud tempus, quo jam emptor desijt esse dominus hujus rei, satis ex præcedentibus liquet, hanc retrovenditionem ei, cui hæc res antea vendita vel donata fuit nihil præjudicare. Ideoque, do- 170
mini, si vultis, ut is cui rem aliquam cum pacto de revendendo venditis, cogatur vobis omninò rem istam retrovendere, potestis curare ut emptionis instrumento inseratur hæc clausula, Quod emptor promiserit rem emptam venditori revendere, & si venditor ipse emptori precium obtulerit, ut hæc res sit inempta, dominiumq; hujus rei ad venditorem ipso jure revertatur, & quod ipse constituat rem venditā venditoris nomine in hunc casum possidere, Item quod emptor promisit rem emptam interim in nullum alium alienare, et si ipse incœperit hanc rem in alium alienare, quod tunc dominium hujus rei ad ipsum venditorem, ipso jure, revertatur, & quod ipse constituat se in hunc casum rem venditam nomine venditoris possidere velle. Hæc cautela probatur ex ijs quæ docet Bart. Alex. & Ias. *d. §. Divi. Bart. & Alex. d. l. qui absenti.* §. *1.* Et has duas clausulas necessarium est omnino conjungere: Namque si prima tantùm clausula juxta contractum venditionis adjecta fuerit, licet illa clausula hoc operetur, ut si emptor tempore oblati precij rem venditam possideat, ipse omnino cogatur hanc rem precio recepto, venditori restituere: Tamen hæc clausula ante oblationem precij, translationem dominij in alium non impedit: Unde; si ante obla-

tionem precij, hæc res in alium quolibet modo translata fuerit, hæc clausula postea oblato precio supervacua est: Simili modo si secunda tantùm clausula inseratur instrumento venditionis, hæc clausula quidem operatur, ne dominium rei emptæ in alium transferri possit: tamen hoc non operatur, ut emptor si ipse hanc rem non alienaverit, eam venditori revendere cogatur, *arg.*
171 *l. quicquid astringenda. ff. de verb. oblig.* Cæterùm si dictum vel conventum fuerit, usque ad quod tempus emptor ad revendendum obligatus esse debeat, elapso hoc tempore emptor venditori rem cum isto pacto emptam revendere non cogitur, *arg. d. l. 2. C. de pact. int. empt. l. Eum qui ita. §. qui ita. ff. de verb. oblig.* nisi ipse ante hoc tempus elapsum in mora retrovendendi fuerit; tunc enim etiam post hoc tempus elapsum, venditori rem venditam revendere cogitur, *Ang. Cons. 199. incip. Titius rem quam emit à Sejo. in fin. Ias. d. §. qui ita. n. 7. arg. l. si*
172 *mandato Titij. §. illa. ff. Mand.* Idem hoc tempus ad retrovendendum præscriptum, si quidem sit certum, determinatum, & incommutabile, quale est, si quis alicui vendat fundum cum pacto, ut emptor fundum hunc cogatur ipsi revendere intra pascha proximè futurum, indistinctè labitur venditori, *Bald. l. fin. §. fin. ff. de rescind. ven-*
173 *dit.* Sin autem hoc tempus, quod retrovenditioni præscriptum est, sit commutabile, quale est, si quis alteri vendiderit fundum cum hoc pacto, ut emptor hunc fundum ipsi retrovendere cogatur intra biennium, decennium vel simile tempus: tunc hoc tempus venditori non incipit currere, nisi ab eo die quo emptor contractum ex parte sua perfectè complevit, *arg. d. l. fin. §. fin. & ibi Bald. ff. de rescind. vendit. l. talis. ff. de jur. dot. Bald. Alex. & Ias.*

& Iaſ. l. ſi cui legetur. la. 1. in prin. ff. de legat. 1. Sin au- 174
tem certum tempus retrovenditioni præſcriptum non fuerit, ſed pactum de retrovendendo ſimpliciter conceptum fuerit, tunc huic facultati retrovendendi 30. annorum ſpacio præſcribitur, *Ang. Conſ. 55. Incip. Guilielmus & Franciſcus. Bald. conſ. 303. col. 2. lib. 1. Felin. c. cum acceßiſſent. n. 27. extra de conſtit. Idem Felin. Rubr. n. 15. extra de præſcript. Iaſ. l. petens. n. 10. & ibi Dec. n. 7. C. de pact. & in l. ſi mater. n. 5. C. de inſtitut. & ſubſtit. Card. Pariſ. conſ. 92. lib. 3. Carol. Molin. in tract. de uſur. n. 95. Hieron. Schurf. conſ. 69. n. 25. & conſ. 70. n. 34. lib. 1. & conſ. 44. n. 3. lib. 2. Matth. de Afflict. in tractat. de jur. protomis. ver. licet enim ſupra diximus. n. 31. Aym. Cravett. conſ. 71. Socin. Iun. conſ. 145. lib. 1. facit quod docet Petr. de Anchor. conſ. 331. Incip. viſis diligenter actis. col. 2. verſ. Tertiò advertendum.* Quod procedit, etiamſi dictum fuerit, ut 175
emptor ſemper & quandocumque ad omnem voluntatem venditoris cogatur ipſi hanc rem retrovendere, prout concludunt Dd. in loc præall. Secundò hoc procedit, 176
etiamſi huic præſcriptioni renunciatum fuerit, quia eidem renunciari non poteſt, *Bart. Alex. & Iaſ. l. nemo poteſt. ff. de legat. 1. Abb. & Felin. Rubr. extra de præſcript. Felin. c. ſi diligenti. extra de for. compet.* Tertiò hoc pro- 177
cedit, etiamſi emptor ſit in mala fide, id eſt, ſciat ſe hanc rem cum iſto pacto comparaſſe, *Dec. d. l. petens. n. 7. Bald. conſ. 33. lib. 1. Idem tenet Socin. Iun. conſ. 145. lib. 1. facit quod docet Abb. c. Eccleſia. extra de conſtit. & c. quod clericus. extra de for. competent. Socin. conſ. 64. n. 7. lib. 1. Card. Pariſ. conſ. 7. n. 26. lib. 1. & conſ. 66. n. 94. lib. 3. Corn. conſ. 328. n. 21. lib. 1.* Quæ concluſio mihi placet quamvis contrarium, ſed male teneat Card. Pariſ. *conſ.*

178 *92. lib. 3.* Hæc conclusio primò fallit, si contractus cum pacto de revendendo factus, fuerit usurarius vel simulatus; tunc enim facultati reemendi nunquam præscribi-
179 tur, *Dec. d. l. petens. n. 7.* Secundò hæc conclusio fallit, si alicui fuerint venditi certi annui reditus ipsi emptori à venditore, ex bonis ab ipso venditore possessis præstandis: tunc enim huic facultati redimendi nunquam præscribitur, *Carol. Molin. in tract. de Commerc. usu. n. 94. & 95.* Quia hoc casu, hæc redimendi facultas est sequela exceptionis, & facultati quæ exceptionis sequela est, perinde nunquam præscribitur, *Bart. l. pignori. in prin. ff. de usucap. Ang. §. actionum. vers. ex his omnibus. infra de action. Dec. cons. 164. Card. Paris. d. cons. 92. n. 66. arg. l. Paulus. §. 1. ff. quib. mod. pign.* Sicut nec ipsi exceptioni
180 præscribitur, *l. pure. §. fin. ff. de except. dol.* Tertiò hæc conclusio fallit, si quis alteri vendiderit domum, eo pacto, ut emptor volens domum revendere, cogatur illam venditori revendere: tunc enim, quia antequam emptor alteri domum suam revendere se velle declarat, actio ex hoc pacto venditori non datur: licet emptor vel illius heredes, steterint per triginta vel sexaginta annos, neq; declaraverint se hanc domum revendere velle, reemendi facultas præscriptione non tollitur: Eô, quia contra ipsum cui actio nulla competit, vel etiam contra ipsum qui agere non potest, nulla præscriptio currit, *l. in rebus. §. fin. C. de jur. dot. l. cum notissimi. § illud. C. de præscript. 30. vel 40. annor. l. 1. §. fin. C. de annal. except.* Ideoque semper, & quandocumque emptor hanc rem quam cum isto pacto emit, vel etiam heredes illius alteri vendunt, venditori, nullo cursu temporis obstante, permittitur ex tempore hujus secundæ venditionis intra 30. annos actionem

actionem ex hoc pacto contra emptorem vel heredes illius intentare. Quartò circa hoc advertendum, quod, 181
si quis vendiderit alteri rem cum pacto de revendendo, non simpliciter, sed, vel sub conditione, vel ex tempore certo, hosce triginta annos, quibus facultatem reemendi excludi diximus, non incipere nisi à tempore existentis conditionis vel evenientis dici, *d.* §. *illud.* Reliqua pacta quæ emptioni adjici solent, non tractabimus; cum satis à Dd. nostris tractata reperiantur. Substantialia em- 182
ptionis sunt, consensus, merx, & precium. *Pract. Papiens. in form. Libell. in causs. vend. ver. coram vobis. n. 1.* Circa consensum advertendum requiri, ut partes consentiant circa contractum, circa corpus, substantiam & sexum rei venditæ, item & circa precium: Circa rem venditam autem requiritur primò, ut subsit aliqua res quæ venditur, *l. nec emptio. ff. de contrah. empt.* Secundò, ut illa res sit certa, *arg. l. triticum. & l. ita stipulatus. ff. de verb. oblig.* Tertiò, ut res sit talis, cujus vel dominium vel usucapiendi conditio in emptorem transferatur, *l. convenit. l. cum manu sata. §. fin. ff. de contrah. empt* Quartò, ut res empta non sit propria emptoris, *l. neque pignus. ff. de reg. jur.* Circa precium requiritur primò, ut precium sit certum. §. *precium, hîc.* Secundò, ut consistat in pecunia numerata. §. *item precium. hîc.* Tertiò ut ista pecunia non sit reproba, *Ang. hîc.* §. *item precium.* Na- 183
turalia emptionis & venditionis sunt, primò, ut venditor de vitijs morbisve rei venditæ teneatur. Secundò, ut venditor re evicta de evictione teneatur, *l. 1. C. de peric. & commod. rei vend.* De qua tamen evictione ita de- 184
mum contra venditorem experiri potest emptor, si res ipsa, *l. 1. ff. de evictionib.* vel pars rei, aut essentialis, qua-

 lis est

lis est in fundo vendito solum & superficies, *l. sed etsi quid.* §. *si usufructus. & l. si rem. la. 2.* §. *fin. ff. de Evict. glos. l. Quod ad servitutes. ff. eod. tit.* aut integralis, qualis est quota fundi, evicta fuerit, *d. l. 1. ff. de evict.* non verò si possessio, *Bart. l. 3. in prin. ff. de act. empt. glos. l. ex prædijs. C. de evictionib.* aut qualitas fundi, qualis est servitus realis, evicta fuerit, *d. l. quod ad servitutes.* Et ita demum hæc actio competit, si res per sententiam, præsente emptore, *l. emptor. C. de Evictionib.* & non per imprudentiam vel injuriam judicis lata, *l. si per imprudentiam. in prin. ff. de evictionib. d. l. emptor.* neque ex facto vel autoris illius, *l. fundum. ff. de evict. Bart. Alex. & Ias. l. qui Romæ.* §. *duo fratres. ff. de verb. oblig.* nec ex natura ipsius rei venditæ fuerit evicta, *glos. Bart. & Bald. l. si familia. C. Famil. hercisc. Andr. de Isern. Bald. Alvarot. Præpos. & Matth. de Afflict. c. 1.* §. *rursus quib. mod. feud. amitt.* Requiritur etiam ad hoc, ut hæc actio locum habeat, ut emptor ante sententiam latam conclusionem in causa, item & attestationum publicationem, *l. si rem. la. 1.* §. *fin. & ibi glos. ff. de evict.* denunciet venditori sibi de hac re litem motam esse, *d. l. emptor. l. si parentes. C. de Evictionib. c. fin. & ibi Abb. extr. de empt. vendit.* Præterea & emptori, qui sciens rem alienam emit, actio de evictione non competit, *l. si fundum. C. de Evictionib. l. si fratres. C.*
185 *commun. utriusq. judicior.* Tertiò, naturale emptionis est, ut mancipio, *l. quod si nolit.* §. *quia assidua. ff. de ædil. edict.* vel re preciosa vendita & evicta, venditor de dupla teneatur, *l. emptori.* §. *fin. ff. de evict.* Quartò inter naturalia emptionis refertur, ut venditor teneatur ante traditionem rei venditæ, de custodia rei venditæ, *l. 2.* §. *fin. l. custodiam. l. si vendita. ff. de peric. & comm. rei vend.*

item.

item & de dolo, lata & levi culpa, *l. si ut certo.* §.*nunc. videndum.* Quintò, ne ab emptione discedi possit, nisi utraque parte volente, *arg. l. sicut. C. de act. & oblig.* Sextò ut emptio sit perpetua, *l. obligationum ferè.* §. *placet. ff. de act. & obligat.* Solennia emptionis & venditionis 186
illa dicuntur, primò quod in venditione rerum minorum, quæ servando servari possunt requiratur, & decretum judicis, & tutoris & curatoris authoritas, *l. 1. l. magis puto. ff. de reb. cor. l. lex quæ tutores. C. de admin. tut.* Secundò, quod in alienatione rerum Ecclesiæ, requiratur solennitas, de qua auth. *Hoc jus porrectum, C. de SS. Eccles. c. sine exceptione. 12. q. 2. c. dudum de reb. Eccles. non alienand. lib. 6.* Tertiò, quod in alienatione rerum civitatis, requiratur solennitas de qua *in l. fin. C. de vendit. rer. civitat.* Quartò, quod in venditione rerum fiscalium requiratur solennitas, *l. 1. & ibi glos. & Dd. C. de fid. instrument. & jur. hast. lib. 10.* Quintò, quod in venditione prædiorum quæ ad decuriones spectant requiratur judicis decretum, *l. 1. C. de præd. decurion. lib. 10.*
Accidentalia contractus emptionis & venditionis sunt, 187
omnia pacta extranea non respicientia neque substantialia neq; naturalia, neq; solennia contractus emptionis & venditionis: qualia sunt pacta, ut emptor venditori fundum vel aliam rem venditam ad certum tempus pro certa mercede locet, *l. qui fundum. ff. de contrah. empt.* item ut emptor fundi antequam precium conventum solvat, rem emptam pro certa mercede conductam habeat, *l. cum venderem. ff. locat. Alex. cons. 121. lib. 5. Abb. cons. 66. lib. 1.* item, ut emptor fundi alium fundum venditoris pro certa mercede ad tempus certum conductum habeat, *l. qui fundi. ff. de contrah. empt. &c.* Ex 188
con-

contractu emptionis & venditionis oritur inprimis duplex actio, empti videlicet & venditi. Empti actio illa dicitur, qua emptor contra venditorem agit: Venditi, qua venditor contra emptorem experitur. Oritur etjam ex hoc contractu Redhibitoria actio. Ex pacto verò juxta hunc contractum in continenti apposito, oritur actio præscriptis verbis: item & actio empti vel venditi, *l. 2. & ibi Bart. & Bald. C. de pact. int. empt. glos. 1. l. jurisgentium. §. quinimò. & ibi Dd. ff. de pact. glos. & Dd. l. in bonæ fidei. C. eod. tit.*

IN TIT. XXV.

DE LOCATIONE CONDUCTIONE.

SUMMARIA.

1. *Argumentum huius tituli.*
2. *Locationis definitio eiusque confirmatio & explicatio usque ad n. 65.*
3. *Locationis contractus sine certa mercede ratus non est.*
4. *Et sive merces sit certa per se vel relatione ad aliud, locatio & conductio contrahitur.*
5. *Imò si mercedis declaratio non in unius ex contrahentibus, sed tertij cuiusdam certi arbitrium collata fuerit, idem contractus contrahitur.*
6. *Si tamen is tertius certam mercedem definierit.*
7. *Merces autem in certa pecunia consistat, & maior sit uno nummo: in alijs rebus mercede constituta locatio non contrahitur.*
8. *Pecunia quoq; numerata esse debet, ut hic contractus subsistat.*
9. *Et non reproba, sed proba.*
10. *Res certa cuius respectu celebretur hic contractus.*
11. *Locare quis potest etiam illam rem in qua vel usum fructum vel utile dominium habet.*

12. Feu-

12. *Feudum tamen, emphyteusis vel livellus ad modicum saltem non ad longum tempus absque domini consensu locantur.*
13. *Conductor etiamsi neque dominium neq; possessionem rei conducta habeat, alteri tamen rem conductam durante tempore locationis suæ iterum locare potest.*
14. *Modò contrarium inter contrahentes non sit conventum, & conductor hanc rem æquè idoneo ad eundem usum locet.*
15. *Uno ex duobus scholaribus socijs, qui habitationem simul conduxerunt, nondum finita locatione discedente, quomodo alteri permittatur etiam invito socio alium substituere.*
16. *Usum solum alicuius domus habens, hanc seorsim locare nequit.*
17. *Servitutes rusticorum & urbanorum prædiorum locari nequeunt: in juribus à re personæ debere aliud obtinet.*
18. *Res prorsus aliena cum distinctione benè locatur, Card. Paris. malè contrad.*

Idem est in rebus in contrahentium commercio non existentibus, ibid.

19. *Rem propriam, nisi respectu possessionis quæ aliena est, conducere nemo potest.*
20. *Ut nullus contractus, ita nec locatio conductio sine consensu ratus est.*

Circa hunc consensum quæ notanda? ibid. remiß

21. *Si pecunia certa alicui pro facto vel operis promittatur, quando locatio contrahatur?*
22. *Contractus locationis & conductionis quando perfectus & absolutus censeatur?*
23. *Locationis contractu absoluto & perfecto, conductor statim obligatur locatori ad mercedem conuentam solvendam: ad quam petendam ipsi etiam actio in continenti datur.*
24. *Locator tamen petens mercedem conventam, antequā is ex parte sua perfectè contractum implevit, exceptione repelli potest, sive is operarum sive alterius rei locator sit.*
25. *Limitatur quatuor casibus & n. 26. 27. 28.*
29. *De exceptione locationis nondum finita quæ notanda remissivè.*
30. *Conductor fundi, fructus ex eo perceptos qualiter suos faciat?*
31. *Locator obligatur conductori præstare operas si quas locavit, vel patientiam si domus, aliave res locata fuerit.*

32. *Atque operas locator suo victu suisq; sumptibus nisi mos regionis aliud suadeat, conductori præstare obligatur.*

33. *Et locator opus quod facere promisit, instrumentis proprijs facere debet: quæ si deteriora efficiantur vel frangantur, ipsius damno est.*

34. *Locator ad patientiam obligatus tenetur rem locatam, refectione indigentem absq; culpa vel facto conductoris, proprijs sumptibus reficere.*

35. *Et conductor si impensas quasdam utiles vel necessarias in rem conductam fecerit, eas à locatore repetere potest.*

36. *Quod tamen in hisce demum impensis procedit, quæ vel perpetuam, vel longioris temporis, quàm ad quod locatio facta est, utilitatem respiciunt.*

37. *Locator operis locatis operas, vel alia re locata patientiam utendi fruendiq; non præstans, non tantùm mercedem reddere vel ejus petitionem remittere conductori cogitur, sed & ad id quod interest à conductore conveniri potest.*

38. *Quod ampliatur tribus modis.*

39. *At fallit in omnibus illis casibus, in quibus locator conductori justè patientiam utendi fruendi re conducta denegat, qui recensentur ibid.*

40. *Fallit item si facto tertij cui locator resistere non potuit, vel alio casu fortuito prohibeatur operas vel patientiam utendi fruendique re conducta præstare.*

41. *Idem est in illis quibus ex legis dispositione merces sive salarium debetur, si ad ea, quæ in labore potius quàm in industria aut ingenio consistunt, obligati sint.*

42. *Secus verò est in ijs qui ex legis dispositione obligati sunt ad illa, quæ potius in industria, ingenio & scientia quàm in labore consistunt.*

43. *Casus culpa contrahentium eveniens, committentem gravat.*

44. *Quibus casibus locator vel ad mercedis remissionem, vel ad id quod interest tenetur, si ipse vel facto tertij vel casu fortuito impediatur patientiam utendi fruendi re conducta præstare, ipse ab hac obligatione penitus liberatur, si rem aliam æquè commodam conductori præstare paratus sit.*

45. Lo-

58. *Tacita reconductio item in locatione operarum : & in contractu locationis ad longum tempus facta non censetur.*
Quod posterius tamen declaratur ibid.
59. *Idemque, si alia præsumptio justa & honesta capi possit quare conductor finita conductione in possessione rei conductæ remanserit.*
60. *Item si conductor illa ad quæ ipse ex priore obligatione obligatus fuit non adimplevit.*
61. *Tacita etiam renovatio contractus non habet locum nisi in contractu locationis & conductionis in venditione fructuum et similib. contractibus ; non item contra Alexan.*
63. *Tàm conductor quàm locator invicem de dolo & lata culpa obligantur.*
64. *De levissima autem culpa conductor non tenetur, nisi in casibus ibidem expressis.*
65. *Multo minus de casu fortuito, casibus tamen nonnullis exceptis.*
66. *Locationis divisio: Quæq; locatio ad longum tempus dicatur ; & quæ simplex.*
67. *Quantumq; hæ species locationis inter se differant.*
68. *Obligatio ex utraq; obligatione descendens, ab utraque parte tàm locatoris quàm conductoris ad heredes transit de jure civili.*
69. *Sed jus Saxonicum discrepat : cujus dispositionem auctor ad locationem fundi restringit, n. seq.*
Et quidem ad illum colonum qui nullum jus reale in re conducta habet. n. 71.
Nec ad privilegiatas personas extendi putat. n. 72.
70. *Statuta jus commune corrigentia quàm strictè intelligi debeant*
71. *Secundùm jus commune.*
72. *Dispositio statuti, quantùmcumque generaliter concepta ad privilegiatas personas non extenditur.*
73. *Emptor vel singularis alius successor, locatoris factum ratum habere non cogitur.*
Fallit sex casibus ibid.

74. Nec

74. *Nec conductor singulari successori locatoris obligatus est, & re locata in alium titulo singulari translata, conductor impunè recedere ex re conducta potest, nisi in casib. ibid. exceptis.*
75. *Substantialia locationis conductionis quæ sint; & quæ circa unumquodque substantiale requirantur.*
76. *Naturalia locationis & conductionis quæ?*
77. *Solennia quæ?*
78. *Accidentalia quæ?*
79. *Ex locatione conductione quæ oriantur actiones, quaque locator, & quæ conductor experiatur.*

IN hoc titulo Imperator duorum contractuum materiam explicat, locationis nempe & emphyteusis. Locationis materiam tractat in omnibus §§. hujus tit. præterquam in §. adeò, in quo materiam emphyteusis tradit. Primùm itaq; nos explicabimus locationis contractum, deinceps de emphyteusi dicturi. Est itaq; locatio contractus nominatus, bonæ fidei, in quo cōtractu simul atq; de mercede certa in pecunia numerata proba consistente, respectu rei certæ locandæ convenit, conductor obligatur locatori ad mercedem conventam, finita locatione solvendam, atque locator obligatur conductori ad operas vel patientiam donec tempus locationis finiatur, præstandam, habita utrinque ratione doli, latæ atq; levis culpæ. Certum namque est locationem esse contractum & nominatum, *l. jurisgentium. in prin. ff. de pact. & bonæ fidei. §. actionum. infr. de actionib.* Neque hunc contractum aliter nisi interveniente mercede certa factum ratum esse, *ut hic. in prin.* Ideoque si quis locaverit alteri vel ædes suas, vel fundum, non expressa certa mercede, licet adjectum sit, se hanc rem conductori locare pro mercede vel justa, *Ang. hic. in prin. n. 6.* vel pro ea, de qua postea inter contrahentes conveniet, non loca- 1 2 3

tio & conductio, sed contractus innominatus contrahi-
tur, *ut hic. in prin. l. si tibi polienda. ff. de praescript. verb.* Sed
sive merces sit certa vel per se vel per relationem ad ali-
ud, locatio & conductio contrahitur. Ideoq; si quis ita
dixerit, loco tibi domum meam pro tanta pecunia, quan-
tam in arca tua habes, *arg. l. hac venditio. §. huiusmodi. ff.*
de contrah. empt. vel pro illa mercede, pro qua illam an-
tea tibi vel alteri locavi; locationis contractus ratus est,
si constet, pro qua mercede haec res antea vel conducto-
ri vel alteri locata fuerit, *arg. l. si quis fundum. ff. de con-*
5 *trah. empt. junct. prin. h. tituli.* Quinimò locatio con-
trahitur si mercedis declaratio non in unius ex contra-
hentibus, *glos. l. si merces. in prin. ver. Titius. ff. locat.* sed
tertij cujusdam non incertae *d. l. si merces. in prin.* sed cer-
6 tae personae arbitrium collata fuerit. Et is in cujus ar-
bitrium mercedis declaratio collata est, mercedem cer-
tam definierit, *ut hic in prin. in fin. C. de contrah. empt.*
Secus verò est si ipse mercedem certam definire vel non
voluerit, vel non potuerit, *arg. §. precium. supr. tit. 1.*
7 Requiritur quoq; ut merces in pecunia consistat, *l. 1. §.*
si quis servum. ff. depos. l. naturalis. §. at cum do. §. de prae-
script. verb. l. si vir uxori. ff. de donat. int. vir. & uxor. glos.
hic. in prin. ver. si merces. & ut sit major uno nummo, *l. si*
quis ante. & ibi Bart. Alex. & Ias. ff. de adquir. possess. Pract.
Papiens. in form. libel. quo agit. ad fict. praestat. ver. florenos
quinq. n. 3. In alijs verò rebus mercede constituta, lo-
catio contrahi non potest. Ideoque si duo vicini haben-
tes singuli unum bovem, pacti fuerint ut per denos dies
invicem boves commodaverint, ut opus facerent, non
locatio & conductio, sed contractus innominatus cele-
bratus censetur, *§. praeterea hic. l. & hac distinctio. §. fin.*
ff. de

ff. de locat. cond. Simili modo, si quis alteri locaverit fundum, non interveniente pecunia, si quidem conventum fuerit ut colonus quotam partem fructuum locatori solveret, societatis contractus celebratur, *l. si merces. §. vis major. & ibi glos. & Bart. ff. locat. glos. hic in prin. ver. si merces.* Sin autem actum fuerit, non ut conductor certam partem fructuum, sed ut certam mensuram vini, frumenti, olei, vel alterius rei locatori solveret, contractus innominatus initur, *l. si olei. junct. glos. C. locat.* Non 8
semper quoque pecunia interveniente locatio contrahitur, sed opus est ad locationem contrahendam, ut merces consistat in pecunia numerata, *glos. hic in prin. ver. si merces.* Namque si merces non consistat in pecunia numerata, sed pecunia pro mercede locationis detur vel promittatur tanquam species, sive corpus certum, ex hoc negocio non locatio & conductio, sed innominatus contractus descendit, *d. §. at cum do. junct. glos. ver. si res facit. glos. l. hac venditio. §. hujusmodi. ff. de contrah. empt.* Praeterea etiam requiritur, ut pecunia 9
pro mercede conventa sit proba, non verò reproba: Namque cum pecunia reproba, pecunia non sit, *glos. c. 2. extr. de heretic. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. Rub. de fals. Alex. cons. 104. lib. 1.* placuit locationem non contrahi, quando merces pro locatione conventa in pecunia reproba consistit, *arg. eius quod docet Ang. §. item precium. supr. tit. 1.* Necesse est etiam, ut hic contractus respe- 10
ctu rei alicujus celebretur, *arg. l. nec emptio. ff. de contrah. empt.* & ut hæc res sit certa, *arg. l. triticum. & l. ita stipulatus. ff. de verb. oblig.* Cæterum si res sit certa, locatio contrahitur, etiamsi illa res factum sit, *l. in operis. & l. qui operas. §. locat. d. §. At cum do.* Quinimò etsi quando res

in mero

in mero facto consistens, in contractum deducitur, licet contrahentes verbo Vendendi usi fuerint, non emptio & venditio, sed locatio & conductio contrahitur, prout
11 supra tit. prox. declaravi. Præterea non tantùm rem suam propriam, sed etiam illam in qua vel usumfructum, vel utile dominium habet, qualis est feudum, emphyteusis, livellus, quis locare potest, *l. arboribus.* §. *usufructuarius. ff. de usufr. supr. de usu. & habitat. in prin. c. 1.*
12 §. *donare. & ibi Dd. qualiter feud. ol.* Dummodò tamen meminerimus, vasallum, *Bald. c. 1. in prin. col. fin. de his qui feud. dar. pos. Curt. in tract. feud. 4. part. n. 29.* emphyteutam, & eum, cui res ad livellum concessa est feudum, emphyteusin vel livellum, etiam absque consensu domini, sin ad modicum, non autem ad longius tempus locare posse, *Alex. cons. 165. n. 2. lib. 2. cons. 104. & cons. 119. n. 7. lib. 3. & cons. 113. n. 1. lib. 4. Ias. l. fin. n. 112. C. de jur. emphyt. Spec.* §. *nunc aliqua. ver. 123. de emphyt. Card. Paris. cons. 6. n. 20. lib. 4. arg. clem. 1. de reb. Eccles. non alie-*
13 *nand.* Quinimò & is qui rem aliquam conduxit, licet is neque dominium, *l. non solet. ff. locat.* neque possessionem hujus rei habeat, *arg. l. cum fundum. & l. colonus. ff. de vi & vi armat. l. qui universitatis.* §. *fin. ff. de adquir. possess.* eam rem alteri, non finito, sed durante tempore locationis suæ, *arg. l. si quis domum.* §. *1. ff. locat.* alteri locare potest, *l. nemo prohibetur. C. de locat. & conduct. l. & hæc*
14 *distinctio. in prin. & l. qui insulam. in prin. ff. locat.* Si modò non contrarium inter conductorem & locatorem conventum fuerit, *d. l. nemo prohibetur.* Et conductor hanc rem alteri, æquè idoneo, *gloss. & Bald. d. l. nemo prohibetur, arg. l. non aliter. ff. de us. & habit. l. idemq.* §. *fin. ff. pro soc.* & ad eundem, non autem alium usum locet,
arg.

arg. l. aequissimum. §. pen. & ult. l. sed etsi quis. §. mancipiorum. ff. de usufr. Quinimò etsi unus ex duobus scholaribus socijs, qui unam habitationem simul conduxerunt, 15
nondum finita locatione discedat, forsan in patriam vel ad conditionem aliquam, ipsi permittitur etiam invito socio, suo loco, alium in habitatione conducta substituere: Dummodò tamen ipse sit æquè idoneus vel habilis, sicut est is qui eum substituit, *Bald. d. l. nemo. Ang. hic. §. fin.* Alioquin verò si ipse non sit æquè idoneus vel habilis, secus est, *glos. §. fin. hic.* Is verò qui usum solum alicu- 16
jus domus habet, hanc domum seorsim locare nequit, *l. sed nec locare. ff. de us. & habit. supra eod. tit. in prin.* Servitutes etiam tàm urbanorum, quàm rusticorum 17
prædiorum locari nequeunt, *l. locare. ff. de us. & habit.* Quamvis jura à re personæ debita, qualia sunt, jus exigendi vectigal, pedagia, quidagia & salinaria locari possunt, *Bart. d. l. locare. itemq; Bart. l. cotem ferro. §. quos maximos. ff. de public. Et 5. quæst. incip. Publicanus.* Præte- 18
rea & rem prorsus alienam locari posse, dubio caret, *l. si tibi alienam. l. & hac distinctio. in prin. ff. Locat. arg. l. rem alienam. ff. de contrah. empt. junct. prin. hic.* In quo tamen distinguendum, prout supra in emptione distinximus. Et hæc sententia est verissima, Quamvis simpliciter rem alienam locari non posse, de jure responderit Cardin. Paris. *cons. 55. n. 12. lib. 1.* Eodemque modo distinguendum est in rebus, quæ non sunt in commercio contrahentium. Rem autem propriam nemo conducere po- 19
test, *l. qui rem propriam. C. Locat.* nisi quis eam respectu possessionis, quæ aliena est, conducat, *l. si rem aliquam. & ibi Bart. & Alex. ff. de adquir. possess.* Requiritur quo- 20
que ad hoc, ut contractus locationis valeat, ut contra-

20 hentes consentiant: Namque absque consensu nullus contractus ratus est, *l. obligationum substantia. ff. de action. & obligat. l. 1. §. adeò. ff. de pact.* Circa quem consensum omnia dicenda sunt, quæ supra circa præcedentem contractum diximus. Requiritur etiam ut tacitè vel expressè consentiant ad rem locandam, non autem venden-
21 dam, vel alium contractum celebrandum: Sed etsi quis simpliciter pecuniam certam alicui pro facto vel operis promiserit, si quidem hoc factum vel operæ sint talia, quæ sint solita locari, locatio contrahitur: Sin verò illa non sint solita locari, contractus innominatus celebratus censetur, *l. naturalis. §. at cum do. ff. de præscript. verb.*
22 Cæterùm simul atque contrahentes de mercede certa, respectu rei locandæ convenerint, contractus locationis atque conductionis perfectus atque absolutus censetur, *ut hîc, in prin. l. 2. in prin. ff. de locat. & conduct.* neque verborum ulla solennitas intervenerit, *l. 1. ff. de locat. con-*
23 *duct.* Porrò locationis contractu absoluto & perfecto, statim conductor obligatur locatori ad mercedem conventam solvendam, atque etiam locatori in continenti actio ad petendam mercedem datur, *l. si servus communis Mævij. §. fin. & ibi Bart. ff. de stipul. servor. l. si à colono. ff. de fidejuss. l. sed addes. §. si quis cum annum. & ibi Bart. ff. de locat. conduct. l. jurisgentium. in prin. & ibi Ias. ff. de pact. Ias.*
24 *§. actionum. n. 164. infra de actionib.* Sed cùm hæc obligatio non sit simplex, sed correspectiva ad obligationem operarum vel patientiæ, ad quæ è converso locator est obligatus conductori, locator petens mercedem conventam, antequam ipse ex parte sua perfectè contractum locationis implevit, id est, ante finitum locationis tempus exceptione repelli potest, sive ipse sit locator opera-

operarum, sive alterius rei, *glos. Bart. & Bald. l. 2. & l. adem. C. locat. Bart. d. l. si servus communis. §. fin. idemq. l. 1. §. Divus. n. 16. ff. de var. & extraord. cognit. Bald. Alex. & Ias. l. divortio. in prin. ff. Solut. matrim. Dec. l. diem functo. ff. de Assessor. Bart. l. qui insulam. §. fin. ff. locat.* Nisi pa- 25
cto, *arg. l. 1. §. si conveniat. ff. Depos.* statuto vel consvetudine contrarium cautum fuerit, *arg. l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de adilic. edict. l. si prius. §. 1. & ibi Bart. ff. de aq. pluv. arcend. l. excepto. C. Locat. Bart. d. l. adem.* Vel 26
nisi opus quod locator facere promisit, requirat, non tantùm operam, sed etiam impensam, *Bart. d. §. Divus. n. 16. Bald. d. l. divortio. in prin. Alex. Ias. & Dec. d. l. diem functo, arg. l. qui insulam. §. fin. ff. locat. l. si non remunerandi. §. fin. ff. Mand.* Vel nisi alia præsumptio capi possit 27
ex persona locantis operas, qui forsan pauper est, & non soluta sibi mercede conventa, non haberet unde viveret, *Bart. d. l. 2. C. locat. & d. l. qui insulam. §. fin. arg. l. semper in stipulationibus. ff. de reg. jur. l. plenum. §. equitij. ff. de usu. & habitat.* Vel nisi is qui locavit operas, sit ta-
lis cui magis ex legis dispositione, quàm ex pacto con- 28
trahentium merces sive salarium debetur, qualis est advocatus, assessor, consiliarius principis, doctor vel magister ad legendum vel concionandum conductus: Hi enim non tantùm in fine, sed in principio locationis mercedem conventam secundùm legitimas dispositiones petere possunt, *glos. l. properandum. §. illo. arg. ill. text. C. de judic. glos. & Bald. l. 1. C. de suffrag. Bart. d. §. Divus, arg. ill. text. Specul. §. sequitur. n. 14. & ibi Ioan. Andr. in addit. de salar. Bart. l. 2. C. locat. Petr. de Anchor. & Ioan. de Immol. c. petens. extr. eod. tit. Alex. d. l. diem functo. facit l. qui operas. ff. de locat. & cond.* Et de hac exceptio- 29
ne lo-

ne locationis nondũ finitæ, eadẽ dicenda ſunt, quæ ſupra de exceptione rei nõ traditę docuimus, *arg. hic in prin. l. 2.*
30 *in prin. ff. de eod. tit.* Præterea circa hanc obligationem mercedis annotandũ, conductorem fundi, fructus ex fundo perceptos non antea ſuos facere, niſi ipſe vel mercedem conventam locatori ſolverit, vel ipſi fuerit habita fides de mercede conventa à locatore, *gloſ. l. ſi ſervus communis. §. locavi. ff. de furt. Bald. l. licet. C. de locat. conduct.* eosque ante quàm ex fundo locato exportentur, pignoris titulo pro mercede conventa retinere & prohibere, ne conductor eos expectet, licet locatori, *Bald. d. l. adem. n. 2. arg. l. Iulianus. §. offerre. ff. de act. empt. l.*
31 *quod ſi nolit. §. Idem Marcellus. ff. de ædil. edict.* E converſo verò locator obligatur conductori præſtare vel operas, ſi ipſe operas ſuas locavit, *§. Item quæritur hic. l. adverſus. C. de locat. conduct. l. in operis. & l. qui operas. ff. eod. tit.* vel patientiam, ſi domus vel alia res locata fuerit, ut conductor re conducta ad illum uſum, ad quem illam conduxit, uti fruique poſſit, *l. ex conducto. in prin. & l. ſi fundus. l. non videamus. ff. locat. conduct. Ang. hic. §. fin.*
32 *Socin. conſ. 125. lib. 1.* Et has operas locator, niſi conſvetudo regionis aliud ſvadeat, ſuo victu, ſuisque ſumptibus conductori præſtare obligatus eſt, *Bart. Alex. & Iaſ. l. ſi non ſortem. §. ſi libertus. ff. de condict. indeb. Bald. l. quoniam liberi. C. de teſtib. arg. l. ſuo victu. & l. pen. ff. de*
33 *oper. libert.* Neque etiam conductor locatori inſtrumenta, quæ ipſi ad opus faciendum neceſſaria ſunt, præbere cogitur, ſed locator opus, quod facere promiſit, inſtrumentis proprijs facere debet, *Bald. l. 1. C. de verb. ſignif.* & ſi quid horum in miniſterio conductoris vel fregerit vel deterius effecerit, horum æſtimationem à condu-

conductore repetere nequit, *gloſ. & Bald. d. l. quoniam liberi. Iaſ. d. §. ſi libertus. arg. l. 2. §. ſi conſervatis. ff. ad leg. Rhod. de jact. l. ſi ut certo. §. planè. ff. Commod.* Cæterùm locator alicujus rei, quem ad patientiam ob- 34
ligatum eſſe diximus, tenetur rem locatam, ſi illa refectione indigeat, abſque culpa vel facto conductoris proprijs ſumptibus atq; impenſis reficere, alioquin ipſe non dicitur conductori præſtitiſſe patientiam utendi & fruendi re conducta, *l. ex conducto. in prin. & ibi gloſ. ver. reficitur. & l. ſed addes. §. ſi inquilinus. l. 2. ff. de locat. & conduct.* Immò, ſi conductor aliquas impenſas utiles 35
vel neceſſarias in rem conductam fecerit, eas à locatore rei repetere poteſt, *l. dominus horreorum. §. 1. & ibi gloſ. & l. colonus. in prin. ff. de locat. conduct.* nec finita locatione aliter, niſi reſtitutis ſibi hiſce impenſis rem conductam locatori reſtituere cogitur, *l. colonus. in fin. & ibi gloſ. ff. de vi & vi armat.* Quod tamen in hiſce demum im- 36
penſis verum eſt, quæ vel perpetuam vel longioris temporis, quàm ad quod locatio facta eſt, utilitatem reſpiciunt: ſecus verò eſt in ſumptibus factis in rem conductam, quæ tantùm reſpiciunt illius temporis utilitatem ad quod locatio facta eſt: illi enim ad conductorem reſpiciunt, neque hos locator à conductore repetere poteſt, *Bart. l. impenſa. ff. de impenſ. in re dot. fact. Idem Bart. l. pradia. §. pen. ff. de fund. inſtr. Bald. l. 1. & ibi Iaſ. n. 27. C. de jur. emphy. Alex. l. divortio. §. impendia. arg. ill. text. ff. ſolut. matrim. facit. l. in rebus. §. poſſunt. ff. commod.* Et 37
ſi operis locatis operas, & alia re locata patientiam utendi fruendique re locata, conductori non præſtiterit, locator ipſe non tantùm mercedem vel reddere, vel ejus petitionem remittere conductori cogitur, ſed etiam ad

 id quod

id quod intereſt à conductore conveniri poteſt, *l. ex conducto. in prin. l. ſi fundus. ff. de locat. & conduct. l. hi qui. ff.*
38 *eod. tit.* Hoc procedit primò, etiamſi locator, qui primò operas vel patientiam præſtare conductori denegavit, poſtea hæc conductori præſtare paratus ſit, dummodò hoc fiat, vel rebus omnibus non integris conductori, vel non in continenti, ſed ex intervallo, *l. ſi in lege. §. colonus. ff. de locat. cond.* Secundò hoc procedit, ſi non facto locatoris, ſed tertij, quem locator prohibere potuit, vel curare ne ipſe hoc impedimentum conductori præſtaret, conductor impediatur re conducta uti, *arg. d. l. ſi fundus. & l. ſi merces. §. 1. ff. locat. Alex. conſ. 127. lib. 3. Socin. conſ. 125. n. 7. lib. 1. & conſ. 156. lib. 2.* Tertiò hoc procedit, ſi ideò conductor re conducta uti vel frui non potuit, quia hæc res quæ ipſi ut propria à conductore ſcienter locata fuit, à vero domino evicta fuit, *arg. l. nos videamus. & l. ſi quis domum. in prin. & §. 1. & l. ſi uno. §. pen. l. ſi fundus. & l. & hæc diſtinctio. in prin ff. de locat. &*
39 *conduct.* Hoc tamen primò fallit in omnibus illis caſibus, in quibus locator conductori juſtè patientiam utendi fruendiq; re conducta denegat; ut puta, quia vel ipſe ex cauſa poſt contractum emergenti, ad proprios uſus indiget re locata, vel conductor abutitur re conducta, vel, quia domus locata indiget refectione, vel, quia conductor non ſolvit penſionem ſive mercedem conventã, *l. ædem. & ibi Bald. C. de locat. & conduct. l. quæro. §. inter locatorem. & ibi Bart. ff. locat. l. qui inſulam. in prin. ff. eod. tit. c. propter ſterilitatem. extr. eod. tit. Iaſ. l. 2. n. 37. 38. 39. C. de jur. emphyt.* Hiſce enim omnib. caſibus locator qui conductorem re conducta uti fruique prohibet, non tenetur ipſi ad id quod intereſt, ſed tantùm mercedem pro rata

rata temporis remittere cogitur, *d. l. adem. d. l. qui insulam. in prin. & l. colonus. in prin. ff. de locat. cond. d. c. propter sterilitatem. Bart. l. si uno. §. item cum quidam. ff. locati.* Secundò hoc fallit, si facto tertij, cui locator re- 40
sistere non potuit, vel bello vi hostili, aut morte vel morbo suo, aut alio casu fortuito respiciente vel locatoris personam vel rem locatam, locator prohibeatur vel operas conventas vel patientiam utendi fruendique re conducta præstare: tunc enim simili modo locator conductori non ad id quod interest, sed ad remissionem mercedis pro rata illius temporis, quo ipse operas vel patientiam non præstitit, tantùm tenetur, *arg. l. si quis domum. in prin. l. habitatores. §. fin. l. qui insulam. §. 1. ff. locat. l. si uno. §. item cum quidam. & ibi Bart. ff. eod. tit. l. advocationis. C. de condict. ob caus.* Idem est in illis, quibus ex 41
legis dispositione merces sive salarium debetur, si ille ad ea quæ in labore potiùs, quàm in industria aut ingenio consistunt, obligati sunt, quales sunt milites stipendiarij, *l. pen. in fin. C. de Erogat. milit. lib. 11. l. 1. C. de re militar.* Secus verò est in ijs, qui ex legis dispositione ob- 42
ligati sunt ad illa quæ potiùs in industria, ingenio & scientia, quàm in labore consistunt, quales sunt consiliarij principum, professores, concionatores, advocati & similes: illi enim licet nondum finito tempore locationis vel mortui vel alio casu impediti fuerint, operas promissas præstare: tamen mercedem sive salarium conventum non pro rata, sed pro toto tempore locationis consequuntur, *l. 1. §. Divus. & ibi Bart. ff. de var. & extraord. cognit. §. l. legatur. 1. ff. de legationib. l. post duos. C. de advocat. divers. judic. Bart. Alex. & Ias. d. l. diem functo.* 43
Hæc tamen ita demum vera sunt, nisi culpa aut do-

lo ex

lo ex contrahentibus hic casus evenerit; tunc enim hic casus illum, cujus dolo vel culpa evenit omninò gravat, *arg. l. si merces. §. culpa. ff. locat. l. si ut certo. §. planè. ff.*
44 *commod.* Et hisce omnibus casibus, in quibus diximus locatorem vel ad mercedis remissionem, vel ad id quod interest teneri, si ipse vel facto tertij vel casu fortuito impediatur patientiam utendi fruendique re conducta, conductori præstare, ipse ab hac obligatione penitus liberatur, si ipse rem aliam æquè commodam conductori præstare paratus sit, *l. si quis domum. in prin. ff. de*
45 *locat. cond.* E converso verò si locator præstet conductori patientiam utendi & fruendi re conducta, vel etiam ipsi operas promissas præstare paratus sit: conductor autem, vel detrectet operas conventas recipere, aut re conducta uti fruique, *l. si in lege. §. si domus. l. dominus horreorum. §. l. qui operas. ff. de locat. conduct.* vel hoc facere aut casu fortuito, puta morbo vel morte vel simili casu personam suam respiciente prohibeatur, ipso nihilominus integram mercedem conventam solvere cogitur, *d. l. qui operas. l, sed addes. §. fin. ff. de locat. conduct. glos. §. item cum quidam. facit. l. si vehenda. in prin. ff. ad leg. Rhod.*
46 *de jact.* Nisi interea locator operas vel rem locatam alteri locaverit: tunc enim nihil à priori conductore consequi ipse potest, si tantum à secundo conductore consecutus fuerit, quantum primus conductor ipsi solvere debebat, vel residuum tantùm, si ipse à secundo minus consecutus fuerit, *d. l. sed addes. §. fin. d. l. dominus horreorum. §. fin. l. diem functo. ff. de locat. conduct. d. l. diem*
47 *functo. & ibi Alex. & Ias. ff. de offic. assessor.* Neque tantùm, si conductor uti vel frui non potuit re conducta, sed etiam si ea quidem usus fuit, sed tamen ex ea fructus non

non percepit, vel propter incursiones hostiles vel fluminum, sturnorum aut graculorum vi, aut sterilitatem illius anni vel similem casum, *l. ex conducto. §. 1. & ibi Bart. l. si merces. §. vis major. ff. de locat. & conduct. l. excepto. & l. licet. C. eod. tit. c. propter sterilitatem. & ibi Abb. extr. de locat. conduct. Bart. l. cum in plures. in prin. Ias. l. 1. n. 98. C. de jur. emphyt. Card. Paris. cons. 40. lib. 1.* Hoc tamen 48
primò ita demum verum est, non si propter hosce casus conductor minores fructus perceperit, quolibet modo, *l. si uno. §. cum quidam. ff. de locat. cond.* sed si propter hosce casus adeò minimos fructus perceperit conductor, ut ipse deductis impensis atque mercede conventa, dimidium mercedis solutæ ex fructibus perceptis, redigere non potuerit, *Bart. & Bald. l. licet. C. de locat. cond. Abb. d. c. propter sterilitatem. Alex. cons. 3. n. 6. lib. 1. & cons. 107. lib. 3. Corn. cons. 128. lib. 2. Card. Paris. cons. 38. n. 23. lib. 1. Alex. cons. 112. n. 2. lib. 1.* Secundò hoc fallit, si contrarium actum vel conventum fuerit, *l. si quis fundum. in prin. ff de locat. cond.* Tertiò hoc fallit, si culpâ conductoris hic casus evenerit, *d. l. si uno. §. item cum quidam.* Quartò hoc fallit, si conductor sua sponte usus non fuerit re conducta: tunc enim, licet si ipse re conducta usus fuisset, nullos vel admodum exiguos fructus ex illa re percepturus fuisset, ut propter hos ipsi pensio sive merces conventa remittenda esset, illi nullo modo remissio mercedis conventæ facienda erit, *l. ex conducto. §. fin. & ibi glos. d. l. si in lege. §. si domus. ff. locat. & cond.* Quintò hoc fallit, si ubertas vel præcedentis vel sequentis anni sterilitatem hanc suppleat: tunc enim remissio facienda non est, *d. l. si uno. in prin.* Quod tamen non aliter procedit, nisi annus fertilis vel præcedens vel sequens, sub ca-

dem locatione cum anno sterili comprehensus: secus verò est, si anni sterilis locatio non sit eadem, sed diversa ab anno sterili, *Bald. d. l. licet.* Sextò hoc fallit si conductor mercedem conventam contra conventionem pro præterito tempore constituto non solverit, *Ioan. Andr. in d. c. propter sterilitatem. Card. Paris. in addit. ad Bart. d. l. licet.* Septimò hoc fallit si quis sciens atque prudens hoc infortunium rei conductæ imminere vel rem conductam huic infortunio vitioque obnoxiam esse eam conduxerit, *Bart. l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de public. Bart. d. l. Is à quo. §. fin. ut in possess. legat. Bald. c. 1. ver. vasalli qui pro tempore, de pac. Constant. Bald. l. si ea lege. C. de locat. & cond. Alex. cons. 112. lib. 1. Ias. l. si ab arbitro. ff. qui satisd. cogant. Ias. l. 1. n. 98. C. de jur. emphyt. Card. Paris. cons. 38. n. 11. lib. 1.* Octavò hoc fallit, si conductor renunciaverit exceptioni doli mali, condictioni sine caussa etiam justa, & omni auxilio quo se juvare possit contra pensionis sive mercedis solutionem, *Alber. de Ros. l. item quæritur. §. exercitu. ff. de locat. cond. Cæpol. in tract. cautel. caut. 48. Ias. l. 1. n. 21. & 98. C. de jur. emphytevt.* Nonò hæc conclusio fallit, quando inter conductorem actum & conventum fuit, ut locator propter certos casus conductori remissionem mercedis facere cogatur; tunc enim propter alios casus conductor mercedis remissionem petere non potest, *Card. Paris. cons. 38.*
49 *lib. 1.* Utrum autem sicut propter sterilitatem merces conventa vel remittitur vel soluta condicitur: Ita & è converso conductor propter maximam fertilitatem vel ubertatem fructuum, majorem pensionem solvere cogatur, tradit Bart. & glos. *d. §. vis major.* Hanc tamen patientiam, vel has operas locator conductori non ultra tempus,

tempus, locationi præscriptum præstare cogitur. Nam- 50
que sicut conductor finita conductione invitus non cogitur eandem rem denuo conducere, *l. licitatio. §. 1. ff. de public. l. 3. §. cum in quinquennium. ff. de jur. fisc.* excepto casu, *d. §. qui maximos. & ibi Bart.* Ita quoque & locator, locatione finita operas, vel rem priori conductori iterum finita locatione locare non cogitur, *l. ne cui. C. de locat. cond.* Nisi vel pacto in scriptis comprehenso contrarium initum fuerit, *d. l. ne cui.* vel, nisi quis sit conductor rei fiscalis, *l. congruit. & l. prædia. §. fin. C. de locat. præd. fiscal. lib. 11.* vel nisi scholaris habitationem in universitate aliqua conduxerit: hisce enim casibus etiam finita locatione locator priori conductori, rem denuo locare cogitur. *glos. d. l. ne cui. verb. locandi.* Quinimò 51
finita locatione conductor rem conductam locatori restituere cogitur, *l. pen. C. locat.* quod nisi faciat, conductor rei mobilis hujus rei furtum committere dicitur, *glos. & Bart. l. item quæritur. §. qui impleto. ff. de locat. cond. arg. l. qui re commodata. & l. inter omnes. §. rectè. ff. de furt.* Conductor verò immobilis rei denegans locatori pe- 52
tenti restitutionem rei locatæ, locatorem spoliare possessione hujus rei intelligitur, *l. colonus. l. cum fundum. ff. de vi & vi armat.* eumque locator etiam propria auctoritate armata manu ex re conducta expellere potest, in continenti, *l. 3. §. Eum igitur. & ibi Bart. ff. de vi & vi armat. Bart. & Bald. l. 1. C. und. vi. glos. & Abb. c. sicut. extra de homicid.* Et si locator conveniat conductorem ad 53
restitutionem rei locatæ sive mobilis sive immobilis, isque locatori rem non restituerit antea quam ad hujus rei restitutionem per sententiam condemnatus fuerit, ipse non tantùm rem conductam locatori restituere, sed

etiam æstimationem illius solvere locatori cogitur,
54 *d. l. ne cui.* Hoc tamen primò non procedit, si conductor aliquas impensas vel sumptus in rem conductam fecerit: donec enim hæ impensæ vel sumptus ipsi restituantur, ipse liberè rei conductæ restitutio-
55 nem locatori denegat: *d. l. colonus. & ibi gloss.* Secundò hoc ita demum verum est, nisi finito prioris locationis tempore tacita reconductio inter contrahentes facta fuerit, *d. §. qui impleto. l. legem. & ibi Bald. C. de locat. cond.* Quæ reconductio non tantùm in rebus immobilibus, sed etiam mobilibus, si modò illæ sint locari solitæ & ad locationem destinatæ, locum habet; aliàs verò non, *Bart. d. §. qui impleto.* Deinde hæc tacita conductio non tantùm in prædijs rusticis, verùm & urbanis locum habet, si conductor non singulis diebus anni æqualem utilitatem ex habitatione ædium conductarum recipiat; ut patet in ædibus locatis mercatori in illo loco, in quo certo tempore anni sunt nundinæ, quo tempore ipse plus ex ædibus conductis utilitatis, quàm alioquin toto anno capit; hoc enim casu etiam in prædijs urbanis tacita reconductio facta intelligitur, licet alioquin secus sit, *Bart. d. l. qui impleto. Corn. cons. 347. lib. 1.*
56 *cons. 215. lib. 1.* Tertiò hæc conclusio extenditur, ut hæc reconductio sub ijsdem pactis, clausulis atque conditionibus facta censeatur, sub quibus prima conductio facta fuit, *d. l. legem. & ibi Bald. C. locat. Alex. cons. 28. lib. 4.*
57 Hæc tamen reconductio non aliter fieri intelligitur, nisi sciente, patiente & tacitè consentiente (quod in dubio præsumitur si locator sit sanæ mentis) locatore, conductor conductione finita in possessione rei conductæ remanserit, *d. l. qui ad certum. ff. de locat. & cond. Bart. l.*

item

item quaeritur. §. *qui impleto. n. 2. ff. de locat. Alex. cons. 17. n. 11. lib. 4.* Secundò hæc tacita reconductio ita demum facta censetur, si prior locatio fuerit solo consensu perfecta, secus verò est, si prior locatio fuerit facta intervenientibus vel verbis vel scriptura, vel qua alia re pro substantia prioris locationis, *Bart. & Bald. d.* §. *qui impleto. Alex. cons. 76. lib. 7.* Tertiò hoc fallit in locatione ope- 58
rarum, *Bart. d.* §. *qui impleto. Contrar. tenet Corn. cons. 347. lib. 1.* Quartò hoc fallit in contractu locationis ad longum tempus, *Alex. d. cons. 76. & cons. 17. lib. 4.* Quod tamen verum judico, quo ad hoc, ne propter hoc, quod conductori finita locatione manenti in possessione rei conductæ, censeatur facta relocatio ad longum tempus: cæterùm ipsi ad annum relocationem factam judico, *Carol. Molin. in consvetudinib. Parisiens.* §. *195. & in addit. ad Alex. d. cons. 28. lib. 4.* Sicut & per tacitam conductionem non censetur ad totum tempus in priori locatione comprehensum, si illud majus sit anno, sed ad annum tantùm relocatio acta, *Bald. d. l. legem text. d.* §. *qui impleto. Socin. cons. 17. lib. 3.* Quintò hoc fallit, si alia præ- 59
sumptio justa & honesta capi possit, quare conductor finita conductione in possessione rei conductæ remanserit: tunc enim reconductio facta non intelligitur, *Socin. l. servi electione.* §. *Labeo. ff. de legat. 1. Raph. Cuman. d. l. si mora.* Sextò hoc fallit, si conductor illa, ad quæ ipse 60
ex priori locatione obligatus fuit, non adimplevit: tunc enim in præjudicium locatoris tacita reconductio facta non censetur, *Alex. d. cons. 76. lib. 5. Aymo: Cravett. cons. 87. n. 3.* Septimò hæc tacita renovatiò contractus non 61
habet locum nisi in contractu locationis & conductionis; secus verò est in venditione fructuum vel contra-

ctibus similibus, *Bald. d. §. qui impleto. Alex. d. conf. 76.* Quamvis contrarium teneat Alex. *conf. 11 n. 13. lib. 2.*

62 Octavò hæc reconductio vel relocatio, eo tantùm casu facta censetur, quando ipse conductor in possessione rei conductæ finita conductione manet: secus verò est, si alius absq; mandato conductoris in possessione rei conductæ finita locatione maneat, *Bald. l. contractus. C. de*

63 *locat. cond.* Et cum contractus locationis atque conductionis, gratia utriusque tàm locatoris quàm conductoris celebretur, uterque tàm conductor quàm locator invicem de dolo & lata culpa obligantur, *l. contractus. & ibi Dec. ff. de reg. jur. l. si ut certò. §. nunc videndum. ff. commod. glos. hic. §. qui pro usu.* Ideoq; si quis alteri ignorans rem vitiosam locaverit, atque conductor ex vitio hujus rei damnum acceperit, hoc conductori restituere non tenetur, nisi quis vas vitiosum ignoranter alteri locaverit. *l. sed addes. §. 1. ff. de locat. & cond. Bart. l. Iulianus. in prin.*

64 *& l. tenetur. §. sed si vas. ff. de act. empt.* De levissima autem culpa conductor non tenetur, nisi vel contrarium inter contrahentes actum fuerit, *arg. d. l. contractus. l. 1. §. si convenerit. ff. depos.* vel, nisi ipse custodiam, *glos. l. In judicio. C. de locat. & cond.* vel periculum rei in se susceperit, *Bart. Alex. & Ias. l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautionib.* vel nisi in rebus quæ facilè franguntur, *glos. hic. d. §. qui pro usu. Dec. d. l. contractus. arg. l. si merces. §. qui columnam. ff. de locat. & conduct.* Vel, nisi hæc culpa levissima in faciendo, non autem in negligendo consistat, *glos. Alex. & Ias. d. l. si mora,* vel nisi conductori res conducta æstimata tradita fuerit, *Bart. l. si ut certo. §. nunc videndum. ff. commod. arg. l. cum duobus. §. damna.*

65 *ff. pro socio.* Multominus verò conductor de casu fortui-

to te-

to tenetur, nisi ipse vel casum fortuitum specialiter in se receperit. *arg. l. si quis fundum. in prin. ff. de locat. & conduct.* Vel, nisi hic casus conductoris vel culpa, *d. l. si quis fundum. §. 1. ff. de locat. & conduct.* aut tali facta, à quo, ut ipse abstineret specialiter in locatione cautum fuit, evenerit, *l. Modestinus. §. 1. & fin. ff. de locat. & conduct.* Ideoque si equum conductum propter morbum vel infirmitatem in hospitio reliquerit conductor, isque ibi mortuus fuerit, conductorem non teneri certum est: Quia morbum, mortem, aliumq; fortuitum casum conductor præstare non cogitur, *Bald. cons. 219. incip. Vanuntius. lib. 1. Dec. d. l. contractus. n. 29.* Locatio duplex est, alia est 66
locatio simplex, alia ad longum tempus. Locatio ad longum tempus illa dicitur, quando quis ad decennium vel majus tempus alteri rem aliquam locat, *glos. l. fin. ff. si ager vectig. vel emphyt. petat. Bart. l. 1. §. quod autem ait. ff. de superficieb. Bal. Rubr. C. de jur. emphyt.* Locatio autem simplex illa dicitur, quæ ad minus decennio tempus facta est, *Alex. cons. 4. lib. 5.* Et hæ species locatio- 67
nis plurimum inter se differunt; Namque per locationem simplicem in conductorem non transfertur neque dominium, *l. non solet. ff. de locat. & conduct.* neq; possessio rei locatæ, *d. l. qui universas. §. fin ff. de adquir. possess.* Per locationem autem ad longum tempus conductor utile dominium, *l. 1. l. 2. & l. 3. & ibi glos. ff. si ager vectig. vel emphyt. pet.* & naturalem possessionem consequitur, *glos. & Bart. l. si ut certo. §. si duobus. ff. commod. glos. Bart. Alex. & Ias. l. 3. §. ex contrario. ff. de adquir. possess.* Præterea obligatio ex utraque locatione tàm sim- 68
plici, quàm ad longum tempus descendens, ex utraque parte tàm locatoris quàm conductoris ad heredes transit, *l.*

ſit, *l. viam veritatis. & ibi Bald. C. de locat. & cond. l. ſed*
69 *addes.* §. *ex conducto. ff. eod. tit.* In hoc tamen jus Saxonicum à legitimis ſanctionibus diſcrepat; Namque jure Saxonico expreſsè diſpoſitum eſt, locatore nondum finita locatione mortuo, heredem illius hunc contractum ratum habere non cogi, ſed ipſum impunè conductorem etiam nondum finita locatione expellere à
70 fundo conducto poſſe, *Art. 77.* Landtr. *lib. 3.* Quæ tamen diſpoſitio juris Saxonici jus commune corrigens, cum tantùm in locatione fundi loquatur, ad alias res locatas minimè extendi debet. Quia ſtatuta, jus commune corrigentia, ſtrictè prout verba concepta ſunt intelligenda ſunt: nec ad caſus ſimiles, ſimilem vel majorem rationem habentes extendenda, *l. præcipimus. C. de appellat. l. 3.* §. *hæc verba. & ibi Bart. ff. de Negoc. geſt. Bart. Alex. & Iaſ. l. ſi conſtante. in prin. ff. Solut. matrim. l. omnes populi. ff. de juſt. & jur. Iaſ. Auth. quas actiones. C. de SS.*
71 *Eccleſ.* Secundò, cum omnia ſtatuta, corrigentia jus commune, ſecundùm jus commune intelligenda, *Alex. l. fin.* §. *in computatione. C. de jur. delib. Iaſ. d. l. omnes populi.* & ita reſtringenda ſint, ut quàm minimè fieri poteſt, juri communi derogent, *l. 2. & ibi Bald. C. de noxal. action. c. cum dilectus. extra de conſuetud.* Ego ſtatutum juris Saxonici, ſimpliciter loquens, tantùm ad illum colonum reſtringendum arbitror, qui nullum jus reale habet in re conducta: per hoc enim minus juri communi derogatur: Maximè cum conductionem ad longum tempus, vel cujus ratione conductori, vel omnia bona litigatoris, *Alex. Conſ. 118. lib. 5. Corn. conſ. 6. lib. 4.* vel ſpecialiter res locata obligata eſt, vel ſimilem; per quam conductor jus reale in re conducta conſequitur, etiam

emptor

emptor vel alius singularis successor ratum habere cogitur, *Bart. l. qui fundum. ff. de locat. & conduct. Bart. & Bald. l. emptorem. C. eod. tit. idem Bart. d. §. quod autem ait Bart. & Alex. l. si filiosfamilias. §. fin. ff. solut. matrim.* Tertiò, dispositio juris Saxonici non procedit, quando is qui rem aliquam conduxit, est persona privilegiata, qualis est scholaris & similis: Namque dispositio statuti quantumcumque generaliter concepta ad privilegiatas personas non extenditur, *Ias. l. 1. n. 9. ff. solut. matrim. arg. l. fin. in prin. & ibi Salic C. de jur. dot. glos. l. sciendum. in prin. & ibi Ias. ff. qui satisd. cogant.* Emptor verò vel alius singularis successor locatoris conductionem factam, ratam habere non cogitur, *l. emptorem. & ibi Bart. & Bald. C. de locat. & cond.* Hoc tamen primùm fallit, nisi inter emptorem vel alium singularem successorem & locatorem rei, contrarium conventum vel pactum fuerit, ut videlicet hic singularis successor locationem factam ratam habere cogatur, *l. si merces. §. 1. ff. de locat. & cond.* Secundò hæc conclusio propriè procedit in eo successore, qui vel plenum, vel utile dominium vel usumfructum consequitur in re in quam succedit, *l. Arboribus. §. quicquid. ff. de usufr.* Secus verò est in illo singulari successore qui neutrum ex his consequitur in re locata, qualis est is, qui ex primo decreto in bonorum possessionem rei locatæ missus est, *l. in venditione. §. 1. & ibi Bart. ff. de bon. auctor. judic. possid.* emptor fructuum, *Alex. d. l. si filiofamilias. §. fin. n. 15. ff. solut. matr.* conductor secundus rei locatæ, *Bald. d. l. emptorem. arg. l. in operis. ff. de locat. & conduct.* item & is cui usus rei locatæ vel legatus, vel quolibet alio titulo constitutus est: Is enim locationem ab authore suo factam indistinctè ratam habere cogitur,

72

73

 l. si ha-

l. si habitatio. §. fin. ff. de usu & habit. Tertiò hæc conclusio fallit in successore singulari, qui vel ex necessitate vel ex legis dispositione in rem locatam succedit: Is enim conductioem ratam habere indistinctè cogitur, *glos. l. divortio. in prin. ff. solut. matrim. Bald. d. l. emptorem.* Quartò hoc fallit, quando conductor jus reale in re conducta habet, ut puta, quia vel ipse rem aliquam à republica etiam ad modicum tempus, *l. 1. ff. de loc. pub. fruend.* vel à quolibet ad longum tempus conduxit, vel quia ipsi specialiter, res conducta, aut generaliter, omnia bona locatoris obligata fuerunt: His enim casibus, quilibet successor singularis locationem factam ratam habere cogitur, *Bart. l. qui fundum. ff. de locat. & conduct. Bart. & Bald. d. l. emptorem. Bart. l. 1. §. quod autem ait. ff. de super f. Bart. & Alex. d. l. si filiofamilias. §. fin.* Quintò hoc fallit, si conductor aliquas impensas utiles in rem conductam fecit: Quia poterit conductor donec ipsi hæ impensæ restituantur etiam singulari successori impunè denegare rei conductæ restitutionem, *l. colonus. in fin. junct. glos. ff. de vi & vi armat. l. qui injuriæ. §. fin. ff. de furt.* Sextò hoc fallit, si is, qui aliquam rem cum pacto de revendendo ad omnem voluntatem venditoris emit, hanc rem alteri locet ad annum: tunc enim si venditor anno nondum elapso hanc rem redimat, ipse conductorem expellere non potest, sed locationem factam ratam habere cogitur, *Bald. l. 1. C. de jur. fisc. lib. 10. Raph. Cuman. & Alex. l. si filiofamilias. §. fin. ff. Solut. matrim. Socin. cons. 125. n.*
74 *3. lib. 1.* E converso quoque nec conductor singulari successori locatoris, obligatus est; & re locata in alium titulo singulari translatâ, conductor impune recedere ex re conducta potest, *l. qui fundum. ff. locat. cond.* nisi locator

cator singulari successori cessisset omnes actiones suas, omneque jus suum, quod ipsi vel in hac re, pro hac re competit, *Bart. d. l. qui fundum. arg. l. heredem. & ibi gloss. ff. Mand.* vel, nisi locator cum emptore rei locatæ convenerit, ut pensiones vel mercedes ab inquilinis vel colonis debitæ ad emptorem spectarent. hisce enim duobus casibus conductor singulari successori obligatus manet, *l. Insulam. in prin. & ibi Bart. ff. locat. cond.* Substantia- 75
lia locationis & conductionis sunt, consensus, merces, & res locata sive conducta. Circa consensum requiritur, ut partes consentiant circa contractum, circa mercedem, & circa rem locatam. Circa rem requiritur, primò, ut subsit aliqua res, quæ locetur; secundò, ut illa res sit certa: Tertiò ut illa res non sit propria conductoris. Circa mercedem requiritur, primò, ut merces consistat in pecunia, secundò ut consistat in pecunia numerata; tertiò, ut merces sit certa; quartò ut pecunia non sit reproba. Naturalia locationis conductionis 76
sunt; primò quod conductor tenetur mercedem conventam tandem finito locationis tempore solvere. Secundò quod conductor tenetur tantùm de dolo, lata atque levi culpa. Tertiò quod impensa, quæ fit in rem conductam, pro utilitate illius temporis ad quod conductio facta est, ad conductorem spectat: Item quod impensas, perpetuam rei conductæ, vel longioris temporis quàm ad quod conductio facta est utilitatem, locator facere cogatur. Quartò, quod locator obligatus sit conductori propter sterilitatem vel aliud infortunium pensionem conventam remittere. Quintò, quod finita locatione, locator non cogatur conductori eandem rem relocare. Sextò, quod in conductorem possessio rei non

77 transfertur, &c. Solennia locationis & conductionis sunt: Quod emphyteuta, item & vasallus feudum vel emphyteusin ad longum tempus absque consensu domini feudi vel emphyteuseos, locare alteri nequeunt. Secundò, quod res ad Ecclesiam pertinens, ad longum tempus absque solennitate in alienatione rerum Ecclesiæ requisita, locari nequit, *clem. 1. de reb. Eccles. non*
78 *alienand. & similia.* Accidentalia locationis conductionis sunt, veluti si locator convenerit cum conductore, ut conductori constante locatione permittatur rem conductam pro precio certo emere, *Alex. cons. 28.*
79 *lib. 4.* Ex locatione & conductione duplex actio oritur; actio locati, & actio conducti. Locati actio illa dicitur, qua locator contra conductorem agit: Conducti, qua conductor contra locatorem experitur, *ut hîc. in prin.*

IN §. ADEO.

INSTITUTIO DE LOCATIONE CONDUCTIONE.

SUMMARIA.

1. *Continuatio & materia hujus §.*
2. *Emphyteusis definitio ejusq; declaratio usque ad n. 31.*
3. *Emphyteusis propriè & vere contractus est, nominatus quidem nec ratus aliter, nisi in scriptis celebratus fuerit.*
4. *Nec ab ullo alio nisi eo, qui habet plenum illius rei quam alteri concedit dominium, celebrari potest: Ibid. Livellarius contractus quando celebratus censeatur.*
5. *In livellario contractu omnia illa quæ de emphyteusi disposita sunt locum sibi vendicant.*
6. *Res duntaxat immobilis, eiúe æquipollens in emphyteusin concedi potest.*

7. Emphy-

7. *Emphyteuticus contractus quando demum celebratus dicatur: & quando censualis.*

8. *Et quantum atque quomodo hi contractus inter se differant? & n. seq.*

9. *Emphyteutæ non permittitur emphyteusin irrequisito domino alienare: at censuario id interdictum non est.*

10. *In dubio ubi neq; ex instrumento, neque ex aliis indubitatis signis apparet, utrum alicui sit concessa res in censum vel emphyteusin, multi Dd. censualem contractum celebratum concludunt.*

At auctor aliter dicit n. 11. 12. & 14. ubi decidit prolixè; & n. 15. ubi inde infert.

13. *Si quis alteri simpliciter dixerit: tolle istam meam pecuniam, cur mutuum magis quàm donatio contracta præsumatur?*

15. *Si non liqueat quo jure quove titulo rustici bona sua possideant: cur præsumendum hodie sit illa emphyteutica vel livellaria esse?*

16. *Res sive pro precio sive gratis alicui ab initio in emphyteusin concedatur nihil refert.*

17. *Ut nec illud, utrum precium pro emphyteusi solutum vel promissum in pecunia numerata, aliave re consistat.*

18. *Propriè emphyteusis dicitur non quando ad certum tempus, sed quando alicui perpetuo res pro certa annua pensione sive canone conceditur.*

19. *Emphyteusis simpliciter concessa,*
Vel per sententiam aut jusjurandum constituta,
Vel etiam præscripta, perpetua censetur.

20. *Fallit in emphyteusi ecclesiastica: contra multos.*

21. *Item si alicui fuerit concessa emphyteusis pro ipso recipiente & filiis: tunc enim ultra filios recipientes non extenditur: ne ad filias quidem nec & nepotes.*

Appellatione filiorum nepotes in contractibus non comprehenduntur, ibidem.

22. *Itemq; si emphyteusis alicui ad tempus indeterminatum concessa fuerit: hoc enim casu ad decennium concessa censetur.*

23. *Dominus directus rei emphyteuticæ, rem emphyteuticam emphyteutæ auferre nequit: etiamsi ipse re concessa indigeat: aliusve ipsi meliorem conditionem offerat.*

24. *Nec contrà, emphyteuta emphyteusi renunciare vel illam relinquere invito domino potest.*
25. *Emphyteuta domino certum canonem præstare obligatus est, qui sive in pecunia numerata, sive alia re consistat, nihil interest.*
26. *Emphyteuta si canonem non solverit per triennium continuum si privati sit, vel biennium si emphyteuta ecclesiæ sit, qualiter emphyteusin amittat.*
27. *Canon emphyteutæ quando remittatur vel non.*
28. *Emphyteuta rem emphyteuticam qualiter & quando alienare possit.*
29. *Laudemium sive quinquagesimam quando dominus directus petere non possit.*
30. *Legitima alienatio necessaria dicitur, & sub generali dispositione de alienatione loquente non comprehenditur.*
31. *Substantialia emphyteusis quæ? & quæ circa unumquodque substantiale requirantur.*
32. *Et quæ naturalia.*
33. *Quæq; solennia.*
34. *Item quæ accidentalia.*
35. *Ex emphyteusi non oritur actio nominata quæ vocetur emphyteutica ut Bart. placet. sed condictio ex lege, secund. commun.*
36. *Pro canone non soluto dominus contra emphyteutam cur hypothecaria experiri possit.*
37. *Quando Emphyteuta contra dominum Redhibitoria agere queat.*

1 EXplicata locationis atque conductionis materia, consequens est, ut & contractus emphyteutici materiam, quam Imperator hîc in §. adeo, tractat, explicemus.
2 Est autem Emphyteusis contractus nominatus, stricti juris, in scriptis celebratus, in quo contractu, is qui plenum dominium rei immobilis, vel æquipollentis habet, utile dominium illius rei gratis vel pro precio, alteri pro certa annua pensione sive canone perpetuo concedit, habita ratione doli, latæ & levis culpæ.
3 Cùm enim ex contractu emphyteutico ultro citroque obligatio oriatur: eo quia & dominus emphyteusis obligatur emphy-

emphyteutæ rem emphyteuticam tradere, & post traditionem factam pati, ut emphyteuta utatur atque fruatur emphyteusi, *Bart. l. 1. & ibi Ias. n. 13. C. de jur. emphyt.* Et emphyteuta obligatur domino ad solutionem pensionis sive canonis, *l. 2. C. de jur. emphyt.* dubium non est, quin emphyteusis propriè atq; verè contractus sit, *Card. Paris. cons. 71. n. 50. lib. 3. arg. l. Labeo. §. contractum. ff. de verb. signif.* Similiter certum est emphyteusin esse contractum & nominatum, *§. adeo hic. l. 1. C. de jur. emph.* & stricti juris, *Ioan. Andr. in addit. ad Specul. §. nunc aliqua. ver. 4. de emphyt. Bald. l. 1. 15. Differ. & ibi Ias. n. 76. C. de jur. emphyt.* neque hunc contractum aliter ratum esse, nisi in scriptis celebratus fuerit, *d. l. 1. & ibi Bal. & Ias. n. 12. & 19. C. de jur. emphyteut. Alex. cons. 112. n. 4. & cons. 136. n. 8. lib. 1.* Præterea à nullo alio contractus 4
emphyteuticus celebrari potest, nisi ab eo, qui habet plenum dominium illius rei, quam alteri concedit. Namq; si is qui tantùm utile dominium in aliqua re habet, qualis est vasallus, emphyteuta vel superficiarius, hanc rem alteri perpetuò sub annua pensione vel canone concesserit, non emphyteuticus, sed livellarius contractus celebratus censetur, *Bart. l. si finita. §. si de vectigalibus. n. 9. ff. de damn. infect. Alvarot. in proëm. feud. col. pen. & ibi Præpos. n. 94. Ias. d. l. 1. n. 39. C. de jur. emphyt.* In quo 5
tamen contractu livellario, omnia quæ de emphyteusi disposita sunt, locum habent, *Bart. d. §. si de vectigalibus. n. 9. Præpos. in prælud. feud. n. 94. Ias. d. l. 1. n. 38. 39. & 40. C. de jur. emphyteut.* Neque omnis res, sed immo- 6
bilis tantùm, *Bald. l. 1. n. 12. & ibi Ias. n. 101. C. de jur. emphyt.* vel illa, quæ immobili æquipollet, in emphyteusin concedi potest, *c. 1. §. fin. de feud. cognit.* Et ita demum 7
emphy-

emphyteuticus contractus celebratus dicitur, quando is, qui plenum dominium alicujus rei immobilis vel æquipollentis habet, utile dominium illius rei alteri concedit, *glos. c. constitutus. ver. ratum. & ibi Abb. extra de religios. domib.* Quod etiam in dubio factum præsumitur, quando quis alteri simpliciter rem in emphyteusin concedit, *l. 1. junct. glos. ff. si ager vectig. vel emphyteut. glos. hic, ver. neq. ad locationem. glos. ver. neq. ad venditionem.* Secus verò est, si quis alteri concesserit plenum dominium rei immobilis, vel omne jus quod ipse in re immobili habet: tunc enim non emphyteuticus, sed censualis contractus celebratus censetur, *Bart. l. 1. §. 1. ff. de public. Bald. Rubr. C. de jur. emphyt. glos. & Abb. d. c. constitutus. Socin. cons. 166. & cons. 276. lib. 2. Dec. cons. 164. Ias. l. 1. n. 48. C. de jur. emphyt. Nicol. Everh. in sua Topic. in loc. arg. Ab Emphyteusi ad censum. Card. Paris. cons. 84.*
8 *lib. 4.* Qui contractus inter se multum differunt: Namq; licet emphyteuta, non solvens canonem, emphyteusi privetur, prout infra dicemus: tamen censuarius, censum non solvens, re censuali non privatur, *d. c. constitutus. & ibi glos. & Abb. Idem Abb. c. ad audientiam. & ibi Felin. n. 22. extra de præscript. Ias. d. l. 1. n. 49. C. de jur. emph. Ias. l. 2. n. 41. Socin. cons. 166. & cons. 276. Dec. cons. 164. Card. Paris. cons. 24. lib. 3. Ruin. cons. 42. n. 7. & cons.*
9 *160. n. 6. lib. 1.* Et licet emphyteutæ non permittatur emphyteusin domino irrequisito alienare, *l. fin. C. de jur. emphyt.* hoc tamen censuario interdictum non est, *Dec. d. cons. 164. Matth. de Afflict. Decis. Neapol. 129. Soci. cons. 276.* ubi etiam ad hoc allegat Bald. *cons. 301. Ruin. cons.*
10 *42. n. 8. lib. 1.* In dubio autem, ubi neque ex instrumento super contractu confecto, neq; ex alijs indubitatis signis

gnis apparet; utrum sit alicui concessa res in censum vel emphytevsin, licet aliqui Dd. concludant, in dubio præsumendum censualem, non autem emphytevticum contractum celebratum, *Alb. de Ros. l. 2. C. de jur. emphyt. Socin. d. cons. 167. & cons. 276. Dec. cons. 146. Card. Paris. d. cons. 23. lib. 4. & cons. 84. n. 12. lib. 4. Ruin. cons. 42. n. 7. & cons. 160. n. 6. lib. 1. Sebast. Sapia, in addit. ad Panorm. in d. c. constitutus.* Ego tamen in hoc articulo dico, si 11
de hoc negocio instrumentum confectum, & in eo dictum sit, alicui concessam rem immobilem eo pacto, ut ipse pro ea annuum censum solvat: tunc enim, quia hoc verbum, census, non emphytevsi sed censuali contractui convenit, *Bart. l. 1. §. 1. ff. de public. Abb. d. c. constitutus.* In dubio non emphytevticum, sed censualem contractum celebratum, præsumendum, *Socin. d. cons. 276.* Ex verbis enim mens colligitur, *l. Labeo. ff. de suppell. legat.* Sicut & è converso, si instrumento super hoc negotio conscripto dictum fuerit, alicui rem pro certo canone sive pensione concessam, præsumitur emphytevticum contractum celebratum esse: eô, quia hoc verbum pensio sive canon emphytevtico contractui propriè convenit, *Bart. d. l. 1. §. 1. ff. de publican. Abb. d. c. constitutus.* Sin autem de hoc negotio instrumentum vel conscriptum non sit, vel conscriptum deperditum, vel etiam in instrumento super hoc negotio confecto, nulla sit mentio facta pensionis vel canonis, ante omnia precium pro re alteri concessa numeratum, si precij numeratio intervenit considerandum est: Et si quidem hoc precium, & utili & directo dominio conveniat, censualem contractum celebratum esse certum est: Sin autem hoc precium utili dominio tantùm, non autem directo conveniat,

emphytevticum contractum celebratum manifesti juris est, *Socin. cons. 266. n. 8. lib. 2. arg. glos. l. 1. §. 1. & ibi Bart. ff. de superf. glos. l. semper in stipulationibus. & ibi Bart. ff. de reg. jur. glos. l. in obscuris. ff. de reg. jur. Alex. cons. 26. n. 5. lib. 4. Corn. cons. 37. nu. 12. lib. 3. Socin. cons. 47. col. 4. vers. praterea si probabuntur lib. 1. Dec. cons. 347. & cons.*
12 *500. n. 5.* Sin autem hoc negocium vel nullo precio interveniente celebratum sit, vel precium æque ad justam æstimationem utilis & pleni dominij accedat, inspiciendum est quid in ista regione, in qua hoc negocium celebratum est, magis frequens vel usitatum est: Et si quidem contractus emphytevticus in ista regione magis frequens vel usitatus sit, contractum emphytevticum: Sin autem censualis contractus in ista regione magis frequens atque usitatus sit, censualem contractum celebratum præsumere debemus. *Ioan. Fabr. l. 1. col. 1. C. de jur. emphyt. Ias. l. 2. n. 163. C. de jur. emphyt. Nicol. Everh. in sua Top. in loc. argument. ab Emph. ad cens. Matth. de Afflict. Decis. Neapol. 129. arg. d. l. semper, in stipulationibus. l. si servus plurium. §. fin. ff. de legat. 1.* Sin autem vel uterque contractus in aliqua regione æquè frequens sit, vel dubitetur, quis contractus sit frequentior, ego unà cum multis alijs, contractum emphytevticum celebratum esse censeo; præsertim si quis alteri gratis rem aliquam concesserit, *Bald. l. cum falsa. n. 6. C. de jur. & fact. ignor. Ioan. Fabr. l. 1. C. de jur. emph. Ias. d. l. 2. n. 163. C. eod. tit. Nicol. Everhard. in sua Topic. loco argum. ab Emph. ad cens.* Cùm enim nemo præsumatur effusè rem suam donare aut jactare, *l. cum de indebito. ff. de probat. l. si cum aurum. ff. de solut.* minùs autem is donet vel concedat alteri, qui alteri rem in Emphitevsin concedit, quàm is qui alteri

rem

rem in censum concedit, certe potiùs præsumendum aliquem suam rem, alteri in emphytevsin, quàm in censum concessisse. Huc accedit, quod docet glos. & Dd. 13
l. cum quid. ff. si cert. petat. ubi concludunt, si quis alteri simpliciter dixerit, tolle istam meam pecuniam, ex hoc negocio magis mutuum quàm donationem contractam præsumi: eó, quod per mutuum domino pecuniæ minus præjudicatur, quàm per donationem. Hanc sententiam comprobat doctrina Dec. *in l. si pascenda. C. de pact.* Et 14
hoc absque dubio procedit, quando quis alteri rem suam feudalem, pro certa annua pensione ipsi præstanda perpetuò concedit, vel, si quis longo tempore alicui de re feudali annuam pensionem solverit, nec aliter constare potest quis contractus celebratus sit: tunc enim in dubio, nullo penitus Dd. refragante, emphytevticus vel livellarius contractus, non autem censualis, celebratus intelligitur, *Matth. de Afflict. Decis. Neapol. 129.* Ex 15
quibus patet, quod cum omnia bona, quæ hodie rustici possident, sint ipsis ab initio à principibus vel nobilibus dominis illorum ex bonis feudalibus concessa, si non constet neque liqueat, quo titulo, aut quo jure ipsi hæc bona possideant, præsumendum hæc bona vel emphytevtica vel livellaria esse; ideoque omnia quæ de emphytevsi disposita sunt, in his bonis locum habere. Præ- 16
terea sive gratis, sive pro precio alicui ab initio res in emphytevsin concedatur, contractus emphytevticus ratus est, *Bart. Alex. & Ias. l. si mihi & Titio. in prin. ff. de verb. oblig. Abb. c. potuit. extra de locat. & cond. Alex. cons. 115. lib. 4. Ias. l. 1. n. 3. C. de jur. emph.* Ac ne illud qui- 17
dem refert, utrum precium pro Emphytevsi solutum vel promissum in pecunia numerata, an verò in alia re con-

 sistat:

sistat: Emphyteuticus namque contractus celebratus utroque casu valet atque tenet, *glos. 3. l. 1. C. de jur. emphyt. Ioan. Andr. in addit. ad Specul.* §. *Nunc aliqua. ver. 4.*
18 *de Emphyt.* Et licet contractus emphyteuseos tam ad certum tempus quàm in perpetuum celebrari possit, *glos. hic. ver. auferre liceat Spec.* §. *nunc aliqua. n. 5. de Emphyt. Bald. Auth. si quis ruinas. C. de SS. Eccles.* Propriè tamen emphyteusis illa dicitur, quando alicui perpetuò res pro certa annua pensione sive canone conceditur, *l. 1. & ibi Bald. ff. si ager vectig. vel emphyteut. petat.* §. *adeò. & ibi Ang. hic. Bald. Rubr. C. de jur. emphyt. idemq; Bald. l.*
19 *1. & ibi Ias. n. 6. C. eod. tit.* Ideoque emphyteusis simpliciter concessa, *Ang.* §. *Emphyteusin. Auth. de alien. & emphyt. Ang. idem d. l. 1. ff. si ager vect. petat. & l. qui luminibus. ff. de servit. urb. prad. itemq; in l. malè agitur. C. de praescript. 30. vel 40. annor. Bald. c. 1. de Alienat. feud.* vel per sententiam aut jusjurandum constituta, *arg. l. sed & si quis.* §. *item si juravero. & ibi Bald. ff. de jurejur.* vel etiam praescripta, perpetua censetur, *Ias. l. 2. n. 160. C. de*
20 *jur. emphyt.* Hoc tamen fallit in emphyteusi ecclesiastica, quae secundùm communem atque receptam sententiam ad omnes quidem descendentes illius, cui haec emphyteusis concessa est, tam masculos, quàm foeminas transit, sed ad extraneos heredes illius non transmittitur, *Alex. cons. 23. incip. oportunè consideratis. col. 2. lib. 1. cons. 9. col. 4. lib. 2. cons. 38. lib. 2. cons. 19. lib. 4. & cons. 139. lib. eod. Dec. c. in praesentia. n. 48. extra de probat. Matth. de Affl. Decis. Neapol. 100.* Quae sententia mihi magis placet: quamvis contrarium sed malè teneant aliqui Dd. *Abb. & Felin. d. c. in praesentia. Corn. cons. 13. lib. 3.*
21 Secundò, hoc fallit, si alicui fuerit concessa emphyteusis, pro ipso

pro ipso recipiente & filijs illius: tunc enim ultra filios recipientes: ne dum ad extraneos heredes, sed ne ad nepotes quidem transit, *Salic. l. 2. 12. quaest. & ibi Ias. n. 101. C. de jur. emph. Alex. cons. 204. n. 8. lib. 2.* Quia in contractibus appellatione filiorum nepotes vel alij ulteriores non comprehenduntur, *Bart. l. liberorum. ff. de verb. signif. Petr. de Anchor. clem. 1. de baptism. Ant. de Butr. c. in quibusdam. extra de poen.* Quinimò hoc casu filiae faeminae in emphytevsin non succedunt, *Archid. c. si quis svadente. 17. q. 4. Ias. l. 2. n. 193. C. de jur. emph. Idem Ias. l. si quid id quod. ff. de jurisd. omn. judic. Dec. c. in praesentia. n. 46. extra de probat. facit quod docet Dec. in l. faemina. n. 104. ff. de reg. jur.* Tertiò hoc fallit, si alicui 22 emphytevsis ad tempus indeterminatum concessa fuerit: tunc enim non in perpetuum, sed ad decennium tantum alicui emphytevsis concessa censetur, *Bald. c. ex literis. extra de constit. Bald. l. 1. ff. si ager vectig. vel emphyt. pet. Ias. l. Ait. praetor. §. si judex. n. 39. ff. de re judic. arg. l. sine praefinitione. ff. de poen. facit quod docet Bald. in l. 1. C. de postul. Abb. Felin. & Dec. d. c. ex literis.* Et usque 23 adeò emphytevsis perpetua est, ut dominus directus rei in emphytevsin concessae, rem emphytevticam emphytevtae auferre nequeat: licet ipse vel indigeat re, alteri in emphytevsin concessa, *Ioan. Andr. in addit. ad Spec. vers. 4. Ias. d. l. 1. n. 33. C. de jur. emphyt.* vel alius emphytevta ipsi meliorem conditionem offerat, *Bart. l. 1. C. de fund. patrimon. lib. 11. Alex. cons. 79. lib. 2. Card. Paris. cons. 86. n. 3. lib. 4.* Item nec è converso emphytevta 24 emphytevsi renunciare vel illam relinquere invito domino potest, *Bald. l. 2. & ibi Ias. n. 24. C. de jur. emphyt. arg. ill. text.* Requiritur etiam pro contractu emphy- 25

tevtico constituendo, ut emphytevta domino certum canonem sive pensionem præstare obligatus sit, *ut hic. §. adeo. l. 2. C. de jur. emphyt.* sed sive hic canon in pecunia numerata, sive in alia re consistat, nihil refert, *glos. hic. in*
26 *ver. pensio. & verb. reditus. & verb. neq. ad locationem.* Et si quidem hunc canonem sive hanc pensionem emphytevta non solverit per triennium continuum, si ipse privati emphytevta sit, *l. 2. & ibi glos. Bart. Bald. & Ias. C. de jur. emphytevt. glos. fin. hic*, vel per biennium, si ipse sit emphytevta ecclesiæ, ipse emphytevsin amittit, *c. potuit. & ibi Abb. extra de locat. & cond. Auth. qui rem. & ibi Ias. C. de SS. Eccles.* non quidem ipso jure, sed ita demum, si dominus emphytevseos declaraverit se velle, ut emphytevta propter non solutum canonem emphytevsi privatus sit, *l. 2. ver. volente. & ibi Bart. & Ias. n. 6. C. de jur.*
27 *emphyt.* Et hic canon sive pensio emphytevtæ non remittitur propter sterilitatem, *l. quicumq. & ibi Bart. C. de fund. patrimon. lib. 11. §. quia vero leonis. Auth. de non alienand. aut permut. reb. eccles. glos. c. potuit. & ibi Abb. n. 17. extra de locat. & cond.* vel propter interitum particularem rei emphytevticæ, sed ita demum si tota res emphytevtica interierit: Quia particularis interitus rei emphytevticæ emphytevtam, universalis autem interitus ejusdem dominum emphytevseos gravat, *ut hic. & l. 1. C. de jur. emphyt.* Si tamen propter inundationem maris vel fluminum, bellum, hostium aut latronum vim vel alios casus emphytevta fundum emphytevticum omnino colere non potuerit, ipsi perinde pensio sive canon remittitur pro illo tempore, quo casus ille durat, atque si res emphytevtica funditus interijsset, *Bart. l. 1. n. 12. & ibi Ias. n. 91. C. de jur. emphyt. Alex. cons. 112. lib. 1. arg. l. cum*

cum unus. §. fin. ff. de bonis auct. jud. poss. l. interdum. §. quod ex naufragio. ff. de adquir. possess. Circa hunc con- 28
tractum emphyteuticum annotandum, emphyteutam non aliter rem emphyteuticam alienare posse, nisi ipse domino denunciaverit, quantum precium ipsi revera ipsi alij pro hac emphyteusi solvere velint; quo casu, si quidem dominus tantum precij pro emphyteusi solvere velit, quantum emphyteutæ pro hac re alius numerare vult, ipse extraneo emptori præfertur: Sin autem dominus hanc rem emere nolit, permittitur emphyteutæ rem emphyteuticam vendere vel in continenti, si dominus fundi expresse dixerit, se rem emphyteuticam emere nolle, vel post duos menses si dominus hoc expresse non dixerit: Et hunc novum emphyteutam dominus investire, sive in possessionem rei emphyteuticæ inducere cogitur. Pro qua investitura domino quinquagesima pars precij sive æstimationis rei emphyteuticæ solvi debet, *l. fin. C. de jur. emphyt.* non quidem à venditore rei emphyteuticæ, sed ab emptore, *glos. d. l. fin. ver. accipere. & ibi Ias. n. 41. C. de jur. emphyteut. arg. l. debet. ff. de adil. edict. Bald. l. si is qui pradium. col. 2. C. de adilitia action. Bald. Rubr. 3. quast. C. de jur. emphyt.* Hanc tamen quin- 29
quagesimam sive laudemium dominus directus petere non potest quando emphyteusis in alium necessariò alienatur; ut puta, quando duo pluresue emphyteutæ emphyteusin inter se dividunt, *Bart. Paul. de Cast. & Fulgos. l. & ideo. ff. de cond. furt. Ias. d. l. fin. n. 47. C. de jur. emphyteut.* vel quando pater emphyteusin concedit in dotem filiæ, vel donationem propter nuptias filio, *Ias. d. l. fin. n. 49. C. d. tit.* vel quando emphyteuta moritur relicto filio, nepote vel alio herede legitimo: Namque legi-

timi

timi heredes emphytevtæ, in emphytevsin succedentes laudemium sive quinquagesimam domino solvere non coguntur, *Bald. l. fin. n. 17. & ibi Ias. n. 41. C. de jur. emphyt. Bald. c. quæ in ecclesiarum. n. 36. extra de constit. Card. Paris.*
30 *cons. 84. lib. 4.* Quia & successio ab intestato sive legitima alienatio necessaria dicitur, *Bart. l. 1. ff. de fund. dot. Ias. l. filiusfamilias. §. Divi, in lect. n. 103. & in repetit. n. 139. ff. de legat. 1. Alex. cons. 155. lib. 2.* & sub generali dispositione de alienatione loquente non comprehenditur, *d. l. 1. & ibi Bart. ff. de fund. dot. l. cum pater. §. cum inter. ff. de legat. 2. gloss. l. cum pater. §. Iulius. ff. de legat. 3. Bart. d. §. Divi. & ibi Ias. in lectur. n. 101. & in repetit. n. 134. Bart. Ias. & Dd. l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verb. oblig.*
31 *Alex. cons. 56. n. 5. & 6. lib. 1.* Substantialia Emphytevsis sunt consensus, scriptura, res & pensio sive canon. Circa consensum requiritur ut partes consentiant circa contractum, circa rem & circa canonem sive pensionem. Circa rem requiritur, primò, ut sit certa, secundò, ut sit immobilis vel ei æquipollens. Tertiò, ut is qui rem in emphytevsin concedit, plenum dominium hujus rei habeat. Quartò, ut ipse utile tantùm dominium in emphytevtam transferat. Circa canonem requiritur ut sit
32 certus. Naturalia contractus emphytevtici sunt: primò, quod casus fortuitus, particulare detrimentum emphytevsis respiciens, emphytevtam, & quod casus fortuitus totale detrimentum emphytevsis respiciens, dominum emphytevsis gravet. Secundò, quod emphytevta solvat canonem non in principio, sed in fine anni, *Ias. l. 2. n. 180. C. de jur. emphyt.* Tertiò quod emphytevta canonem non solvens emphytevsi privetur. Quartò, quod emphytevsis sit perpetua. Quintò, quod emphy-
tevta

tevta emphytevsin domino irrequisito vendere non possit. Sextò, quod emphytevta irrequisito domino emphytevsin vendens emphytevsi privetur. Septimò quod eo casu, quo emphytevta emphytevsin vendere vult, dominus habeat jus protimiseos in emphytevsi. Octavò, quod dominus emphytevsis ab emptore emphytevsis laudemium sive quinquagesimam petere possit. Nonò, quod domino emphytevsis postulante, emphytevta cogatur fructus ex emphytevsi perceptos potius vendere ipsi domino, quàm alij, justo tamen precio, *arg. l. 1. & ibi Bart. C. de metall. & metallat. lib. 10.* Solennia emphy- 33
tevsis sunt, quod res ecclesiastica in emphytevsin concedi non possit absque solennitate in alienatione harum rerum requisita, *Abb. Felin. & Dec. c. in praesentia. extra de probat. Ang. hic.* Secundò quod minor absque decreto judicis & tutoris auctoritate, rem suam alteri in emphytevsin concedere nequeat. Tertiò quod vasallus, item & emphytevta alteri fundum vel emphytevsin concedere nequeat, *Bald. c. 1. in prin. n. 7. de prohib. feud. alienat. per Frieder. Bald. l. voluntas. C. de fideicommiss. Ias. l. fin. n. 110. C. de jur. emphytevt.* Accidentalia emphytevsis sunt o- 34
mnia pacta extranea, juxta contractum emphytevticum apposita, quae neque substantialia, neque naturalia, neque solennia emphytevsis respiciunt: ut puta, si inter dominum & emphytevtam conveniat, ut emphytevtae permittatur pro certo precio directum dominium, & illud jus quod ipse in emphytevsi habet, emere. Ex em- 35
phytevsi licet Bart. *in l. 1. ff. de condict. ex leg.* velit, oriri actionem nominatam, quae vocetur emphytevtica: tamen verior sententia est ab omnibus Dd. communiter approbata, ex emphytevsi oriri condictionem ex lege,

glos. hic. verb. propriam. glos. l. 1. ver. custodiri. & ibi Bart. Bald. & Ias. n. 68. C. de jur. emphyt. Bart. l. 1. ff. de publici-
36 *an. in rem act. Ias. d. l. 1. ff. de cond. ex leg.* Item etiam pro canone non soluto, actione hypothecaria contra emphyteutam dominus experiri potest: eô, quia res emphyteutica domino tacito pignoris titulo pro canone sive pensione nexa est, *Bald. Auth. si quas ruinas. col. 2. C. de*
37 *SS. Eccles. Ias. l. fin. n. 70. C. de jur. emphyteut.* Redhibitoria etiam actione emphyteuta contra dominum experiri potest, si dominus ipsi fundum pestilentes herbas producentem in emphyteusin concesserit, *Bald. l. 2. C. de ædil. edict. Ias. d. l. fin. n. 71. C. de jur. emphyteut.*

IN TIT. XXVI.

DE SOCIETATE.

SUMMARIA.

1. *Societatis descriptio ejusque plenissima declaratio usque ad n. 58.*
2. *In contractu societatis quantopere bona fides exuberet.*
3. *Si unus ex socijs neq; rem neq; operam in societatem conferat, societatis contractus validus non est.*
4. *Ratus autem est, sive omnium bonorum, sive certæ universalis, sive particularis rei vel etiam negotiationis unius respectu, sive simpliciter coitus sit: quo casu tantum respectu quæstus celebratus censetur.*
5. *Et sive de dominio sive de usu vel fructibus rei communicandis convenit, hic contractus ratus est.*
6. *Dummodò tamen dominium rei in societatem collatæ in solidum in alium socium non transferatur.*
7. *Societatis item contractus valet sive uterque sociorum rem tantum vel operam tantum, vel uterque & rem & operam, vel unus rem tantùm, alter operam tantũ in societatem conferat.*
8. *Societate contracta omne damnum atque lucrum inter socios, si nihil de partibus lucri atque damni conventum fuerit, æquale est.*

9. *Æquali-*

9. *Aequalitas illa cujus ratione & respectu constituatur.*

10. *Quo casu unus pecuniam vel rem, alter operam in societatem confert, is qui pecuniam vel rem contulit, eam finita societate si extet, integrum repetere potest & ante omnia ex societate deducere.*

11. *Omne tamen lucrum atque damnum ex ista re vel pecunia perceptum inter socios commune est, si de hoc in societate nihil actum fuerit.*

12. *Adeò, ut tota pecunia in societatem collata casu fortuito perempta, operam tantùm conferens cogatur dimidium pecuniæ in societatem collatæ & peremptæ socio de suo restituere contr. glos. & sequac.*

13. *Quod tamen tantùm procedit in pecunia numerata in societatem data, vel ex alijs rebus in societatem datis redacta: in speciebus non commutabilibus in societatem datis non item, nisi æstimatæ datæ sint.*

14. *Pactum de lucro atque damno inter socios inæqualiter dividundo in illa tantum societate admittitur, in qua unus tantum operam, alter pecuniam tantum confert.*

15. *Secus est in illa, in qua ex utraque parte sociorum res sive pecunia intervenit: nisi pactum jurejurando confirmatum fuerit.*

16. *Non valet pactum inter socios conventum ut de pecunia communi unius filia dotetur, alterius non dotetur.*

17. *Multo minus ut is qui pecuniam contulit, lucrum tantum ex societate ferat, de damno autem non teneatur, suumque capitale salvum habeat.*

18. *In tantum, ut huic pacto neque statuto neque consvetudine, neque testatoris dispositione robur firmitatis addi possit.*

19. *Pecuniam tamen in societatem conferens cum tertio quodam pacisci potest, ut omne lucrum quod ipse ex societate ultra certam summam percipiet, ad tertium illum spectet: atque hujus lucri ratione ille periculum pecuniæ in societatem collatæ sustineat.*

20. *Partes in lucro vel damno à contrahentibus constitutæ in alio quoque damno vel lucro serventur.*

21. *Lucrum in societate quod accipiamus & quod damnum.*

22. Et utrum lucrum vel damnum in fine uniuscujusque negotiationis, an verò in fine cujusque anni, vel an in fine totius bonitatis consideret.

23. Societas tàm [illegible] quàm ex tempore vel sua conditione & tàm simpliciter quàm ad tempus sive in perpetuum contrahi potest.

24. Nec tantùm expresse verbis, sed & alijs actibus, ex quibus tacitè consensus colligitur.

25. Modò hi actus tales sint ex quibus concludenter inferatur societatem inter illos contractam.

26. Quibus intervenientibus societas indistinctè, tacitè contracta censetur, sive contrahentes simul sive seorsim habitent: sive in uno eodemque sive in diversis locis degant.

27. Item sive uterque ex illis negotietur sive unus tantum, sive neuter.

28. Itemque sive ejusdem sint, sive diversæ professionis.

29. Furiosus vel mente captus societatem non contrahit.

30. Idem est si unus ex contrahentibus sit pupillus: quod tamen nonnullis casibus limitatur ibid.

31. Major pupillo societatem rectè contrahit, curatore si caret: si curatorem habeat, non nisi in casibus pupillo permissis.

32. Societate tacitè contracta nunquam intelligi contractam societatem omnium bonorum, sed lucri atque quæstus tantum, multi Dd. volunt.

33. Id auctor improbat pulchra ratione cum Dd. communiter. Et ad contrarium respondet n. seq.

34. Intellectus l. coiri. ff. pro socio. & glos. l. cum duobus. §. socium. ff. eod. tit.

35. Actus nostri voluntarij non extenduntur ulterius quàm geruntur, &
Limitata causa limitatum effectum producit, ibid.

36. Hinc fit, quod si socij non omnia lucra atque damna undecumque descendentia communicent, non omnium bonorum sed tantum vel quæstus vel unius rei aut negotiationis, cujus lucra atque damna communicata sunt, societas contracta censeatur.

37. Societatis contractus quando absolutus & perfectus censeatur.

38. Omnium bonorum societate contracta, omnium rerum, quas socij tempore

tempore contractus possident, dominium, ipso jure sine traditione communicatur.

39. *Nominibus & actionibus exceptis.*

40. *Idem est in bonis postea à socio quæsitis : nisi socius illa expresso nomine societatis adquisierit.*

41. *Omnium bonorum socius omnia lucra honesta, undecumq; quæsita communicare cogitur : etiamsi ea proprio suo nomine adquisierit.*

42. *E converso, omnia damna quoque unicuique sociorum quolibet modo evenientia societas communis ferre tenetur.*

43. *Dummodò tamen illa damna evenerint socio absque culpa vel delicto suo.*

44. *Sumptus etiam quos socij omnium bonorum probabili de causa circa se suosque faciunt : licet illi ex parte unius sint majores, æqualiter ad onus utriusque spectant.*

45. *In societate particulari vel simpliciter contracta nullæ res statim, sed traditione interveniente communicantur & ad eas communicandas saltem obligantur socij.*

46. *Nisi socius expresso nomine societatis res aliquas adquisierit : hæ enim ilico communes efficiuntur.*

47. *In societate simpliciter contracta : itemque in particulari quæ lucra socius communicare cogatur.*

48. *Et quid juris in damnis quæ uni ex socijs evenerunt.*

49. *Quidque in impensis non respectu societatis factis.*

50. *Socius secundùm naturam societatis atque pacta in ea conventa, res societatis diligenter administrare, de acceptis & expensis librum rationum conscribere rationemque unà cum reliquis reddere tenetur.*

51. *Quas si non integrè vel non fideliter reddiderit, vel in eis quid erratum prætendatur, denuo reddere cogitur.*

52. *Et socius has rationes à socio petere potest etiam constante societate vel in fine cujuslibet anni : dummodò absque calumnia petat.*

53. *Socius etiam obligatur socio omnes impensas in societatem necessario vel utiliter factas pro rata restituere.*

54. *Ex contractibus non societatis, sed proprio nomine celebratis socius so-*

cius socium non obligat, nisi quatenus illis societas locupletior effecta fuit.

55. *Et non aliter societas ex contractibus sociorum obligatur nisi quatenus illi contractus societate constante ab uno ex socijs initi fuerint.*

56. *Et quidem secundùm naturam societatis vel pacta in societate conventa celebrati.*

57. *Nunquam socius ex contractu socij obligatur ultra summam quam in societatem contulit.*

58. *Uterque sociorum regulariter de dolo, lata atque levi culpa tantùm tenetur.*

59. *Societas quot & quibus modis solvatur?*

60. *Ex societate quæ oriatur actio, & ad quid illa detur, & quando intentetur?*

61. *Substantialia societatis quæ, & quæ circa quodq; substantiale requirantur?*

62. *Naturalia societatis?*

63. *Solennia?*

1 IN hoc titulo Imperator tractat materiam tertij contractus ex consensu descendentis, societatis nempe. Est autem societas contractus nominatus, bonæ fidei, in quo simul atque de bonis omnibus, vel re certa universali vel particulari, non translato in alium in solidum dominio, vel etiam usu sive utilitate rei aut operarum communicandis, lucro atque damno inde percepto æqualitor dividundo inter duos pluresve tacitè vel expresè, purè, vel in diem vel sub conditione simpliciter in perperpetuum, vel ad tempus certum convenit, in societate omnium bonorum illico, etiam traditione nulla interveniente, omnes res, quas socij tempore contractus habent possidentve communicantur, exceptis actionib. sive nominib. quę nō statim communicantur, sed ad eas, sicut & ad res postea quæsitas communicandas, socius obligatur:

gatur: In societate autem vel particulari vel simpliciter contracta nullæ res illico communicantur, sed ad eas communicandas socius obligatur: Atq; in utraq; tàm universali, quàm particulari societate, socius obligatur res societatis secundùm naturam illarum atq; pacta in societate conventa administrare, atque de administratis rationem reddere: obligatq; socium ex omnibus quæ ipse utiliter vel necessariò in societatem aut societatis res impendit, item ex omnibus contractibus, quos ipse constante societate, nomine societatis, secundùm naturam illius societatis vel pacta in societate adjecta, celebrat, pro viribus rei sive pecuniæ in societatem collatæ, habita utrinq; ratione doli, latæ atq; levis culpæ. Certum namq; est societatem esse contractum, & nomina- 2
tum, *l. jurisgentium. in prin. ff. de pact.* & bonæ fidei. §. *actionum. instit. de actionib. Card. Paris. cons. 58. lib. 1.* In quo bona fides usq; adeò exuberat, ut quodammodò jus fraternitatis in se habeat, *l. verum. in prin. ff. pro soc.* Neq; societas aliter rata est, nisi ab utraq; parte res vel 3
opera, vel una parte res, ab alia verò opera in societatem conferatur. Namq; si unus ex socijs neq; rem neq; operam in societatem conferat, societatis contractus validus non est, *Card. Paris. cons. 82. n. 11. & 70. lib. 1.* Cæ- 4
terùm societatis contractus ratus est, sive respectu omnium bonorum, sive respectu alicujus rei universalis, *l. si fratres. in prin. ff. pro socio.* sive particularis rei, vel etiam negotiationis unius, *ut hîc. in prin. l. 1. & l. societas contrahitur. ff. pro soc.* sive simpliciter coitus fuerit, *l. coire. ff. hoc tit.* Quo casu tantùm respectu quæstus, id est, illorum lucrorum, quæ quisque socius sua opera & industria adquirit, celebratus hic contractus censetur, *d. l. coiri.*

cum

5 *cum 6. seqq.* Et sive de dominio, sive de usu vel fructibus rei communicandis convenit, hic contractus valet, *arg. l. cum duobus. §. si in coëunda. ff. pro soc. Alex. Ias. &*
6 *Dec. l. si pascenda. C. de pact.* Dummodò tamen dominium rei in societatem collatæ in solidum in alium socium non transferatur: Namque si hoc factum sit, non societas, sed innominatus contractus celebratus intelligitur, *l. si tibi area. ff. præscript. verb. Alex. Ias. & Dec. d. l.*
7 *si pascenda.* Præterea societatis contractus valet, sive uterque sociorum rem tantùm, vel etiam operam tantùm, *arg. l. duo societatem. ff. pro soc.* vel uterq; & rem & operam, *Ang. hic. §. de illa,* vel unus rem tantùm, alter operam tantùm in societatem conferat, *d. §. si in coëunda. d. l. si fratres. §. 1. d. l. si pascenda. d. l. si tibi area. l. 1.*
8 *C. pro soc.* Porrò societate contracta, omne damnum atque lucrum inter socios, si nihil de partibus lucri atq; damni conventum fuerit, æquale est, *ut hic in prin. vers.*
9 *est quidem. l. si non fuerint. in prin. ff pro soc.* quæ æqualitas non pro virilibus partibus sociorum, sed primo inspecto capitali, quod quisque sociorum in societatem contulit, *Bald. cons. 397. incip. Factum est tale. lib. 3. Ronchegal. in repetit. l. Reos. §. cum in tabulis. n. 122. & 142. ff. de duob. reis. arg. d. l. si non fuerint. glos. hic in prin. ver. æquales.* Deinde, opera atque industria uniuscujusque sociorum constituitur, *l. si societatem mecum. & l. quid eum. ff. pro soc. Alex. cons. 99. & cons. 133. Bart. cons. 186. lib. 1. Corn. cons. 24. & cons. 54. lib. 1. cons. 27. cons. 122. & cons. 233. lib. 2. cons. 85. cons. 152. & cons. 213. lib. 3. cons. 58. & cons. 98. lib. 4. Card. Paris. cons. 85. lib. 1. Matth. de Afflict. Decis.*
10 *Neapol. 58.* Et licet eo casu, quo unus pecuniam sive rem tantùm, alter verò operam tantùm in societatem confert,

confert, is qui pecuniam sive rem tantùm in societatem contulit, illam rem sive pecuniam non intelligatur communicasse, sed eam finita societate, si adhuc extet, integram repetere, atq; ante omnia ex societate deducere possit, *Bald. l. 1. 2. quaest. C. pro soc. Alex. cons. 117. n. 4. lib. 1. Alex. cons. 131. lib. 5. Corn. cons. 152. lib. 3. & cons. 58. lib. 3. Socin. cons. 265. lib. 2. Dec. d. l. si pascenda. C. d. pact. arg. d. §. si in coeunda. facit l. cum de indebito. ff. de probationib. l. si cum aurum. ff. de solutionib.* Tamen si de lucro 11
atq; damno in societate nihil actum fuerit expressè, omne lucrum atque damnum ex ista re vel pecunia perceptum inter socios commune est, *glos. l. 1. C. pro soc. arg. d. l. si non fuerint. in prin. ver. & quidem. & §. de illa. vers. nam ita.* Adeò, ut si tota pecunia in societatem collata, 12
casu fortuito interierit, is qui tantùm operam in societatem confert, cogatur dimidium illius pecuniae in societatem collatae & peremptae socio de suo restituere, *Alex. cons. 131. lib. 5. arg. l. cum duobus. §. quidam sagariam. ff. pro socio.* Et licet hanc sententiam improbet glos. *in. d. l. si non fuerint. in prin. glos. d. l. C. pro soc. Socin. d. cons. 165. Dec. d. l. si pascenda*: Tamen illa mihi magis placet: eamq; tenet communis praeceptor Dn. Philippus Melanch. in sua Epitome philosophiae moralis, *in Quaest. an sit licit. contract. societat.* Quod tamen tantùm procedit in pecu- 13
nia numerata vel in societatem data, vel ex alijs rebus in societatem datis redacta: secus verò est in speciebus non commutabilibus in societatem datis: quale est si quis alteri oves, boves, equos vel alia animalia in commune pascenda dederit: namq; harum rerum interitus: ita demum ad eum qui operas tantùm in societatem contulit pro rata pertinet, quando hae res in societatem aestimatae

datæ sunt, alioquin verò secus, *Bald. Alex. Ias. & Dec. d.*
14 *l. si pascenda.* Præterea licet legibus cautum sit, valere conventum, ut lucrum atque damnum ex societate perceptum inter socios non æqualiter, sed inæqualiter dividatur, *ut hic, in prin. ver. nec enim unquam. Dec. d. l. si pascenda.* item unus duas partes lucri, & tertiam partem damni, alter verò duas partes damni & unam partem lucri ex societate ferat, *§. de illa. hic. l. Mutius. ff. pro soc.* Tamen hæc dispositio legis tantùm procedit in ea societate, in qua unus tantùm operam, alius verò tantùm pecuniam confert: tunc enim quia juxta communem atq; receptam sententiam socij pacisci possunt, ut is qui operam tantùm societati præstat, lucri ex societate descendentis sit particeps, de damno autem omnino non teneatur, *ut hic. §. de illa. ver. nam ita. & ibi Ang. Abb. c. per vestras. extr. de donat. int. vir & uxor. Abb. c. naviganti. extra de usur.* multò magis admitti debet pactum quo partes sive socij conveniunt, ut lucrum atque damnum inter ipsos inæqualiter dividatur, *arg. l. qua de tota. in prin. ff.*
15 *de rei vendic. l. qui scit. ff. de usur.* Secus verò est in illa societate, in qua ex utraque parte sociorum res sive pecunia intervenit; in illa enim pactum de lucro atq; damno inter socios inæqualiter dividundo omnino secundùm communem sententiam improbatum est, *Corn. cons. 139. n. 4. & cons. 243. n. 8. & 9. lib. 1. cons. 152. n. 10. lib. 3. & cons. 58. lib. 4. arg. d. l. si non fuerint. in prin. ver. si modò aliquid. l. si societatem mecum. ff. pro Soc. hic. §. de illa. ver. quia sapè,* nisi hoc pactum jurejurando confirmatum fuerit, *Corn. cons. 266. n. 3. lib. 3. arg. c. cum contingat. extra de jurejur. c. mulieres de jurejur. lib. 6. Auth. Sacramenta puberum. C. si advers. transact. Dec. l. pactum quod dotale. C. de pact.*

de pact. Abb. c. si vero. extra de jurejurand. Ideoque pactum inter socios conventum, ut de pecunia communi unius filia dotetur, alterius verò filia de communi non dotetur, non valet, neque tenet, eò, quia per hoc pactum lucrum societatis inæquale efficitur, *Dec. Auth. quod locum. n. 10. C. de collat.* Multò vero minùs valet pactum 16
in societate adjectum, ut is qui pecuniam in societatem contulit, lucrum tantùm ex societate ferat, de damno autem omnino non teneatur, suumque capitale salvum habeat, *d. l. si non fuerint. §. fin. glos. c. plerique 14. q. 3. Ang. hic. §. de illa. Bald. l. 1. quæst. 9. C. pro Soc. Abb. d. c. per tuas. & d. c. naviganti. Petr. de Anchor. cons. 194. n. 2.* 17
Quod usque adeò verùm est, ut huic pacto, neque statuto vel consvetudine, *Alex. cons. 131. n. 10. lib. 2.* neque testatoris dispositione robur firmitatis addi possit, *Corn. cons. 30. n. 1. lib. 1.* 18
Quamvis tamen ille contractus improbatus non sit, si is, qui in societatem contulit pecuniam, cum tertio quodam paciscatur, ut omne lucrum, quod ipse ex societate, ultra certam summam percipiet, ad istum tertium spectet, atque hujus lucri ratione is tertius periculum pecuniæ in societatem collatæ sustineat, *Ang. de Clav. in sua summ. ver. societas. quæst. 7.* 19
Cæterùm 20
partes à contrahentibus in lucro vel in damno tantùm constitutæ, & in alio quoque, nempè damno vel lucro servantur, §. *Illud, hic. Bart. l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de liber. & posth.* Lucrum autem in societate accipi- 21
mus illud, quod deducto omni damno, ultra capitale superest: & damnum accipimus illud, quod deducto omni lucro societatis, capitale minuit, *l. Mutius. ff. pro Soc.*
Utrum autem hoc lucrum vel damnum in fine uniuscu- 22
jusque negotiationis, an autem in fine cujusque anni,

an autem in fine totius ſocietatis conſideretur, ardua quæſtio eſt: In qua quæſtione ego in primis id, quod inter partes actum ſive conventum eſt, *d. l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de reg. jur.* Deinde quid in iſta regione, in qua ſocietatis contractus celebratus eſt, uſitatum eſt, inſpiciendum judico, *d. l. ſemper in ſtipulationibus. l. ſi ſervus plurium. §. fin. ff. de legat. 1.* Et ſi de neutro conſtet vel liqueat, ego lucrum atque damnum ex fine ſive exitu totius ſocietatis æſtimandum credo, *gloſ. l. Mutius. ff. pro Soc. Ang. hîc §. de illa, n. 3. Iaſ. §. ſequens. n. 37. infra de actionib. Card. Pariſ. conſ. 90. n. 44. lib. 1. facit l. neminem. C. de ſuſceptorib. & arca. lib. 10.* Ideoque omne lucrum atque damnum conſtante ſocietate, in ſocietatem incidens, invicem compenſatur, atque ex eo quod lucris atque damnis totius ſocietatis invicem compenſatis, ultra capitale ſupereſt, vel capitale minuit, lucrum atque damnum æſtimatur, *d. l. Mutius.* Niſi forſan dolo vel culpa unius ex ſocijs damnum ſocietati illatum fuerit: hoc enim ſocius omnino ſocio reſarcire cogitur, nulla habita conſideratione lucri, ex facto illius ſocij ſocietati accedentis, *l. de illo in fin. l. non ob eam. & l. & ideo. ff. pro Soc. Bart. l.*
23 *ſi negotia. ff. de negot. geſt.* Præterea ſocietas tàm purè quàm ex tempore, vel ſub conditione: item tàm ſimpliciter quàm ad tempus ſive in perpetuum contrahi po-
24 teſt, *l. 1. ff. pro Soc.* Et cum ſocietas ſit contractus qui conſenſu celebratur, *l. ex conſenſu. ff. de act. & oblig. ſupra de oblig. quæ ex conſ. oriunt. Card. Pariſ. conſ. 82. n. 68. lib. 1.* Conſenſus autem non tantùm ex verbis expreſſis, ſed etiam ex rebus atque ſignis tacitè colligi poſſit, *l. de quibus. ff. de ll. l. reprehendenda. C. de inſtit. & ſubſtit. c. Dilecti. extra de appellat. Card. Pariſ. conſ. 92. n. 25. lib. 1.* dubium

non

non est, quin contractus societatis non tantùm expressè verbis, sed etiam alijs actibus, ex quibus tacitè consensus colligitur contrahi possit, *l. societatem coire. ff. pro Soc. Bart. l. Titium. §. altero. ff. de administ. tutor. Bart. & Bald. l. cum duobus. §. si fratris. ff. pro Soc. Bart. & Bald. l. si patruus. C. Commun. utriusque judic. Bald. & Ias. l. 1. C. de testam. Alex. cons. 49. lib. 1. Corn. cons. 1. & cons. 121. lib. 1. cons. 27. n. 12. lib. 2. & cons. 34. vol. 4. Dec. cons. 21. cons. 67. & cons. 213. Card. Paris. cons. 85. n. 6. lib. 1.* Requiritur tamen ad societatem tacitè contrahendam, ut tales 25 actus inter socios interveniant ex quibus concludenter inferatur, societatem inter illos contractam, *arg. l. non hoc. & ibi Ias. & Dd. C. und. legit.* qui videlicet citra jus & nomen societatis celebrari nequeunt, ut puta, quia duo pluresve omnia lucra atque damna invicem inter se communicent, *Bart. d. §. altero Bart. & Bald. d. l. si patruus. Dec. d. cons. 21. arg. l. pro herede. §. Papinianus. ff. de adquir. hered.* Cæterùm his actibus intervenientibus 26 indistinctè secundum communem atque receptam Dd. sententiam societas inter duos pluresve tacitè contracta censetur, sive ipsi simul sive seorsim habitent, *Bald. in tract. de duob. fratrib. ver. primò quæritur. n. 25. arg. glos. 1. l. 1. in prin. ff. quod cujusque univers. nom.* sive in uno eodemque sive in diversis locis degant, *Dec. cons. 68. n. 1.* Item sive uterq; ex illis negotietur, *Bart. d. §. altero. arg.* 27 *l. in concubinatu. ff. de concubin. l. in libera. ff. de rit. nupt.* sive unus tantum, *Bart. d. §. si fratres. Bald. d. l. si patruus. Idemq; Bald. l. prætor. §. sed et si filiusfamilias. arg. ill. text. ff. de edend. & in d. tractat. de duob. fratrib. ver. primo quæritur. n. 22. Alex. d. cons. 49. Petr. de Anchor. cons. 303. Ias. l. 1. C. qui testam. fac. poss.* sive neuter, *Bald. d. l. si patruus.*

& d. §. sed etsi filiusfamilias. Petr. de Anchor. d. cons. 303.
28 *Alex. cons. 49.* Sive sint ejusdem, sive diversæ possessionis; ut puta, quia unus est Doctor vel Advocatus, alius mercator, *Bald. d. §. sed etsi filiusfamilias. Petr. de Anchor.*
29 *d. cons. 303. Ias. l. 1. n. 9. C. qui testam. facer. poss.* Præterea sicut expressa: ita & tacita societas non aliter contrahi potest, nisi uterq; sociorum sit compos mentis: Namque si unus ex illis sit furiosus vel mente captus, societas inter illos contrahi non potest, *Card. Paris. cons. 100. lib. 2.*
30 Idem est si unus ex illis sit pupillus, nam nec inter illos societas contracta valet, *l. ut in conductionibus ff. pro soc. Bart. d. §. altero. Alex. cons. 30. n. 6. lib. 2. Dec. cons. 556. Corn. cons. 213. lib. 3. Card. Paris. cons. 84. n. 8. & cons. 87. n. 3. lib. 1.* Etiamsi hoc, quod societas contraheretur cum utilitate pupilli conjunctum esset, *Bald. l. cum oportet. in prin. C. de bon. quæ lib. Card. Paris. cons. 86. n. 2. lib. 1.* nisi vel in societate contrahenda tutoris autoritas intervenerit, *Bald. d. l. si patruus. Bald. l. Mandatum. 2. oppo. Ciliand. Corn. cons. 1. lib. 1. Dec. cons. 21. n. 1.* vel nisi pater pupilli decedens mandasset hanc societatem contrahi, *Bald. l. cum oportet. in prin. C. Mand. Corn. cons. 61. lib. 1. & cons. 3. lib. 2. Card. Paris. cons. 84. n. 6. lib. 1.* vel, nisi pupillus factus major, hanc societatem ratam habuerit, *Bald. in d. tract. de duob. fratrib. ver. primò quæritur. n. 22. Alex. cons. 49. n. 2. lib. 1. Corn. cons. lib. 1. Dec. cons. 21.*
31 Major verò pupillo, minor verò 25. annis, curatore carens, societatem tàm tacitam, quàm expressam contrahere potest, *Ias. d. l. 1. n. 6. C. qui testam. fac. poss. arg. l. si curatorem. C. de integr. rest. min.* Sed si ipse curatorem habeat, non permittitur ipsi societatem tacitam vel expressam contrahere, nisi in illis casibus, in quibus hoc pupillo per-

lo permissum est, *arg. d. l. si curatorem. & ibi glos. & Dd.*
l. 1. §. fuit quaesitum. ff. ad SC^tum. Trebell. Et licet aliqui 32
Dd. velint societate tacitè contracta, nunquam intelligi
contractam societatem omnium bonorum, sed tantùm
lucri atque quaestus, *Alex. cons. 48. n. 4. & cons. 154. n. 6.*
lib. 2. Alex. cons. 77. lib. 4. Dec. cons. 21. arg. l. coiri. ff. pro
soc. glos. l. cum duobus. §. socium universa. ff. pro soc. Ta- 33
men cum societas omnium bonorum solo consensu con-
trahatur, atque hic consensus aequè factis, atq; verbis de-
clarari possit, *d. l. de quibus. ff. de legib. d. c. dilecti. extr. de*
Appellat. Placuit Dd. nostris magis communiter, etiam
tacitè omnium bonorum societatem contrahi posse; si
videlicet duo pluresve omnia damna atque lucra unde-
cumq; obvenientia communicent, *Bart. cons. 35. lib. 1.*
Alex. cons. 70. n. 2. lib. 5. Bald. l. si patruus. C. Comm. utr. ju-
dic. Bald. in tract. de duob. fratrib. ver. primò quaeritur. n. 23.
Ang. cons. 112. Ludov. Roman. 291. incip. cum isti fratres.
Corn. cons. 267. n. 3. lib. 1. & cons. 58. lib. 4. Dec. cons. 67.
& cons. 305. n. 7. Idem Dec. Auth. quod locum. C. de collat.
Ias. l. 1. n. 13. C. qui testam. fac. poss. Card. Paris. cons. 74. n.
1. lib 1. Nec obstat d. l. coiri & glos. d. §. socium, ubi 34
dicitur, societatem simpliciter contractam tantùm respe-
ctu quaestus atque lucri inde descendentis contractam
intelligi. Quia jura illa procedunt in societate expressa
simpliciter coita, non autem locum habet in societate
tacita, in qua indifferenter omnia damna atq; lucra un-
decumque descendentia communicantur: Nam illa ae-
què atque si partes de omnibus bonis communicandis
expressè consenserint, omnium bonorum censetur, *arg.*
l. cum quid. ff. si cert. petat. Caeterùm cum actus nostri 35
voluntarij non extendantur ulterius, quàm geruntur, *l.*
volun-

voluntaria. C. De exc. tutor. l. fin. C. ne uxor pro mar. l. 1. §. si quis hoc interdicto. & ibi Bart. ff. de itin. actuq. privat. Et limitata causa, limitatum effectum producat, *l. in agris. ff. de adquir. rer. dom. l. cancellaverat. ff. de his quæ in testam. delent. l. age cum Geminiano. & ibi Ias. C. de transact. Felin. c. cum ordinem. col. 5. extr. de rescript. Felin. c. post cessionem.*
36 *col. 2. extr. de probat. Card. Paris. cons. 17. n. 27. lib. 1.* Receptum est, quod si socij non omnia lucra atque damna undecumq; descendentia, sed vel ea quæ ex quæstu, vel ex unica negotiatione, vel re certa particulari vel universali proveniunt, communicent, non omnium bonorum, sed tantum vel quæstus, vel unius rei, aut negotiationis, cujus lucra atque damna communicata sunt, societatem contractam censeri, *d. l. cum duobus. §. si fratres. Bart. d. §. altero. & d. §. si quis hoc interdicto. Bald. d. l. si patruus. Dec. cons. 21. Alex. cons. 48. lib. 2. Card. Paris. cons. 84. cons. 85. & cons. 86. lib. 1. & cons. 100. n. 38. lib. 2.* Ideoque licet ementes vel conducentes, rem communiter, si illam non in continenti dividant, *arg. l. ut sit pro socio actio. ff. pro soc.* sed eam indivisam retineant, lucrum atq; damnum inde perceptum dividant, respectu hujus rei societatem tacitè contraxisse censeantur, *l. 2. & ibi Bart. ff. Commun. divid. l. 2. & ibi Bart. & Bald. c. pro soc. Bald. l. 1. quæst. 11. C. eod. tit. Alex. cons. 133. n. 1, lib. 2. Ias. §. quædam. n. 7. infra de action.* tamen hæc societas ultra hanc rem non ex-
37 tenditur, *Corn. cons. 272. n. 7. lib. 1.* Porrò simul atque de communicandis lucris atque damnis partes consenserunt, societatis contractus perfectus atq; absolutus ju-
38 dicatur, *l. consensu. ff. de act. & obligat.* Et omnium bonorum societate contracta, omnium rerum, quas socij tempore contractus possident, dominium ipso jure etiam tra-

jam traditione nulla interveniente communicatur, *l. 1. §. fin. cum l. seq. & ibi Bald. ff. pro soc. Bart. l. 1. ff. pro donat.* Exceptis nominibus & actionibus quæ inter socios non 39
ipso jure communicantur, sed ad eas communicandas socius obligatur, *l. 3. in prin. ff. pro soc.* Sicut quoq; & bo- 40
na postea à socio quæsita, ipso jure non communicantur, sed ad eas communicandas socius obligatur, *l. si quis societatem. ff. pro soc. glos. fin. l. 1. ff. eod. tit.* Nisi socius illas res expresso nomine societatis adquisiverit: tunc enim illarum rerum dominium illico communicatur, *arg. l. si procurator rem mihi. ff. de adquir. rer. domin. l. qui mihi donatum. & ibi Bart. & glos. ff. de donat.* Cæterum omnium 41
bonorum socius, omnia lucra honesta, non autem turpia vel ex turpi causa quæsita, *l. quod autem. cum 4. seqq. ff. pro soc. Pract. Papiens. in form. Libell. in caus. societ. verb. societatem,* undecumq; quæsita communicare cogitur, *d. l. 3. §. cum specialiter. l. si fratres. §. idem Papinianus. §. socium universa. l. si societatem universarum. in prin. l. quod si eo tempore. ff. pro Soc. Dec cons. 67.* etiamsi ea proprio suo nomine acquisiverit, *Bald. l. 1. C. si quis alt. vel sibi. Bald. l. si ut proponis. C. de rei vindic. Idem Bald. & Ias. l. si socius. ff. si cert. petat. Ias. l. 1. C. qui test. facer. poss.* E converso 42
quoque, omnia damna unicuique sociorum quolibet modo evenientia non sunt propria socij, sed ea societas communiter ferre cogitur, licet illa non contemplatione societatis socio evenerint, *d. l. si fratres. §. fin. ver. per contrarium. ff. pro Soc.* Dummodò tamen illa damna 43
evenerint socio absque delicto vel culpa sua, *d. vers. per contrarium. Alex. cons. 133. lib. 1.* Similiter omnes sum- 44
ptus quos socij omnium bonorum probabili de causa circa se, filios suos, & familiam suam faciunt: licet illi ex

parte unius socij sint majores, quàm ex parte alterius, æqualiter ad onus utriusque socij spectant, *l. ex parte. §. filius. ff. Famil. hercisc. l. si societatem universorum. §. fin. ff. pro Soc. Bald. & Ias. l. fin. C. de collation. Corn. cons. 285. lib. 1. Petr. de Anchor. cons. 313. Card. Paris. cons. 100. lib. 2.* licet illi sumptus vel in dotem filiæ, *Bald. l. cum duobus. §. si fratres. ff. pro Soc. Bald. l. si societatem universarum. ff. eod. tit. Bald. l. si patruus. C. commun. utriusq. judic. Anton. de Butr. cons. 7. Paul. de Castr. cons. 358. lib. 2. Ioan. de Imol. cons. incip. In nomine domini: In casu præmisso de pluribus, est videndum. Ang. l. si ex duobus. ff. de negot. gest. Alex. cons. 70. n. 2. lib. 5. Corn. cons. 58. lib. 4. Socin. cons. 291. lib. 2. cons. 4. & cons. 5. lib. 4. Dec. cons. 66. & 68. idemq. Dec. Auth. quod locum. C. de collation. arg. l. si socius pro filia. ff. pro Soc. d. l. si societatem universarum. d. l. si fratres. §. socium universa,* vel in studium filij alterius ex socijs facti sint, *Bald. d. l. si fratres. in prin. idemq. d. l. si patruus. Corn. d. cons. 58. lib. 4. Socin. cons. 4. n. 36. lib. 4. arg. d. l. si societa-*
45 *tem universarum. §. fin. ff. pro Soc.* Et hoc quo ad societatem universalem omnium bonorum: In societate autem vel particulari vel simpliciter contracta nullæ res, sive illas socij tempore contractus possideant, sive postea acquirant, non statim, sed tantùm traditione interveniente communicantur: sed tantùm ad eas communicandas obligantur socij, *arg. l. si id quod. in prin. ff. pro soc. junct.*
46 *l. Pignus. C. de Pignor. act.* Nisi socius expressè nomine societatis res aliquas adquisiverit, eæ enim illico, etiamsi alteri socio traditæ non fuerint, communes efficiuntur,
47 *arg. d. l. si procurator rem mihi.* Cæterùm in societate simpliciter contracta, socius ea lucra quæ ex quæstu proveniunt, *d. l. coiri. cum legib. seq.* In societate autem particula-

culari unius rei vel negotiationis socius omnia lucra ex illa re vel negotiatione acquisita communicare cogitur cum socio, *l. socium qui in eo. in prin. ff. pro Soc.* Licet ipse socius illa lucra ex pecunia communi sive re communi proprio nomine adquisivisset, *Corn. cons. 122. n. 5. lib. 2. cons. 79. n. 18. lib. 3. cons. 98. n. 5. lib. 4.* Alia verò lucra quæ socius vel simplex vel particularis extra illam caussam, cujus contemplatione societas est contracta, proprio nomine acquirit, communicare non cogitur, *d. l. si fratres. in prin.* licet illa lucra ex pecunia communi acquisiverit, *l. si unus. §. si unus. ff. pro Soc. Bart. d. §. altero. Corn. d. cons. 122. cons. 79. & cons. 98. Dec. cons. 21. Card. Paris. cons. 85. cum seq. lib. 1.* vel licet hæc lucra pervenerint ad socium occasione societatis, *d. l. socium qui in eo. §. fin. ff. pro Soc.* E converso verò, & damna omnia, quæ 48
uni socio eveniunt ex societate, vel societatis contemplatione ad utrumque sociorum pertinent, *l. cum duobus. §. quidam sagariam. ff. pro Soc.* Secus verò est in damnis extra societatem & contemplatione personæ socij, non autem societatis evenientia: illa enim communia non sunt, sed illum tantùm cui hæc damna infliguntur gravant, *l. socium qui in eo. §. fin. ff. pro Soc.* Sumptus quoq; 49
atque impensæ non respectu societatis factæ, in societate vel particulari vel simpliciter contracta, non ad commune totius societatis, sed tantùm ad particulare socij onus spectant, *d. l. socium qui in eo. §. fin. Bald. l. si paterno. in fin. C. de negot. gest. Ang. §. actionum. infra de actionib. Ias. l. fin. n. 5. C. de collationib. Alex. cons. 48. & cons. 154. lib. 2. Corn. cons. 48. lib. 4. Dec. cons. 21. lib. 1.* Cæ- 50
terùm socius ex contractu societatis obligatur, secundùm naturam societatis atque pacta in societate conventa,

venta, res societatis diligenter administrare, de acceptis & expensis, librum rationum conscribere, rationem unà cum reliquis reddere, *Socin. cons. 24. lib. 1. cons. 190. & cons. 213. lib. 2. & cons. 92. n. 5. lib. 4. Corn. cons. 24. & cons. 116. lib. 1. & cons. 196. lib. 3. Card. Paris. cons. 83. n. 6. cons. 84. n. 17. cons. 87. n. 15. cons. 88. n. 6. & cons. 98. n. 16. lib. 1. arg. l. 1. §. ex officio. & ibi Bald. ff. de tutel. & rat. distrah. l. quadam. in prin. & ibi Dd. ff. de Edend. l. 2. & ibi Bart. ff. de negot. gest. l. tutores. la 2. C. de administ. tutor.*

51 Et licet socius socio suo semel rationẽ administrationis reddiderit, si tamen ipse vel non integrè vel non fideliter rationes reddiderit, vel si quid in rationibus reddendis erratum prætendatur, iterum rationes reddere cogi potest, *l. 1. & ibi Ias. C. de error. calcul. Socin. cons. 190. col. 2. lib. 2. cons. 92. n. 8. lib. 4. Card. Paris. cons. 89. n. 19. &*

52 *n. 31. lib. 1.* Et socius à socio potest petere rationes sibi reddi, non tantùm finita societate, sed etiam constante societate vel in fine cujuslibet anni, *Bart. l. neminem. arg. ill. text. C. de suscept. & arca. Bart. l. 2. C. de naufrag. lib. 11.* vel etiam antea, dummodò hoc absque calumnia petat, *Bart. l. Mutius. ff. pro Soc. Bald. rubr. col. 2. C. eod. tit. Ias. §. sequens. n. 42. infra de action. Socin. cons. 192. n. 4. lib. 2.*

53 Socius etiam obligatur socio, omnes impensas, quas ipse necessariò vel utiliter in societatem vel res societatis fecit, pro sua rata ipsi restituere, *l. si fratres §. idem respondit socius. & §. si in communem rivum. l. si unus. §. si quid. ff. pro Soc. d. §. quidam sagariam. Alex. & Ias. l. fin. C. de collat.*

54 Atque socius obligat socium, ex illis contractibus quos ipse nomine societatis, non autem proprio nomine celebrat, nisi quatenus ex illis societas locupletior effecta fuit, *l. jure societatis. & ibi Bald. ff. pro Soc. Alex. cons. 139. lib. 5.*

lib. 5. Dec. l. si socius. ff. si cert. petat. Dec. conf. 98. Card. Paris. cons. 94. n. 22. lib. 1. Et non aliter societas ex contra- 55 ctu sociorum obligatur, nisi quando illi contractus constante societate ab uno ex socijs initi fuerint: Secus verò est, si hi contractus, vel ante societatem contractam vel post societatem finitam celebrati fuerint: tunc enim ex illis societas non obligatur, *Paul. de Cast. l. non autem. n. 3. ff. de exercit. act. Dec. d. l. si socius. Card. Paris. cons. 94. n. 15. lib. 1. Beneven. Strac. in tract. de mercatorib. 5. part. n. 13. arg. l. si id quod quisq. in prin. l. omne as alienum. l. sed nec as alienum. l. pro socio arbiter. ff. pro Soc.* etiamsi contrahens cum socio, societate finita ignoraverit, societatem finitam esse, *Dec. l. qui cum alio. ff. de reg. jur.* Neque ex omnibus contractibus constante 56 societate celebratis; sed ex illis tantùm qui vel secundùm naturam societatis, vel secundùm pacta in societate conventa ab uno sociorum celebrantur, societas obligatur, ex aliјs verò non, *Bald. l. jure societatis. arg. ill. text. ff. pro soc. Alex. d. cons. 139. Socin. cons. 154. col. 2. lib. 2. Pet. de Anchor. cons. 332. incip. Pro clarieri. & cons. 400. Dec. d. l. si socius. arg. ill. text. & d. cons. 98. Card. Paris. cons. 93. n. 27. & cons. 94. n. 23. lib. 1. facit l. nemo ex socijs. ff. pro soc.* Nunquam verò socius ex con- 57 tractu socij obligatur ultra illam summam, quam ipse in societatem contulit, *Dec. d. l. socius. Petr. de Anchor. cons. 332. Card. Paris. cons. 93. n. 31. & cons. 94. n. 28. lib. 1. Benev. Stracca in tract. de mercatorib. 5. part. n. 4.* Porrò uterq; sociorum regulariter de dolo, lata atq; levi culpa tantùm tene- 58 tur, *§. fin. hic. & l. socius socio. ff. pro soc. Socin. cons. 2. & cons. 73. lib. 1. Cardinal. Paris. cons. 88. n. 8. lib. 1.* Solvitur autem societas multismodis. Primò renunciatione, *ut hic*, Si 59 tamen hæc renunciatio sit vel fraudulenta vel igno-

ranti facta, quæsita post hanc renunciationem à renunciante, communicantur, sed quæsita ab eo, cui hæc renunciatio facta est, illius propria remanent, *ut hic.* §. *manet. d. l. sed & socius.* §. *1. ff. pro soc.* Et si socius intempestivè renunciaverit societati, ipse socio ad interesse tenetur, *d. l. sed & socius.* §. *fin.* Secundò societas solvitur morte unius ex socijs, *ut hic.* §. *solvitur. l. adeo. ff. pro soc.* Tertiò societas solvitur publicatione bonorum unius ex socijs, *ut hic.* §. *solvitur.* Quartò maxima atq; media capitis diminutione, *l. verum.* §. *fin. ff. pro soc.* Quintò, si unus ex socijs ære alieno gravatus bonis cesserit, *ut hic.* §. *solvitur.* Sextò, si res quarum contemplatione societas est contracta, vel interierint, vel in communi hominum commercio esse desierint, *d. l. verum.* §. *fin. junct. glos. ff. pro soc.* Septimò societas contracta ad tempus certum, vel respectu certæ negotiationis, elapso tempore vel negotiatione completa solvitur, *ut hic.* §. *solvitur. l. action.* §. *si in rem certam. ff. pro soc.* Octavò dissensu tacito vel expresso societas solvitur, si videlicet socij separatim negotiari cœperint, *l. itaq. ff. pro soc. Alex. cons. 78. lib. 2.* Nonò dissolvitur societas stipulatione, animo novandi facta, *d. l. actione. in prin.* Decimò solvitur societas ex eo, quod unus ex socijs actionem pro socio ad dividendum ea, quæ in societate sunt, intentat, *d. l. actione. & ibi*
60 *Bart.* Ex societate oritur actio, quæ pro socio vocatur, quæ actio ab utraq; parte directa est, §. *ex quibusdam. infr. de pœn. temer. litig.* Circa quod advertendum, actionem pro socio interdum dari ad societatem contractam adimplendam, ut puta, ut fiat cessio jurium & collatio rerum in communi, & illa potest intentari statim societate contracta, *l. 1. l. 2. & l. 3. & ibi glos. ff. pro soc.* Aliquandò dari actio-

ri actionem pro socio ad personales præstationes, puta ad fructus & reditus perceptos, item & lucra communicanda: itemq; ad impensas, damna & similia: Et hanc actionem etiam durante societate intentari posse, *l. pro socio arbiter. §. si Titium. l. cum duobus. §. idem respondet socius. ff. pro soc.* Aliquando verò hanc actionem dari pro habenda universali ratione lucri atque damni, atq; inter socios dividendo: Et eam non nisi finita societate intentari posse, *l. tamdiu. & ibi glos. & Bald. C. pro soc. l. 1. §. ad hac. & ibi glos. C. de annal. except.* Et sicuti durante societate non permittitur socio invito altero socio, sortem capitalis in societatem collati diminuere: ita quoq; ipsi non permittitur quidquam de lucro, quod sorti accrevit constante societate petere, *Bart. l. 2. C. de frument. urb. Constantinop. lib. 10. Ang. hic. in prin. n. 6. Benevent. Stracc. in tract. de mercat. 5. part. n. 16.* Substantialia societatis sunt, 61 primò consensus, secundò res, tertiò æqualitas lucri atque damni. Circa consensum requiritur ut partes consentiant, circa contractum, circa rem in contractum societatis deductam, circa lucrum & damnum. Circa rem requiritur, ut unusquisq; sociorum aliquid in societatem, aut rem aut operam conferat, *Corn. cons. 267. lib. 1.* Na- 62 turalia societatis sunt, quod in societate universali, dominium rerum, quas socij possident tempore contractus ipso jure, etiam absque traditione aliqua communicatur. Secundò, quod in societate universali dominium rerum postea quæsitarum, ipso jure non communicatur, sed quod eas undecumque quæsitas communicare cogitur. Tertiò, quod in societate particulari, nullæ res illico communicentur, sed ad illas communicandas socius obligetur. Quartò, quod socius societatem atq; societatis

tatis

tatis res administrare, atq; de administratis rationes reddere cogitur. Quintò quod expensæ utiles vel necessariæ ab uno ex socijs factæ in societatem vel res societatis, omnes socios gravant. Sextò, quod socius tantùm ex illis contractibus socij, quos ipse constante societate, secundùm naturam societatis atque pacta in societate conventa, & nomine societatis celebrat. Septimò quod ex contractu socij socius non obligatur, ultra id, quod
63 ipse in societatem contulit. Solennia contractus societatis sunt, quod societas à pupillo, furioso, mente capto, adulto, cæterisque qui tutorum vel curatorum auxilio reguntur absque consensu & auctoritate illorum, quorum consilio reguntur, contrahi nequeat, *l. ut in conductionibus. ff. pro soc. Bart. l. Titium. §. altero. ff. de administ. tutor. Ias. l. 1. C. qui testam. fac. poss.*

IN TIT. MANDATI XXVII.

SUMMARIA.

1. *Mandati descriptio ejusque copiosa declaratio n. seq. usque ad n. 33. exclus.*
2. *Consensu mandantis interveniente hic contractus qualiter indistinctè ratus sit, & n. seq.*
3. *Voluntas sequens post negotium gestum quid inducit.*
4. *Ratihabitio actus non gesti inducat mandatum gerendi illum actum de novo.*
5. *Mandatum nisi de eo expressa fides fiat, nunquam ex cursu temporis ne longissimi quidem præsumitur.*
6. *Ac mandatum valet etiamsi quis negotia solius tertij, sive etiam mixta mandantis & tertij, vel mixta mandantis & mandatarij, vel mixta mandatarij & tertij gerenda suscipiat.*
7. *Negotia tamen honesta atque licita, gerenda suscipi debent:*
8. *Et quidem gratis.*

Quid

Quid verò si merces interveniat? ibid.

9. *Quidque si illi, qui alioquin gratis negotia suscepta explicare proposuerat, mandans ex mera liberalitate mercedem promiserit vel solverit?*

10. *An & quando procurator, qui aliena negotia mandato interveniente gessit, salarium vel mercedem, & qua actione petere possit? remiss.*

11. *Mandati contractus quando absolutus atque perfectus dicatur.*

12. *Mandatarius si suscepto mandato negotia non explicet, ad quid conveniri possit.*

13. *Mandatarius negotia suscepta per substitutum explicare potest.*

14. *Et procurator ad negotia generalis unicum negotium sub mandato generali comprehensum alteri explicandum indistinctè committere potest.*

15. *Idem est in procuratore speciali ad certum negotium sub certa atque limitata forma explicandum constituto.*

16. *Procurator verò ad judicia ante litem contestatam alium substituere regulariter nequit.*

17. *Mandatarius quantopere fines mandati observare teneatur, non tantùm quo ad substantiam, sed etiam qualitates ejusdem.*

18. *An & quando extra formam mandati à procuratore gestum valeat? remissivè.*

19 *Actus à mandatario celebratus, in dubio cur interpretandus sit, ut intelligatur secundùm mandati formam celebratus.*

20. *Mandatum simpliciter accipiens ad rem aliquam emendam intelligitur ita suscepisse, ut velit pro justo precio emere.*

21. *In contractibus nominatis pœnitentia non admittitur.*

22. *At in contractu mandati permittitur mandato suscepto, mandatario altera parte invita renunciare.*
Quod tamen limitatur & declaratur.

23. *Ex hoc contractu quibus casibus, de casu fortuito circa rem mandatoris propriam, mandatarius teneatur & quando culpa casum præcessisse dicatur, ibid.*

24. *Mandatarius quando præstet dolum, latam, levem atque levissimam culpam.*

25. *Et in quibus dolum, latam & levem culpam tantùm.*

26. *Et in quibus dolum & latam culpam duntaxat.*

27. *Ut quilibet aliena negotia gerens de administratis rationem reddere cogitur: sic & mandatarius: qui & omnia ea, quæ ad se ex negotijs gestis vel eorum contemplatione pervenerunt restituere mandatori tenetur.*

28. *Mandator ad quid vice versa mandatario obligatus sit.*

29. *Mandatum rectè contractum morte mandatoris finitur re integra.*
Quod declaratur & limitatur ibid. & n. 31.

30. *Res quando non amplius dicatur integra in judice delegato, itemque in procuratore tàm ad judicia quàm ad negotia.*

32. *Finitur item mandatum si rebus omnibus integris mandator mandatum revocaverit.*
Quid verò si mandatarius ignorans mandatum revocatum, secundùm formam mendati quid gesserit? ibid.

33. *Itemque mandatum finitur si mandatarius mores atque conditionem suam in pejus mutaverit.*

34. *Et si judex procuratorem propter contumaciam ab officio suo removerit.*

35. *Mandati divisio: Et quod dicatur speciale Mandatum: quidque procurator speciale mandatum habens agere possit, & n. seq.*

36. *Mandatum habens ad agendum, vel commonefaciendum debitorem, solutionem recipere nequit: sed ad vendendam rem mandatum qui habet precium recipere potest.*
Utrum autem hic emptori possit habere fidem de precio, ibid. remiss.

37. *Qui casus requirant speciale mandatum: Et, utrum in casibus requirentibus speciale mandatum sufficiat, causam speciale mandatum requirentem in genere exprimere an verò necesse sit, in individuo eam exprimere. remiss.*

38. *Generale mandatum quod dicatur.*
Quodq; universale.
Quidq; inter hæc duo intersit? ibid.

39. *Mandatum simplex universale vel generale habens, non habet transigendi, res mandatoris alienandi, diem debitoribus prorogandi, aliumve actum ex quo mandator obligaretur celebrandi potestatem.*

40. *Alia mandati divisio.*

Et man-

Et mandatum cum libera ex quibus inducatur, quisq; ejusmodi mandatum habere dicatur. ibid.

41\. *Mandatum cum libera habens quæ peragere vel non peragere poßit.*

42\. *Quidque in procuratore sit mandatum cum libera habente.*

43\. *Ex contractu mandati quæ oriatur actio: & illa quotuplex sit.*

44\. *Directa quæ dicatur & quæ contraria.*

45\. *Substantialia mandati quæ, & quæ circa unumquodque substantiale requirantur.*

46\. *Naturalia mandati quæ;*

47\. *Quæque solennia sint.*

48\. *Et quæ accidentalia.*

MAndatum est contractus nominatus, bonæ fidei, in quo contractu simul atque mandatarius mandantis consensu tacito vel expresso interveniente, aliena negotia licita atque honesta gerenda, purè, in diem vel sub conditione suscipit, mandatarius obligatur negotia suscepta, secundùm formam atque fines mandati gratis explicare, atque de administratis rationem unà cum reliquis reddere, aut mandanti id quod interest præstare, nisi ipse in continenti & rebus omnibus integris mandato renunciaverit, habita ratione in his, quæ mediocrem diligentiam exigunt, doli, latæ atque levis culpæ: in his verò quæ maximam diligentiam exigunt, etiam culpæ levissimæ: Atque è converso mandans obligatur mandatario omnia ab ipso juxta formam mandati gesta habere ratum, eiq; omnes impensas probabiles atque moderatas, quas in negotia mandata vel illorum gratia fecit, omniaque damna, saltem culpa levissima mandantis suscepta restituere, nisi mandatum re integra finitum fuerit, mandatario sciente. Namque cum mandatum sit nomen speciale alijs contractibus non communicabile, 1

certi juris est, mandatum contractum nominatum esse, *glos. & Bart. Rubr. C. de rer. permut.* Simili modo certum est, mandatum esse contractum bonæ fidei, *§. actionum.*
2 *infra de actionib.* Neque hunc contractum aliter ratum esse, nisi consensu mandantis & mandatarij interveniente, *l. 1. ff. Mand.* Namque si quis alterius negotia gesserit, absque consensu mandantis, non mandati, sed negotiorum gestorum actio oritur, *l. 2. ff. de Negot. gest. §. 1. Inst. de obligat. quæ ex quasi cont. oriun.* Cæterùm consensu mandantis interveniente, indistinctè hic contractus celebratus intelligitur, sive hic consensus purè, sive in diem, vel sub conditione intervenerit, *§. pen. hîc*, item sive verbis expressus fuerit, sive tacitè absque verborum expressione intervenerit, *l. qui patitur. junct. glos. ff. Mand. Bart. l. post dotem. n. 13. & ibi Alex. & Ias. n. 68. ff. Solut. matrim.* Item quibuscumque tandem verbis hic consensus expressus fuerit, *l. 1. ff. Mand.* Dummodò tamen hic contractus vel inter præsentes celebratus fuerit, vel inter absentes nuncio vel epistola interveniente initus, *Bart. d. l. post dotem. n. 13. glos. l. consensu. ff. de act. & oblig. glos. l. 1. §. fin. ff. de contrah. empt. Cardin. Paris. cons. 47. n.*
3 *14. cons. 91. n. 1. lib. 1. facit text. l. 1. ff. Mandat.* Et hic consensus præcedat non autem sequatur negotium gestum, *Bart. l. post dotem. n. 13. ff. Solut. matrim.* Licet enim mandatum vel voluntas sequens post negotium gestum, inducat ratihabitionem eorum, quæ antea gesta fuerunt, *l. Iulianus. & ibi Alex. ff. qui satisdar. cogant. l. si quis filio exheredato. §. irritum. ff. de injust. rupt. irritoq. fact. testam. Alex. cons. 146. lib. 5. Ias. l. is qui putat. ff. de adquir. heredit.* tamen ex voluntate vel consensu negotium gestum sequente, nunquam mandatum inducitur, *l. si verò*
remu-

remunerandi. §. *si post creditum. ff. Mand.* Quamvis tamen ratihabitio actus non gesti, inducat mandatum gerendi illum actum de novo, *l. si quis mihi bona.* §. *sed, quid si mandavit. ff. de adquir. possess. l. sequitur.* §. *item Labeo. &* §. *de illo. & ibi Bart. ff. de usucap. l. quod vulgo. ff. pro empt. Bart. Alex. & Ias. l. 2. in prin. ff. de adquir. poss.* Hic con- 4
sensus, sive hoc mandatum, nisi de eo expressa fides fiat, nunquam ex cursu temporis vel longi vel longissimi intervenisse præsumitur, *Bald. l. 2. C. si ex fals. instrum. Bald. l. 1. C. de reb. alien. non alienand. Alex. & Ias. l. qui in aliena. in prin. ff. de adquir. hered. Alex. & Ias. l. sciendum. ff. de verb. oblig. Matth. de Afflict. Decis. Neapol. 345. n. 7. & Decis. 367. n. 8. Card. Paris. cons. 47. n. 38. lib. 1. cons. 2. n. 27. lib. 2. & cons. 36. n. 4. lib. 4.* Et mandati con- 5
tractus validus est, sive quis negotia solius mandantis, sive solius tertij, sive etiam mixta mandantis & tertij, vel mixta mandantis & mandatarij, vel mixta mandatarij & tertj gerenda suscipiat, *ut hic, in prin. &* §. *1. l. 2. ff. Mand.* Secus verò est, si mandatarius sua ipsius propria negotia gerenda suscipiat tacitè vel expressè: tunc enim ex hoc negotio, neque mandati contractus, neque obligatio ulla oritur, *ut hic, in prin. &* §. *tua. l. 2. ff. Mand. Bart. d. l. post dotem. n. 13.* Neque aliter contractus man- 6
dati ratus est, nisi hæc negotia, quæ quis gerenda suscipit sint honesta atque licita. Rei enim turpis vel de jure prohibitæ mandatum nullum est, §. *illud hic, l. si remunerandi.* §. *rei turpis. l. si non remunerandi.* §. *si adolescens l. si mandavero tibi.* § *qui artem. ff. Mand.* Ne- 7
cesse est etiam ad hunc contractum celebrandum ut quis gratis aliena negotia gerenda suscipiat, *ut hic.* §. *fin. l. 1. ff. Mand. l. si tibi area. ff. de præsc. verb.* Namque 8

mercede interveniente non mandati contractus, sed vel locatio & conductio, si merces sit certa, in pecunia numerata consistens, & mandatarius qui operas locare consvevit, sit obligatus ad operas locari consvetas, *l. naturalis. §. at cum do. ff. de prascript. verb. supr. de locat. & conduct. in prin.* vel contractus nominatus si merces vel non sit certa, *l. si tibi polienda. ff. de prascript. verb.* vel in alia re quàm pecunia numerata consistat, *d. l. si tibi area. d. §. at cum do.* aut si vel personæ mandatarij operas suas locare non consvevit, *Ang. hîc. §. fin. Bald. l. 1. C. Mand. Bart. l. 1. ff. si mens. fals. mod. dix.* aut operæ conventæ per
9 se non sint locari consvetæ, *d. §. at cum do.* Si tamen illi qui alioquin gratis negotia suscepta explicare proposuerat, mandans ex mera liberalitate mercedem vel promiserit, vel solverit, hæc promissio vel solutio, mandati contractum non impedit, *l. si remunerandi. in prin. & ibi Bart. & Bald. ff. Mand. glos. §. fin. ver. mercede. & ibi Ang. hîc. Bald.*
10 *l. 1. C. Mandat.* An autem, & quando procurator, qui aliena negotia mandato interveniente gessit, salarium vel mercedem, & qua actione petere possit, vide glos. & Ang. *hîc. §. fin. glos. l. salarium. ff. Mandat. glos. & Bald. l.*
11 *1. C. eod. tit.* Cæterùm hic contractus absolutus atque perfectus dicitur statim atque mandatarius mandantis consensu interveniente aliena negotia gerere consensit, *l. consensu. ff. de act. & oblig. supra de oblig. qua ex consens.*
12 *oriunt.* Et suscepto mandato, mandatarius obligatur mandatori negotia suscepta explicare, *l. si mandavero tibi. §. fin. ff. Mand. §. antepen. hîc.* Quod nisi fecerit, non quidem præcisè ad negotia suscepta explicanda cōgi, *l. si quis ab alio. §. fin. & ibi glos. & Dd. ff. de re judic. l. stipulationes non dividuntur. in prin. & ibi Dd. ff. de verb. oblig.*

sed ad

ſed ad id quod intereſt, actione mandati conveniri poteſt, *ut hic. §. antep. l. ſi procuratorem. §. mandati. ff. Mand.* Verùm ſive per ſe ſive per ſubſtitutum ſuum mandatari- 13
us negotia ſuſcepta explicet, parùm refert, *arg. l. Ita autem. §. geſsiſſe. ff. de admin. tutor.* Dummodò tamen me- 14
minerimus, procuratorem ad negotia generalem, unicum negotium, ſub generali mandato comprehenſum, alteri explicandum indiſtinctè committere poſſe, *l. 1. §. magiſtrum. ff. de exercit. act. l. quicunq. in fin. ff. de inſtit. act.* Idem eſt, & in procuratore ſpeciali, ad certum ne- 15
gotium, ſub certa atque limitata forma explicandum, conſtituto, *l. ſi procuratorem. §. 1. ff. de procuratorib. c. is cui 1. Reſponſ. de offic. deleg. lib. 6. Bart. l. ſi ego. ff. quod vi aut clam.* Secus verò eſt in procuratore, habente ſpeciale mandatum non expreſſa certa atq; limitata forma mandati: illi enim non permittitur alium loco ſuo ſubſtituere, *arg. l. in uſucapione. §. 1. verſ. item adijciendum. & ibi Bart. ff. de diverſ. & tempor. præſcript. d. c. is cui. 2. reſponſ. Ang. hic. §. antepen.* Procurator verò ad judicia, ante 16
litem conteſtatam regulariter alium ſubſtituere non poteſt, *l. quod quis. & ibi Bald. Alex. & Iaſ. C. de procuratorib. c. 1. de procurat. lib. 6.* Poſt litem verò conteſtatam ſic, *l. neq. C. de procuratorib.* Porrò mandatarius fines man- 17
dati diligenter obſervare obligatus eſt, *§. is qui hic. l. diligenter. ff. Mand. l. cum negotij. C. eod. tit. c. per tuas. de Arbitr. c. cum dilecta. & ibi Felin. extr. de reſcript.* non tantùm quo ad ſubſtantiam, ſed etiam quo ad qualitates mandati, *c. cum veniſſent. & ibi Bald. extr. de eo qui mittit. in poſſeſſ. facit c. Piſanis. & Abb. ibid. 4. notab. extr. de reſtit. ſpoliat.* adeò, ut non tantùm id quod fit contra, ſed etiam id quod fit præter mandatum, ipſo jure in præjudicium

dicium mandatoris nullum sit, *l. Item eorum.* §. *sed si ita.*
18 *ff. quod cujusq. univers. nom.* Et de hoc, an & quando extra formam mandati à procuratore gestum valeat, videte Ias. *in l. si procurator. C. de procurat. Felin. c. cum debita. extr. de rescript. Matth. de Afflict. Rubr. quo tempor. mil.*
19 Et cum actus extra formam mandati celebratus non valeat, item & mandatarius formam mandati transgrediens delinquere dicatur, in dubio omnis actus à mandatario celebratus, ita interpretandus est, ut intelligatur secundùm mandati formam celebratus, *Stracca Antonitan. in tract. Mandat. n. 17. arg. l. merito. ff. pro soc. l. quoti-*
20 *es. ff. de verb. oblig.* Et si quis acceperit mandatum simpliciter ad aliquam rem, vel emendam, vendendam vel locandam aut conducendam, intelligitur mandatum suscepisse, hanc rem pro precio justo emere, vendere, locare vel conducere, *Bald. l. praeterea. ff. Mand. Ang. hic.* §. *Is qui hic.* Ideoq; si mandatarius hanc rem emerit, vendiderit, locaverit vel conduxerit precio non justo, ex hoc negotio mandatori nullum præjudicium generatur, *arg.*
21 *l. qui fundum.* §. *procurator. & ibi Bart. ff. pro empt.* Præterea annotandum est, licet in alijs contractibus nominatis pœnitentia non admittatur; neque unius ex contrahentibus dissensu obligatio ex contractu orta tolli possit, *l. sicut. C. de act. & oblig. glos. Bart. & Ias. l. si pecuni-*
22 *am. in prin. ff. de condict. ob causs.* Tamen in contractu mandati hoc peculiare esse, quod mandatario permittatur mandato suscepto, etiam altera parte invita renunciare; dummodò hæc renunciatio fiat in continenti, & rebus omnibus integris, §. *antepen. hic. d. l. si mandavero tibi.* §. *fin.* & inter partes neq; contrarium expressè actum sit, *l. 1.* §. *si conveniat. ff. depos.* neque mandatarius interveniente

veniente juramento aliena negotia gerenda susceperit: namque hisce casibus duobus etiam re integra mandato renunciare non potest mandatarius, *arg. eius quod docet Alex. & Ias. in l. si convenerit. ff. de jurisd. omn. judic. Ias. §. item si quis postulante. n. 13. infr. de action. itemq. Ias. in. d. l. si pecuniam. col. pen.* Porrò ex hoc contractu de casu for- 23
tuito circa rem mandatoris propriam mandatarius non tenetur, *l. contractus. ff. de reg. jur.* nisi vel inter contrahentes contrarium actum fuerit, *arg. l. 1. §. sæpe evenit. ff. depos.* vel, nisi hic casus culpa mandatarij ad hoc ordinata evenerit, *arg. l. si ut certo. §. interdum. & ibi Bart. ff. commod.* Quæ culpa casum præcessisse dicitur, quando is casus ex eo evenit, quod mandatarius contra formam mandati quid fecit, *arg. l. item quæritur. §. si navicularius. & ibi glos. ver. invito domino. ff. locat. l. videamus. §. 1. & §. fin. ff. eod. tit. Stracc. Anconitan. in tract. Mand. n. 39. cum 4. seqq.* Ideoq; cum res secundùm mandatum alterius, nomine illius, expresse à mandatario empta statim mandantis efficiatur, *l. si procurator rem mihi emerit. ff. de adquir. rer. dom.* si illa res absq; culpa mandatarij interierit, mandantis periculo perit, *Card. Paris. cons. 47. lib. 1. arg. l. pignus. C. de pignor. act.* Quinimò, licet res ex mandato, à mandatario non expresse, nomine mandantis empta, propria mandatoris ante traditionem factam non efficiatur, *l. res ex mandato. ff. de adquir. rer. dom. Alex. l. post dotem. n. 14. ff. solut. matr.* Cum tamen omne lucrum ex hoc negotio proveniens ad mandatorem spectet, similique modo & interitus rei, cæteraque circa hanc rem contingentia damna, casu fortuito, ad mandatorem spectare debent, *arg. l. ex mandato. ff. Mand. l. secundùm naturam. ff. de reg. jur.* Sed mandatarius præstare obliga- 24

tus est, in negotijs quidem quæ exactissimam diligentiam requirunt, dolum, latam, levem atq; levissimam culpam, *arg. l. à procuratore. C. Mand. Cardin. Paris. cons. 123.*
25 *lib. 1.* In negotijs verò mediocrem diligentiam vel industriam requirentibus dolum, latam atque levem culpam, *Dec. l. contractus. ff. de reg. jur. arg. l. in re mandata. C. Mandat. l. si procuratorem. §. fin. ff. eod. tit. l. contractus. ff.*
26 *de reg. jur.* In negotijs verò, quæ vel nullam, vel modicam industriam requirunt, dolum & latam culpam tantùm, *l. si fidejussor. in prin. & §. 1. ff. Mand. l. eum qui. §. Epistolam. & ibi Bart. ff. de furt. Bart. l. quod Nerva. n. 31. ff.*
27 *Depos. Ang. hic. §. antep.* Et sicut quilibet aliena negotia gerens, de administratis rationem reddere cogitur, *l. 2. & ibi Bart. ff. de negot. gest. l. 1. §. officio. & ibi Bald. ff. de tutel. & ration. distrah. Corn. cons. 24. n. 12. lib. 1. Card. Paris. cons. 82. & cons. 89. n. 16. lib. 1.* Ita & mandatarius quoque obligatus est, non tantùm negotia suscepta explicare, sed etiam de negotijs explicatis administratisve rationes reddere, *l. quadam. in prin. ff. de Edend. Socin. cons. 24. n. 37. lib. 1.* omniaque ea, quæ ad ipsum ex negotijs gestis vel eorum contemplatione pervenerunt mandatori restituere, *l. Idemq. §. si ex fundo. & §. si procurator. & l. ex mandato. ff. Mand. Alex. cons. 38. n. 1. lib. 1. l. idemq. §. si mandavero. ff. Mand. l. si mandato meo. in*
28 *prin. l. servum Titij. ff. eod. tit.* E converso quoque mandator est obligatus mandatario omnia ab ipso secundùm formam mandati gesta, ratum habere, *l. si verò non remunerandi. §. si mihi mandaveris. ff. Mand.* Cæterùm ex gestis præter vel contra mandati formam, mandator quidem obligatur, sed ipse contra mandatarium actionem mandati consequitur, *l. potest. ff. Mand.* Omnes quoque

que sumptus atque impensas, probabiles tamen atque moderatas, *d. l. idemq. §. idem. Labeo cum §. seq. & ibi gl. ver. eum. ff. Mand. facit. l. servos. ff. de pignor. act. l. in fundo. ff. de rei vind.* Quas mandatarius in negotia gerenda suscepta vel illorum contemplatione fecit, mandator ipsi restituere cogitur, *d. §. si mihi mandaveris. l. si quis mihi mandaverit. l. si quis alicui. §. impendia. ff. Mand. d. l. si mandato. §. si fidejussor. l. 1. & l. etiamsi. C. eod. tit. l. jam tamen. §. in hac. ff. judic. solv.* Et cum mandator ex contractu mandati de levissima culpa, *l. si servus communis. §. quod verò. & ibi Bart. ff. de furt. Bart. d. l. quod Nerva. n. 31. Dec. d. l. contractus.* non autem de casu fortuito teneatur, *d. l. contractus.* mandator est obligatus mandatario resarcire omnia damna, quæ ipse propter mandatum susceptum vel in rebus, vel in persona sua, saltem levissima culpa mandatoris interveniente perpessus est, *d. §. quod verò. l. inter causas. §. sed cum servus. ff. Mand.* non autem ea damna, quæ mandatarius propter mandatum susceptum, nulla culpa mandatoris interveniente, mero casu fortuito in rebus vel persona sua accepit, *d. l. inter causas. §. non omnia*: Nisi mandatarius mandatum non sponte, sed coactè subijt: qualia sunt mandata legatis principum vel civitatum data: tunc enim mandator omnia damna quæ mandatarius propter hoc mandatum etiam casu fortuito perpessus est, ipsi mandatario resarcire cogitur, *Bart. d. §. quod verò. Bald. d. §. non omnia. Card. Paris. cons. 156. n. 30. & 31. lib. 4.* Porrò mandatum rectè contractum morte man- 29
datoris finitur, *ut hic. §. rectè. l. mandatum. & ibi Bald. C. Mand.* Quod procedit, etiamsi mandatarius alium in locum suum substituerit, *arg. l. ex vectigali. ff. de pignorib. l.*

rib. l. de accessionibus. ff. de divers. & tempor. præscript. Quinimo, mandatario mortuo, & mandatum ab alio substituto factum, non ex expressa substituendi potestate factum finitur, *Oldrad. cons. 130. arg. l. licet undique de offic. deleg.* Hoc tamen ita demum verum est, si re integra manda-
30 tor decesserit: alioquin verò secus, *ut hic.* §. *rectè.* Et res dicitur non integra in judice delegato, quando citatio ab ipso in caussa commissa facta fuit, *c. gratum. extra de off. jud. deleg.* In procuratore autem, si quidem ipse sit procurator actoris ad judicia, post litem ab ipso contestatam vel quasi: Sin verò sit procurator rei, post satisdationem judicatum solvi, à domino expositam, res dicitur non integra, *Ang. d.* §. *rectè. n. 2. Bald. d. l. mandatum. n. 15. arg. l. si defunctus. & quæ ibi not. ff. de procurat.* In procuratore autem ad negotia, res non integra dicitur, quando ipse, vel negotium mandatum inchoavit, vel præparamenta intrinseca ad negotium commissum, explicandum fecit, *arg. l. si pecuniam. in prin. ff. de cond.*
31 *ob causs.* Et hoc quod dictum est, mandatum morte mandatoris re integra finiri, fallit favore piæ causæ, *clem. exivi. ver. in eo verò casu, de verb. signif. Bald. d. l. si defunctus, in fin.* Libertatis, *l. si pater. in prin. & ibi glos. ff. de manumiss. vind.* Dotis, *Bart. l. 2.* §. *si pecuniam. in fin. ff. de donat. arg. l. si ego.* §. *si res alicui. ff. de jur. dot.* Pacis, *Bald. in addit. ad Specul. in tit. de homicid. ad fin. arg. l. 2. ff. ad Sillei. l. si verò non remunerandi.* §. *fin. ff. Mandat.* In procuratore in rem suam, *arg. l. illam. & ibi Bart. C. de donat.* In mandato post mortem mandatoris collato, *d. l. si verò non remunerandi.* §. *fin.* In mandato alteri facto, eo pacto, donec illud mandans revocaverit, *Bart. l. more. in fin. ff. de jurisd. omn. jud. arg. c. si delegatus de offic. deleg. lib. 6.*

lib. 6. Si quis alteri mandaverit id, quod ipse mandator necessariò facere tenebatur, *arg. l. fundi.* §. *item si amicus. & ibi Bart. & Alex. de acquir. possess. Ias. l. ejus qui. ver. placebat. ff. si cert. petat.* Secundò finitur mandatum, si re- 32
bus omnibus integris, mandator mandatum revocaverit, *ut hic*, §. *rectè.* Hisce tamen duobus casibus si quid mandatarius, ignorans mandatum revocatum, secundùm formam mandati gesserit, hoc in præjudicium domini valet, *l. si mandassem. & ibi Bald. ff. Mandat.* præterquam quo ad dominij translationem, *d. l. ejus qui. ver. quas verò. & ibi Dec. ff. si cert. petat.* & ea quæ personæ domini cohærent, atque in quibus procurator velut nuncij vice fungitur, qualia sunt sponsalia, matrimonium vel similia contrahere, *c. fin. de Procurat. lib. 6.* Tertiò man- 33
datum finitur, si mandatarius mores atque conditionem suam in deterius mutaverit, *l. cum quis. in prin. ff. de solut. l. si cum Cornelius. & ibi Bart. ff. eod. tit. Bald. l. Mandatum. C. Mand.* Hæc tamen renunciatio illis, qui cum procuratore, ignorantes conditionem illius mutatam, secundùm formam mandati contraxerunt, nocet, *Bald. l. pater.* §. *fin. ff. de testam. tutel.* Quartò mandatum finitur, si ju- 34
dex procuratorem, propter contumaciam ab officio suo removerit, *l. eum qui. & ibi Alex. & Ias. C. de procurat.*
Mandatum est triplex: Quoddam est mandatum parti- 35
culare, sive speciale; Quoddam generale, Quoddam verò universale. Speciale mandatum dicitur, quando alicui datum fuit mandatum ad unicum atq; singulare negotium expediendum, puta, domum certam emendam, vel caussam certam agendam. Et hic procurator, cui speciale mandatum datum est, extra illud mandatum nihil agere potest, *glos. l. si procurator. C. de procurat.*

Ideoque is qui mandatum habet, vel ad agendum, *l. hoc jure. & ibi Bart. ff. de solut.* vel ad commonefaciendum debitorem, solutionem recipere non potest, *Bart. l. cum qui. §. fin. ff. Commod.* Ad vendendam tamen rem aliquam qui mandatum habet, precium ab emptore recipere potest, *Bart. l. filiæ. arg. ill. text. ff. de solut.* Verùm utrum hic emptori possit habere fidem de precio videte *Bart. Alex. & Ias. l. à Divo Pio. §. sed si emptor. ff. de re judic.*

37 Et qui sint casus, qui requirant speciale mandatum, videte glos. *c. qui ad agendum. de procurat. lib. 6. Specul. §. 1. de procurat.* Item, utrum in casibus requirentibus speciale mandatum, sufficiat causam speciale mandatum requirentem in genere exprimere, an verò necesse sit eam in individuo exprimere, docet Bart. *in l. filiusfamilias. ff.*

38 *de donat.* Generale mandatum dicitur, quando quis alicui dat generale mandatum ad negotia sua omnia expedienda, vel causas suas omnes agendas. Mandatum universale dicitur, quando quis alicui mandat universalem administrationem vel omnium, vel certorum bonorum suorum, vel negotiationis universalis. Et inter mandatum generale & universale hoc interest, quod si is cui universale mandatum datum est, unicum negotium sub universali mandato comprehensum, gerere cœperit, dicatur res non ampliùs integra, quo ad omnia, quæ sub universali mandato continentur: Ideoq; morte mandatoris etiam quo ad negotia non cœpta mandatum non revocetur, *l. si quis mancipijs. §. si impubes. ff. de instit. action. Bart. Alex. & Ias. l. more. ff. de jurisdic. omn. judic. ijdem Bart. Alex. & Ias. l. eius qui. ff. si cert. pet. Bart. l. 2. §. si quis. ff. de donat.* In mandato autem generali, si mandatarius unicum negotium, sub generalitate comprehensum gerere cœperit,

perit, quo ad illud negotium tantùm res integra non dicitur: quo ad alia verò non: Ideoq; mandatore mortuo, mandatum quo ad omnia negotia sub generalitate comprehensa, præterquam quo ad negotium cœptum, revocatur, *Bart. & Ias. d. l. more. Bald. l. mandatum. n. 3. C. Mand. Ang. hic. §. recte.* Porrò is qui mandatum sim- 39
plex, universale vel generale habet, non habet potestatem transigendi, *l. mandato. ff. de procurat.* res mandatoris alienandi, *l. procur. totorum. ff. de procur.* debitoribus diem solutionis prorogandi, *Alex. & Ias. l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de verb. oblig.* aut actum aliquem ex quo mandator obligaretur, celebrandi, *Bald. d. l. mandatum. n. 3.* Secundò mandatum & alio modo dividitur: Quod- 40
dam namq; est mandatum simplex: Quoddam est mandatum cum libera: Quod mandatum cum libera ex quibus inducatur, tradit Bart. *in l. procurator cui generaliter. ff. de procurat. Ias. l. si procurator. C. eod. tit. Idemq; Ias. l. 1. ff. de offic. proc.* Et annotandum, quod omnis is, qui habet administrationem vel mandatum publicum etiam simpliciter datum, dicatur habere mandatum cum libera, *Bart. Ias. & Dd. l. præses. C. de transact. Dec. cons. 404. n. 5.* Et hic, qui habet mandatum cum libera, & debito- 41
ribus mandatoris diem solutionis prorogare, *Bald. & Ias. d. §. Callimachus*, & emptoribus rerum, mandatoris fidem de precio habere, *Bart. l. alio. circ. fin. ff. de aliment. & cib. legat. Alex. & Ias. d. §.* Sed si emptor, omniaque respectu illius negotij, cujus contemplatione ipse habet mandatum cum libera, gerere potest, quæ ipse mandator gerere potuit, *l. creditor. §. Lucius. & ibi Bart. ff. Mand. Bart. d. l. procurator cui generaliter. Bart. & Ias. d. §. Callimachus*: etiamsi illa speciale mandatum requirant,

rant, *Bald. l. nam & nocere. arg. ill. text. junct. glos. ff. de pact. Bald. l. illud.* §. *1. ff. de minorib. Alex. cons. 28. lib. 6. Dec. cons. 404. n. 5. & cons. 690. n. 5.* Excepta tamen potestate donandi, dilapidandi & delinquendi, *d.* §. *Lucius. l. filiusfamilias. ff. de donat. l. si pater. ff. de his quæ in fraud. cred. l. contra juris.* §. *fin. & ibi Ias. ff. de pact. Alex. cons. 22. n. 8. lib. 1. cons. 44. lib. 2. & cons. 133. lib. 6. Card. Paris. cons. 51. n. 25. lib. 4.* & ea perpetrandi, propter quæ mandator pœnam incurreret, *Bart. & Ias. l. si procurator. ff. de cond. indeb. glos. & Ias. l. 3.* §. *si procurator. ff. quód quisq. jur.* item exceptis ijs, quæ vel mandatum speciale in individuo requirunt, *Ang.* §. *præterea. d. 2. n. 32. infr. de exceptionib. Ias. d. l. præses. n. 14.* vel ex animo solo mandatoris dependeat, quale est, libellum obscurum à mandatore porrectum declarare & similia, *Bald. l. Pomponius.* §.
42 *fin. ff. de rei vindic. Card. Paris. cons. 31. n. 112. lib. 1.* Ex his rursus infertur, procuratorem habentem mandatum cum libera, neq; exceptionem peremptoriam remittere, *Bart. l. si quis delegaverit. arg. ill. text. ff. de novat.* neque appellationi renunciare posse, *Bald. l. fin.* §. *1. C. de temp. appellat. Ias. d. l. præses. n. 11.* Neque ejus confessio, qua confitetur sibi vel mutuam pecuniam nomine domini datam, vel domino debitum solutum, domino nocet,
43 *Ias. l. 2.* §. *fin. ff. si cert. petat.* Ex hoc contractu oritur actio, quæ vocatur mandati actio, *ut hic.* §. *antepen. l. si procuratorem.* §. *mandati. ff. Mandat.* Et hæc actio duplex est, directa nempe & contraria, §. *ex quibusdam. infra. de pœn. temer. litigant. l. furti.* §. *fin. ff. de his qui notant.*
44 *infam. glos. l. consensu. ff. de act. & oblig.* Directa actio illa dicitur, qua mandator contra mandatarium agit: Contraria actio illa dicitur, qua mandatarius contra manda-

mandatorem experitur, *Bart. l. in commodato. §. contraria. ff. Commod.* Substantialia mandati sunt primò, consen- 45
sus mandantis & mandatarij. Circa quem consensum rursus requiritur, ut contrahentes consentiant circa contractum, circa negotia gerenda, circa formam, sive modum negotiorum gerendorum, item ut hic consensus præcedat, non autem sequatur negotium gestum. Secundò, sicut omnium contractuum: ita quoque & mandati substantiale est, res, sive negotium gerendum, *arg. l. nec emptio. ff. de contrah. empt.* Circa quod negotium requiritur, ut constet, quæ & qualia negotia gerenda commissa sint, *arg. l. triticum. ff. de verb. oblig. l. ita stipulatus. ff. eod. tit.* Item ut hæc negotia non sint propria solius mandatarij. Tertium substantiale mandati est, ut sit gratuitum, *§. fin. hic.* Naturalia mandati sunt, pri- 46
mò, ut in mandato ex utraque parte re integra, est admissa pœnitentia. Secundò quod mandatum re integra, morte alterutrius ex contrahentibus finitur. Tertiò, quod mandatum finitur, si mandatarius mores vel conditionem suam in deterius mutaverit. Quartò quod mandatarius cogitur de negotijs gestis rationes unà cum reliquis reddere. Quintò, quod mandatarius obligatur præstare vel dolum & latam culpam tantum, in negotijs nullam vel exiguam industriam exigentibus, vel dolum, latam & levem culpam, in negotijs mediocrem diligentiam exigentibus, vel etiam levissimam culpam, in negotijs exactissimam diligentiam requirentibus. Sextò, quod mandator semper tenetur de levissima culpa. Septimò quod mandator mandatario obligatur omnes sumptus atque impensas necessarias vel probabiles in negotia mandata factas, restituere. Octa-

vò, quod mandatarius fines mandati diligenter obser-
47 vare debet. Solennia contractus mandati sunt, quod illi, qui tutorum vel curatorum consilio reguntur, negotia gerenda neque mandare, neque suscipere possunt, absque auctoritate illorum, quorum consilio reguntur, *arg. l. obligari. in prin. ff. de auctor. tutor. l. si curatorem. C.*
48 *de in integ. restit. major.* Accidentalia contractus mandati sunt, omnia pacta extranea huic contractui adjecta, quæ neque substantiam, neque naturam, neque solennitatem hujus contractus respiciunt.

IN TIT. XXVIII.

DE OBLIGATIONIBUS QUÆ EX QUASI CONTRACT.

1. *Continuatio & argumentum hujus tit.*
2. *Quasi contractus qui dicantur.*
3. *Et quare contractus propriè non dicantur, & n. seq. Dictio Quasi quid denotet, ibid.*
4. *Quod cum adjuncto appellationem alicujus rei meretur, impropriè illam appellationem meretur.*
5. *In omnibus dispositionibus regulariter propriæ significationi inhærendum est.*
6. *Ideoque appellatione contractus quasi contractus non continentur contr. Ias.*
7. *Quasi contractuum quot species Imperator ponat.*
8. *Negotiorum gestionis descriptio, ejusque explicatio usque ad n. 46. exclusivè.*
9. *Mandatum negotiorum gestionem impedit.*
10. *Nisi illud mandatum ex aliqua caussa nullum vel invalidum sit.*
11. *Idem est si is qui mandatum nullum habuit ad negotia aliena gerenda, putans sibi mandatum factum, illa negotia gesserit.*
12. *Imò mandatum tertij non impedit negotiorum gestionem oriri inter gerentem & dominum: licet inter gerentem & mandatarium mandati actio oriatur.*

13. Probi-

13. *Probibitio domini tollit negotiorum gestorum actionem, licet ratione negotiorum dominus locupletior effectus fuerit.*
14. *Quod limitatur tamen aliquot casibus.*
15. *Et non is tantùm qui sponte: verùm etiam qui necessitate urgente, vel necessitatis suspicione aliena negotia gessit, hac actione tenetur.*
16. *Gestio propriorum negotiorum, etiamsi aliena existimentur, hunc contractum impedit.*
17. *Quinimò si quis in communem rem citra societatem quid impenderit, ex hoc non negotiorum gestorum, sed communi dividundo actio nascitur.*
18. *Fallit nonnullis casibus, in quibus negotiorum gestorum actio datur.*
19. *Alienorum negotiorum gestio qualiter indistinctè negotiorum gestionem contractum efficiat, & n. sequent. 20.*
21. *An & quando negotium contemplatione alicujus gestum dicatur, Remissivè.*
22. *Negotiorum gestor statim atque is aliena negotia suscepit, ea explicare & administrare obligatus est.*
23. *Ad quæ verò obligetur si eo animo ad aliena negotia accesserit, quasi omnia negotia gerere & administrare velit.*
24. *Et ad quæ, si animo tantùm quædam peculiaria negotia gerendi.*
25. *Quibusque casibus hic gestor ad negotia extra illa quæ gerenda suscepit, obligetur.*
26. *Quidque requiratur ad hoc, ut is, qui ad aliena negotia particularia gerenda accessit, de alijs negotijs neglectis conveniri possit.*
27. *Si dubium sit utrum gestor animo omnia, an verò quædam tantùm gerendi, ad aliena negotia accesserit, ad quæ accessisse præsumatur.*
28. *Utrum aliena negotia gerens, eo nomine teneatur, quod ipse id, quod vel ipse vel alius ei, cujus negotia geruntur, debet, non exegit, remissivè.*
29. *Negotiorum gestor de administratis rationes reddere obligatus est.*
30. *Hæc redditio rationis quid comprehendat: & quomodo liber rationum conscribi & exhibi debeat.*

31. *Negotiorum gestor librum rationum non conscribens vel conscriptum non exhibens, ad quid domino teneatur.*
32. *Negotiorum gestor omnia illa, quæ ex negotijs gestis ad se pervenerunt, domino negotiorum restituere cogitur.*
33. *Quid verò si negotiorum gestor eo tempore quo negotia gerit, pecuniam illius cujus negotia gerit non palàm, neque bona fide sed clam in usus proprias convertat?*
34. *Negotiorum gestor regulariter de dolo, lata atque levi culpa obligatur, nisi ipse ad negotia penitus neglecta gerenda accesserit.*
35. *De levissima culpa non tenetur, nisi in casu.*
36. *Multominus de casu fortuito, præterquam in casibus per glos. enumeratis.*
37. *Quod tamen auctor intelligit verum esse in casu fortuito contingente circa res illius cujus negotia gesta sunt.*
38. *Idemque statuendum judicat in rebus comparatis vel mutua accepta pecunia nomine illius cujus negotia gesta sunt. Declaratur ibid.*
39. *Casus autem fortuitus contingens circa res proprias negotiorum gestoris, non propter negotia gesta comparatas ad gestoris periculum pertinet, etiamsi propter negotia gesta evenerit.*
40. *De dolo, culpa & casu quando indistinctè æquè teneatur hæres gestoris voluntarij & necessarij.*
41. *Is cujus negotia gesta sunt, quæ negotia utiliter gesta, ratum habere cogatur, vel non cogatur.*
42. *In quibus casibus quis negotia ratum habere cogitur, cur is præcisè ea ratū habere cogatur nec solvendo interesse liberetur.*
43. *In negotijs ad aliquem sola ratihabitione pertinentibus, is, cujus nomine hæc negotia gesta sunt, ea rata habere potest, & ratum habendo sua efficere etiam negotiorum gestore invito vel post hanc ratihabitionem pœnitente.*
44. *Hæc ratihabitio quomodo retrotrahatur, & quid operetur.*
45. *Gestor negotiorum quos sumptus & quas impensas & quatenus repetat.*
46. *Substantialia negotiorum gestionis quæ.*
47. *Naturalia quæ.*

48. *Solennia*

48. *Solennia qua.*
49. *Ex hoc contractu qua & quotuplex oriatur actio. Et qua directa quaq; contraria dicatur.*
50. *Actionis tàm directa quàm contraria subdivisio, simpliciter directa vel contraria qua, & qua utilis.*
51. *Actio negotiorum gestorum qualiter ex negotio gesto oriatur.*

IMperator in tit. suprà de oblig. divisit universam obligationum materiam, in obligationes descendentes ex contractu, vel quasi: item ex maleficio vel quasi. Et quia Imperator hactenus doctè atq; eruditè explicavit naturam obligationum ex contractu descendentium, ipse in hoc titulo nostro subjungit secundam speciem obligationum, ex quasi contractu nempe descendentium. 1
Sunt autem quasi contractus illi contractus, qui non ex conventione partium, sed præter conventionem ex alia æquitate naturali vel civili oriuntur. 2
Et cum quasi contractus appellentur contractus nō simpliciter, sed adjecta dictione QUASI, certum est, quasi cōtractus propriè contractus non dici: Tum quia dictio QUASI, est nota impropriètatis, *l. posthumorum. ff. de injust. rupt. irritoq; fact. testam. Bart. l. hoc colore. ff. de hered. instituend. Bart. l. si in rixa. col. fin. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. Ias. l. si ante. ff. solut. matr.* 3
Tùm quia illud quod cum adjuncto appellationem alicujus rei meretur, impropriè appellationem sive denominationem illam meretur, *Bart. l. Lucius. §. quæsitum. ff. de legat. 3. Bald. c. 1. de feud. March. Ias. l. tres fratres. n. 17 ff. de pact.* 4
Ideoq; cum in omnibus dispositionibus regulariter propriæ significationi verborum inhærendum sit, *l. non aliter. in prin. ff. de legat. 3. l. 1. §. si is qui. ff. de exercit. action.* 5
Certum est quod in statutis, cæterisque dispositionibus, tàm 6

inter vivos quàm in ultima voluntate, appellatione contractus, quasi contractus non contineantur, *Bard. l. apud Iulianum. §. fin. ff. ex quib. causs. in possess. eat. Bald. & Alex. l. mutum. ff. de adquir. heredit. Ias. l. more. n. 33. ff. eod. tit. Abb. c. qua fronte. extr. de appellat. Ang. hic. in prin.* Quamvis contrarium sed malè teneat Ias. *in l. Barbarius. 2. col.*
7 *ff. de offic. prator.* Porrò horum quasi contractuum Imperator in hoc tit. nost. quatuor species tradit. Negotiorum nempe gestionem, tutelam, communionem rerum, aditionem hereditatis, & indebiti solutionem: Quarum unamquamq; separatim tractabimus. Et quia Imperator in hoc titulo nostro primo loco ponit negotiorum gestionem, nos ordinem Imperatoris secuti, in primis negotiorum gestionis materiam explicabimus, deinceps
8 de reliquis speciebus, quasi contractuum dicturi. Est autem negotiorum gestio quasi contractus, nominatus, bonæ fidei, in quo is, qui neq; mandato domini legitimo præcedente, neque prohibitione expressa interveniente sponte vel coactè, aliena negotia gerenda suscipit, obligatur illi, cujus hæc sunt, negotia suscepta explicare, atque de explicatis administratisve rationes unà cum reliquis reddere, habita ratione doli, latæ atq; levis culpæ: Atq; is cujus negotia gesta sunt, è converso obligatur gestori negotiorum, negotia utiliter ab ipso gesta ratum habere, eique omnes impensas probabiles atque moderatas in negotia sua factas restituere. Cùm enim negotiorum gestio sit nomen speciale, alijs contractibus non communicabile, dubium non est, negotiorum gestionem quasi contractum nominatum esse, *arg. glos. Rubr. & ibi Bart. & Bald. C. de rer. permut.* Simili modo certum est, hunc contractum esse bonæ fidei contractum. §. *actionum*

num. infr. de act. l. ob negotium. & ibi Bart. Bald. & Alex. C. de negot. gest. neque hunc contractum aliter contrahi, quàm quando quis absq; mandato domini negotia aliena gerit; *ut hic.* §. *1.* Cæterum mandato legitimo valido interveniente tacitè vel expressè, non negotiorum gestorum, sed mandati contractus celebratus censetur, *Alex. cons. 32. n. 2. lib. 5.* Mandatum tamen quod ex ali- 9
qua causa nullum vel invalidum est, negotium gestum præcedens hunc contractum non impedit, *Socin. cons. 26. n. 7. lib. 1. arg. l. atqui natura.* §. *si libera. ff. de negot. gest. glos. l. quanquam. ff. ad SC*tum*. Vellejan. facit l. quoties. & ibi Ias. ff. qui satisd. cog.* Idem est si is qui mandatum 10
nullum habuit ad negotia aliena gerenda putans sibi mandatum factum, aliena negotia gesserit, *l. item si cum putavi. l. fidejussor. in prin. ff. de negot. gest.* Quinimò, li- 11
cet quis mandato tertij alterius negotia gesserit, etiamsi inter gerentem & mandatarium actio mandati oriatur: tamen inter gestorem & dominum negotiorum, non mandati, sed negotiorum gestorum contractus oritur, *l. 3.* §. *fin. ff. de negot. gest. l. cum mandato. ff. Mand. l. si mandatum. & ibi Bart. Bald. & Alex. C. de negot. gest. glos. hic. ver. Si alieno.* §. *1.* Requiritur etiam in hoc contractu, ne do- 12
minus negotiorum prohibuerit gestorem, negotia sua gerere. Namque si quis contra expressam domini prohibitionem negotia illius gesserit, ipse contra dominum ratione horum negotiorum gestorum, licet ex illis dominus locupletior effectus fuit, nullam negotiorum gestorum actionem habet, *l. fin. & ibi Bart. Bald. & Alex. C. de negot. gest. l. si ex duobus. ff. eod. tit. l. si pro te. C. Mand. Bart. & Castrens. l. solvendo. ff. de negot. gest. Socin. cons. 286. n. 3. lib. 2. glos. & Bart. l. si Stichum.* §. *fin. ff. de novat.* 13

Cagnol.

14 *Cagnol. l. invito. n.4. ff. de reg. jur.* Niſi quis contra prohibitionem gerendi negotium quid impenderit vel in funus alterius, *l. at ſi quis.* §. *idem Labeo. ff. de relig. & ſumptib. fun.* vel in ſtudium filij illius, *arg. l. Iulianus.* §. *quod dicitur. ff. ad SC^tum. Macedon.* vel niſi hæc impenſa fiat pro redimendo aliquem ab hoſtibus aut latronibus, *Alex. d. l. fin. C. de negot. geſt.* vel pro conſervanda vita, libertate, incolumitate aut civitate alicujus, *Bart. l. Stichus. ff. de pecul. legat. Ang. d.* §. *actionum. n. 28.* vel ſi hæc impenſa ſit admodum neceſſaria, ut puta ſi pro aliquo tributa debita ſolvero, *Alex. d. l. fin. C. de negot. geſt.* vel publicam utilitatem reſpiciat. Hiſce enim caſibus etiam illi, qui contra prohibitionem alterius negotia geſſit, contra eum, cujus negotia geſta ſunt, negotiorum actio datur, ad repetendum id, quod ipſe hujus negotij nomi-
15 ne de ſuo expendit, *Socin. conſ. 26. n. 13. lib. 1.* Sed ſive quis ſponte ſive neceſſitate urgente vel neceſſitatis ſuſpicione aliena negotia geſſerit, hic quaſi contractus ori-
16 tur, *l. 3.* §. *hac actione. ff. de negot geſt.* Oportet etiam ut negotia quæ quis gerenda ſuſcipit, aliena ſint. Namque ſi quis negotia propria geſſerit, licet ea aliena eſſe crediderit, negotiorum geſtorum contractus non oritur, *l. ſi*
17 *pupilli.* §. *ſed ſi quis. ff. de negot. geſt.* Quinimò ſi quis in communem rem, citra ſocietatem quid impenderit, ex hoc non negotiorum geſtorum, ſed communi dividun-
18 do agitur. §. *item ſi inter. hic.* Niſi vel hæc res communis, in quam impenſæ factæ ſunt, ſit incorporalis, *l. qui aliena.* §. *fin. ff. de negot. geſt. l. arbor.* §. *ſi per eundem. ff. de negot. geſt.* vel hæ impenſæ in rem communem, pro parte ſocij non propter neceſſitatem communem, ſed voluntariè factæ fuerint: His enim caſibus propter impenſas in rem com-

communem factas, negotiorum geſtorum actio datur, *arg. l. ſi communes. & ibi Bart. ff. de negot. geſt. l. ex parte. §. ſi unus. ff. Famil. herciſc. Bart. l. 2. §. ex his. n. 2. ff. de verb. oblig.* Cæterùm ſi negotia aliena quis geſſerit, indiſtin- 19
ctè negotiorum geſtorum contractus oritur, ſive hæc negotia ad alium ipſa geſtione pertineant; quale eſt, ſi quis id, quod alius debet, ſolverit, vel ſimile quid fecerit, ad quod alius neceſſariò tenetur, ſive hæc negotia ad alium re ipſa pertineant, quale eſt, ſi quis in rem alterius propriam quid neceſſariò vel utiliter impenderit; Sive hæc negotia ad alium cura atque ſolicitudine pertineat, qualia ſunt negotia ad quæ nomine domini explicanda, eſt obligatus tutor, procurator, negotiorum geſtor, & ſimiles perſonæ, ſive hæc negotia ad alium ratihabitione pertineant, quale eſt, ſi quis negotium aliquod nomine alterius, ad quem hoc negotium non ſpectabat, ex quo tamen ipſi ratum habenti hoc negotium aliquid acquiri geſſerit, puta fundum abſque mandato emerit, *gloſ. Bart. & Bald. l. ſi pupilli. §. item quæritur. ff. de negot. geſt. Ang. §. actionum. n. 27. infr. de action.* Sive hoc negotium ad alium ſpectet, propter mandatum illius: ut puta, ſi Sempronius mandaverit Titio, fundum ſibi emi, eumque fundum contemplatione mandati Cajus, cui nihil mandatum erat, nomine Sempronij emerit, *l. mandaſti. & ibi gloſ. & Bart. ff. de negot. geſt.* Circa hoc tamen adver- 20
tendum eſt, quod in primo caſu, quando ad aliquem ſpectat ipſa geſtione, ex negotio geſto contra eum ad quem hoc negotium ſpectat, negotiorum geſtorum actio oriatur, ſive quis illius, ſive alterius contemplatione, ad quem hoc negotium non ſpectat, hoc negotium geſſerit, *arg. l. quæ utiliter. §. fin. ff. de negot. geſt.* Imò, & ſi quis

 proprio

proprio suo nomine hoc negotium gesserit: dummodò tamen hoc casu gestor, postquam cognovit hoc negotium gestum alterius esse, illud ratum habuerit, *Bart. d. §. item quaeritur. n. 10. Alex. l. si mandatum. n. 6. C. de negot. gest. arg. l. fin. ff. eod. tit. l. hereditas. §. 1. & ibi glos. ff. de petit. hereditat.* Secundo verò casu, in negotio ad alium re ipsa spectante, ex negotio gesto contra eum ad quem hoc negotium spectat, negotiorum gestorum actio datur, sive quis hæc negotia nomine domini sive nomine alterius gesserit, *l. item cum putasti. §. 1. l. si pupilli. §. sed et si hominus. §. si Titij. & §. quid ergo. ff. de negot. gest. glos. & Bart. l. 3. §. fin. ff. eod. tit.* Secus verò est, si quis hæc negotia proprio suo nomine gesserit: tunc enim ex hoc negotio gesto, negotiorum gestorum actio non oritur, *Alex. d. l. si mandatum. n. 6. arg. l. si in area. ff. de condict. indeb.* Tribus autem posterioribus casibus, illi qui negotia gessit, non aliter contra eum ad quem negotia spectant, negotiorum gestorum actio datur, nisi ipse contemplatione illius ad quem hæc negotia spectant, hæc negotia gesserit, *d. l. si pupilli. in prin. & §. sed si ego. l. si servus. ff. de precar. l. 2. in fin. ff. de calumniat. c. cum quis de sentent. excom. lib. 6. c. ratum. de reg. jur. lib. 6. d. l. mandasti. & ibi Bart. Alex. d. l. si mandatum. Bart. d. §. item quae-*
21 *ritur. l. Pomponius. la. 1. col. fin. ff. de negot. gest.* Et an, & quando negotium contemplatione alicujus gestum dicatur, docet Bart. *d. §. item quaeritur. Corn. cons. 27. n. 3.*
22 *lib. 2.* Porrò negotiorum gestor statim atque is aliena negotia suscepit, ea explicare atque administrare obli-
23 gatur. Et si quidem ipse eo animo ad aliena negotia accessit, quasi ipse omnia illius negotia gerere atque administrare velit, ipse omnia negotia illius gerere atque admini-

administrare tenetur: atque si quædam negotia administrare neglexerit, vel ab administratione semel cœpta destiterit, etiam eorum negotiorum nomine, quæ ipse non inchoavit, si ea ratione dominus damnum perpessus fuerit, condemnatur, *Bart. & Alex. l. tutori. C. de negot. gest. arg. l. Pomponius. la. 2. cum l. seq. ff. eod. tit.* nisi forsan quis necessitatis suspicione ad aliena negotia animo ea omnia gerendi accesserit: tunc enim eo detecto, quod necessitas nulla absit, gestor ab administratione suscepta, quo ad non incœpta, neque incœptis connexa, desistere potest, *Bart. d. l. si pupilli. §. videamus. ff. de negot. gest. Alex. d. l. tutori. Corn. cons. 81. n. 6. lib. 4.* Sicut quoque is qui ad aliena negotia gerenda, eo animo, ut ista omnia gereret accessit, mortuo domino negotiorum, quo ad non incœpta, administrationem negotiorum semel susceptam relinquere potest, *l. Nam & Servius. §. si vivo. ff. de negot. gest.* Is verò qui animo 24
tantùm quædam peculiaria negotia gerendi, ad negotia aliena accessit, ea quidem negotia omnino explicare atque administrare cogitur, *arg. l. in commodato, §. sicut. ff. Commod. c. 1. extr. eod. tit.* alia autem negotia extra illa ad quæ gerenda accessit, gerere non compellitur, *d. l. tutori,* nisi vel illa negotia sint negotijs jam cœptis con- 25
nexa, *Bart. d. §. videamus. Corn. cons. 255. n. 7. lib. 1. & cons. 122. n. 13. lib. 2.* vel, nisi alius ideò ad hæc negotia neglecta gerenda non accesserit, quod gestor quædam negotia administrare incœpit, *d. §. videamus. & ibi Bart. Ang. hic, §. 1.* Hoc tamen ultimò casu, ad hoc, ut is qui 26
ad aliena negotia particularia gerenda accessit, de alijs negotijs neglectis conveniri possit; requiritur, ut probetur, alium ista negotia gesturum fuisse, si is qui quædam

gerere incœpit, ad hæc negotia non accessisset: Secun-
dò illum alium diligentem esse: tertiò, alium hæc nego-
tia ideo aggressum non esse, quod gestor quædam nego-
tia incœpit: Quartò, quod gestor hoc sciverit, *Bart. d.*
27 *§. videamus. n. 5. Corn. cons. 81. n. 6. lib. 4.* Sin autem
dubium sit, utrum gestor animo omnia, an verò quædam
tantùm gerendi ad negotia aliena accesserit, præsumitur
ipsum ad negotia aliena accessisse, animo tantùm geren-
di negotia incœpta, alia verò non, *Bart. d. §. videamus.*
28 *Ang. hic, n. 6.* Et utrum aliena negotia gerens eo no-
mine teneatur, quod ipse id, quod vel ipse vel alius ei, cū-
jus negotia geruntur, debet, nōn exegit, videte *d. §. vide-
amus, & ibi glos. & Bart. l. Sin autem. in prin. l. divortio. & l.
qui sine usuris. ff. de negot. gest. glos. Bart. & Alex. l. tutori. C.*
29 *de negot. gest.* Neque tantùm administrare negotia sus-
cepta negotiorum gestor, sed etiam de administratis ra-
tiones reddere obligatus est, *§. 1. hic, l. 2. & ibi Bart. ff.
de negot. gest. Corn. cons. 24. n. 12. lib. 1. cons. 221. n. 27. lib.
2. Socin. cons. 192. 15. quæst. lib. 2. facit quod docet Dec. cons.
255. n. 2. Card. Paris. cons. 82. cons. 83. cons. 88. & cons. 89.*
30 *lib. 1.* Quæ redditio rationis hoc comprehendit, ut ip-
se de omnibus acceptis & expensis librum rationum,
non quidem perfunctoriè, sed in quo omnia accepta
atque exposita clarè expressa sunt, *Bart. cons. 150. Socin.
cons. 73. n. 6. lib. 1. cons. 159. & cons. 190. lib. 2. Card. Paris.
cons. 84. n. 19. lib. 1.* conscribat, *arg. l. 1. §. officio. & ibi
Bart. & Bald. ff. de tutel. & ration. distrah. Socin. cons. 24.
n. 35. lib. 1.* eumque librum rationum illi, cujus negotia
gesserit, exhibeat, *Socin. d. cons. 24. n. 36. lib. 1. arg. l. qua-
dam. in prin. ff. de edend.* etiam quo ad intentionem illius
31 fundandam, *Alex. cons. 31. n. 12. lib. 5.* Et si quidem ip-

se vel

se vel librum rationum non conscripserit, vel conscriptum non exhibuerit, ipse in dolo præsumitur, & illi cujus negotia gesta sunt, ad id quod interest illius juramento in litem probando condemnatur, *Bart. & Bald. d. §. officio. Socin. d. cons. 73. n. 6. lib. 1. Corn. cons. 196. n. 5. lib. 3. arg. l. tutor. qui repertorium. in prin. ff. de adm. tutor.*
Item etiam omnia illa quæ ex negotijs gestis ad gestorem 32
pervenerunt, ei ad quem hæc negotia spectant, gestor restituere cogitur, *l. 2. & ibi Bart. & l. sin autem. §. 1. ff. de negot. gest. facit l. cum servus. l. qui sub conditione. ff. de condit. & demonst. l. si ita sit scriptum. l. qui filium. §. fin. ff. de manumiss. testam. & l. Labeo. ff. de stat. liber.* Quinimò 33
si negotiorum gestor eo tempore, quo negotia gerit, pecuniam illius, cujus negotia gerit, non palàm, neq; bona fide, *arg. l. non existimo. ff. de administ. tutor.* sed clam in usus proprios convertat, ipse hanc pecuniam cum centesimis usuris cogitur domino negotiorum restituere, *l. qui sine usuris. & ibi Bart. ff. de negot. gest. glos. l. idemq. §. sed et si pecuniam. ff. de procuratorib.* Præterea negotiorum 34
gestor regulariter obligatur de dolo, lata atque levi culpa, *l. tutori. & ibi Bart. & Alex. C. de negot. gest. l. si negotia. ff. eod. tit. Bart. l. quod Nerva. n. 34. ff. depos. Corn. cons. 255. lib. 1. cons. 221. n. 27. lib. 2. & cons. 81. n. 6. lib. 4. Dec. l. contractus. n. 33. ff. de reg. jur.* nisi ipse ad negotia penitus neglecta gerenda accesserit: tunc enim de dolo, & culpa lata tantùm tenetur, *l. 3. §. interdum. & ibi glos. ff. de negot. gest. glos. §. 1. hic. ver. exactissimam.* De 35
levissima autem culpa negotiorum gestor non tenetur, nisi alius diligentissimus hæc negotia gesturus fuisset, si gestor hæc negotia gerenda non suscepisset, atq; hoc sciverit gestor, *glos. hic. §. 1. ver. exactissimam. glos. d. §. interdum.*

36 *dum.* Multò verò minus de casu fortuito tenetur gestor, *l. litis.* §. *1. & ibi Bart. ff. de negot. gest. l. negotium. ff. eod. tit.* præterquam in casibus enumeratis per glos. *in d. l. si*
37 *negotia.* Quod tamen intelligo verum esse in casu fortuito contingente circa res illius cujus negotia gesta
38 sunt. Idem ego juris statuendum judico, in rebus comparatis, vel mutua pecunia accepta, nomine illius cujus negotia gesta sunt, licet illæ res antea perierint, quàm dominium illarum in eum, cujus negotia gesta sunt, translatum fuit, *arg. l. servus qui in rem. ff. de in rem vers.* Eô, quia omne lucrum ex hac re proveniens, ad eum cujus negotia gesta sunt, spectat: Igitur & simili modo damnum, casu fortuito circa hanc rem contingens ad eum spectare debet, *arg. l. secundùm naturam. ff. de reg. jur.* Hoc tamen tantùm procedit in illis casibus, in quibus quis præcisè cogitur, negotium gestum ratum habere: secus verò est in illis casibus, in quibus quis si non velit, negotium gestum ratum habere non cogitur: Namq; in illis si is cujus nomine negotium gestum est, hoc negotium gestum ratum non habeat, periculum casus fortuiti, circa hæc negotia contingens, nullo modo eum gravare debet, ideo, quia hoc negotium ad illum nullo modo spectat, sed tantùm ad gestorem spectat perinde atq; si id suo nomine gessisset, *arg. l. dispensatorem. ff. de negot. gest.* Ideoque hæc negotia gestoris tantùm periculo esse debent, *arg. l. pignus. C. de pignor. act. Card. Paris. cons. 47.*
39 *lib. 1.* Casus autem fortuitus contingens circa res proprias negotiorum gestoris non propter negotia gesta comparatas, ad periculum gestoris pertinet: etiamsi hic casus evenerit propter negotia gesta, *arg. l. inter causas.* §.
40 *non omnia. ff. Mand.* Porrò de supradictis dolo nempe,

culpa

culpa & casu indistinctè æquè tenetur heres gestoris voluntarij vel necessarij, quando ipse ex negotio ab ipso herede gesto convenitur, *glos. Bart. Bald. & Alex. l. curatoris. C. de negot. gest.* nisi heres negotia à defuncto cœpta impleverit: tunc enim eodem modo distingvendum, prout distingvitur quando heres convenitur ex negotio à defuncto gesto, *arg. l. cum ostendimus. in prin. ff. de fidejuss. tutor.* Quo casu heres quidem illius qui sponte aliena negotia gessit, eodem modo ut ipse defunctus, ex negotio à defuncto gesto convenitur, *glos. Bart. Bald. & Alex. d. l. curatoris. Bart. l. 3. §. hac autem actio. ff. de negot gest.* heres autem illius, qui necessitate adactus aliena negotia gessit, tantùm de dolo & lata culpa defuncti conveniri potest, *d. l. curatoris. & ibi glos. & Dd.* Nisi vel contra defunctum his contestata fuerit, vel ipse lucrum cum damno pupilli fecerit, aut lucrum, quod ipse pupillo quærere potuit alij permiserit, *l. 1. C. de hered. tutor.* Is verò 41
cujus negotia gesta sunt, obligatur negotia utiliter gesta, habere ratum, *l. Pomponius. la. 1. & ibi Bart. ff. de negot. gest.* Quod absq; dubio procedit in ijs negotijs, quæ ad aliquem spectant, vel ipsa gestione, vel re ipsa, vel cura & solicitudine, *Bart. d. l. Pomponius. n. 14. & n. 17.* Idem ego juris esse judico in negotio quod ad aliquem propter mandatum suum præcedens spectat, cum inter hoc negotium, & tria præcedentia negotia, ratio diversitatis assignari nequeat: Ideoq; in illo idem jus, quod in præfatis tribus negotijs statuitur, statuendum est, *§. illud. in prin. ff. ad leg. Aquil. l. à Titio. in prin. ff. de verb. oblig.* In negotijs verò, quæ ad aliquem ratihabitione sola pertinent, is ad quem hæc negotia spectant, negotia gesta, si nolit, ratum habere non cogitur, *arg. l. dispensatorem. ff. de solut.*

de solut. nisi is, cujus nomine hæc negotia gesta sunt, solitus fuerit hæc negotia gerere, *arg. l. vel universorum. ff.*
42 *de pignor. act. l. fin. ff. quod cum eo.* Et in hisce casibus, in quibus quis negotia gesta ratum habere cogitur, is præcisè ea ratum habere cogitur, nec solvendo interesse liberatur, *Bart. d. l. Pomponius. n. 14.* Eô, quia licet, ratum habere facti sit: cum tamen ad hoc quis ex legis dispositione obligetur, *d. l. Pomponius*, ad illud sicut & ad cætera facta ad quæ quis ex legis dispositione obligatus, quis præcisè cogi, nec solvendo interesse, liberari debet, *arg. l. stipulatio. §. sive. & ibi Ias. ff. de oper. nov. nunciat. l. qui restituere. ff. de rei vindic. Bart. Alex. & Ias. l. stipulationes*
43 *non dividuntur. in prin. ff. de verb. oblig.* Cæterùm licet in negotijs quæ ad aliquem sola ratihabitione pertinent, is cujus nomine hæc negotia gesta sunt, potest ea habere ratum, atq; ea ratum habendo sua efficere, etiamsi hoc gestor negotiorum nolit, vel cum ante hanc ratihabitionem negotia gesta pœniteat, *l. bonorum. ff. rem rat. ha-*
44 *ber. Corn. cons. 68. n. 5. lib. 3.* Et hæc ratihabitio ab eo, cujus nomine negotium gestum est, retrotrahitur ad tempus negotij gesti, & perinde habetur, atque si is qui negotium hoc ratum habet, ab initio mandasset hoc negotium geri: non quidem in præjudicium juris tertio post negotium gestum, & ante ratihabitionem quæsiti, *Specul. §. 1. ver. item pone obligavi. & ibi Ioan. And. de oblig. & solut. Bart. l. si indebitum. §. si procurator. ff. rem rat. haber. l. bonorum. ff. eod. tit. Bald. l. observare. §. 1. quæst. 10. ff. de offic. procons.* sed in præjudicium ratum habentis tantùm, *c. ratihabitionem. de reg. jur. lib. 6.* nisi hoc negotium tale fuerit, quod is ad quem illud spectat, habere ratum necessariò cogitur: tunc enim ratihabitio negotij gesti

retro-

retrotrahitur etiam in tertij præjudicium, *Socin. conſ. 126. lib. 4.* Præterea ſumptus atque impenſas, & quicquid 45
propter negotia geſta geſtori vel abeſt, vel abfuturum eſt, geſtor ab eo cujus negotia geſta ſunt, repetere poteſt, *l. 2. C. de negot. geſt. l. ſi quis mandato. ff. eod. tit. l. ſed an ultro. in prin. ff. eod. tit.* Dummodò tamen hæ impenſæ vel neceſſariæ, vel utiles, *l. qui aliena. in prin. l. qua utiliter. in prin. ff. de negot. geſt.* & moderatæ fuerint, *l. ſi quis aliena. ff. de negot. geſt. facit l. ſervos. ff. de pignor. act.* Secus verò eſt ſi illæ impenſæ vel immoderatæ fuerint, *d. l. ſi quis aliena.* vel voluptatis tantùm gratia factæ, *l. ex duobus. in prin. ff. de negot. geſt.* Et has impenſas ſive ſumptus quando geſtor contra eum experitur, cujus contemplatione ſive nomine negotium non geſſit, quod quibus caſibus permiſſum ſit ſupra indicavimus, non niſi eatenus, quatenus ex illis is qui convenitur, tempore actionis intentatæ locupletior effectus reperitur, geſtor repetere poteſt, *Bart. d. §. videamus. Bart. d. l. Pomponius. la. 1. n. 17. Alex. d. l. ſi mandatum.* Eo verò caſu quo geſtor contra eum agit, cujus nomine negotia geſta ſunt, ipſe has impenſas ſive hos ſumptus, ab eo contra quem agit, non tantùm in quantum is ex hoc locupletior effectus eſt, ſed (exceptis tamen caſibus his *per gloſ. §. 1. ver. obligatum*) inſolidum repetere poteſt: licet is ex hoc locupletior in præſentiarum non ſit, *d. l. ſed an ultro. §. 1. & l. ſi ſervum alienum. C. de negot. geſt.* Dummodò tamen eo caſu, quo is cujus negotia geſta ſunt, ex his locupletior non exiſtit, geſtor hoc negotium non opinione ſua, ſed revera utiliter cœperit, *d. l. ſed an ultro. §. 1. gloſ. d. l. ſi ſervum alienum.* Subſtantialia negotiorum geſtionis ſunt: Pri-
mò, ut is aliena negotia gerat, qui conſentire, quique ex 46

consensu suo obligari potest. Namque si furiosus, mente captus, vel etiam pupillus qui consentire, seque consentiendo obligare nequit, aliena negotia gesserit, negotiorum gestorum contractus non oritur, *Bart. l. 3. §. alterius. n. 2. ff. de negot. gest.* Quamvis è converso, si is qui consentire seque consentiendo obligare potest, gessit negotia furiosi, pupilli vel mente capti, utrinque negotiorum gestorum & obligatio & actio oriatur, *d. §. alterius. d. l. si pupilli. in prin. ff. de negot. gest.* Secundò, ut gestionem negotiorum nullum mandatum tacitum vel expressum illius, cujus negotia geruntur, præcedat. Tertiò, ut nulla contraria prohibitio interveniat. Quartò, ut negotia quæ quis gerit, non sint gestoris propria sed aliena. Quintò, ut hæc negotia quæ ad alium spectant cura vel sollicitudine aut ratihabitione, aut propter mandatum illius gesta sint, contemplatione illius, ad quem hæc negotia spectant. Sextò, ut illa negotia, quæ ad alium re ipsa spectant, fuerint gesta non nomine proprio gestoris, sed nomine vel contemplatione alterius, sive ad illum alium hæc negotia spectent, sive non. Septimò, ut in negotio quod ad alium sola ratihabitione spectat, ratihabitio illius, cujus nomine hoc negotium gestum
47 est, interveniat. Naturalia contractus negotiorũ gestionis sunt: Primò, quod negotiorum gestor, negotia semel gerenda suscepta administrare nec ea deserere obligatus est: Secundò, quod negotiorum gestor, de negotijs gestis rationes reddere cogitur: Tertiò, quod ipse quicquid ex negotijs gestis ad eum pervenit, illi cujus negotia gesta sunt, restituere obligatus est: Quartò, quod ipse regulariter de dolo, lata atque levi culpa tantum tenetur: Quintò, quod is, cujus negotia gesta sunt,

negotia

negotia gesta rata habere cogitur. Sextò, quod ipse cujus negotia gesta sunt, tenetur gestori omnes sumptus atque impensas utiles vel necessarias, moderatas tamen, restituere. Solennia negotiorum gestionis sunt, quod ex 48
negotijs gestis à pupillo vel adulto curatorem habente, non aliter hic contractus oriatur, nisi is hæc negotia, interveniente tutoris vel curatoris auctoritate gesserit.
Ex hoc contractu oritur actio, quæ negotiorum gesto- 49
rum vocatur. Et hæc actio duplex est, directa, & contraria. Directa dicitur, quæ datur illi cujus negotia gesta sunt, contra gestorem negotiorum. Contraria verò actio illa dicitur, qua negotiorum gestor contra eum, cujus negotia gesta sunt, experitur, *ut hic*, §. *1*. Et hæc 50
tàm directa quàm contraria actio, dividitur in actionem simpliciter directam & contrariam; & actionem utilem, *l. fin. C. de negot. gest.* Directa vel contraria actio negotiorum gestorum illa dicitur, qua vel is qui sponte negotia gessit, contra eum, cujus negotia gesta sunt: vel is cujus negotia gesta sunt, contra eum qui sponte negotia gessit, experitur. Vtilis actio illa dicitur, qua vel is qui necessariò alterius negotia gessit, contra eum, cujus negotia gesta sunt, vel è converso is, cujus negotia gesta sunt, contra eum qui coactè aliena negotia gessit, agit, *l. curatoris. & ibi glos. Bart. & Alex. C. de negot. gest.* Præterea 51
hæc actio negotiorum gestorum semper & indistinctè ex negotio gesto oritur, *l. 3. §. hac autem actio. ff. de negot. gest. Bart. Bald. & Alex. l. si pecuniam. C. eod. tit.* Et, si quidem negotium ad aliquem spectet, vel ipsa gestione, vel re ipsa, vel cura atque sollicitudine, vel propter mandatum illius, statim tempore negotij gesti oritur, *l. si is qui negotia. in prin. ff. Mand. l. Nam & Servius. §. 1. &*

ibi glos. ff. de negot. gest. Sin autem negotium ad aliquem ratihabitione tantùm spectet, actio negotiorum gestorum non quidem statim tempore negotij gesti, sed eo tempore, quo is, cujus nomine hoc negotium gestum est, illud ratum habet, oritur, *d. l. si pecuniam. & ibi Bart. Bald. & Alex. C. de negot. gest.*

In §.

Tutores quoque.

Summaria.

1. *Tutelæ descriptio & ejus explicatio & confirmatio. n. seq. usque ad n. 15.*
2. *Firmatur tutelam contractum nominatum esse & bonæ fidei.*
3. *Tutor legitimè quolibet modo constitutus, nisi se intra tempora constituta legitimis de causis excuset, tutelam administrare obligatus est.*
4. *Sub hac administrationis obligatione quæ comprehendantur, & n. seqq.*
5. *Tutor etiam personam pupilli regere obligatus est: ideoque pupillo in contractibus auctoritatem præstare tenetur.*
6. *Illumq; honestis artibus imbui curare, ipsi alimenta præbere & mercedes præceptoribus ejus constituere, secundùm vires patrimonij nataliumque dignitatem.*
7. *Quando, & quæ negotia tutor etiam finita tutela explicare cogatur: quodque pupillum monere teneatur, ut curatorem petat, ni velit tutelæ judicio à pupillo conveniri.*
8. *Pro administratione tutoris omnia bona ipsius pupillo tacitè obligata sunt.*
9. *Tutor de administratis librum rationum conscribere & exhibere, rationesque cum reliquis reddere debet.*
10. *Quod procedit etiamsi tutor in testamento illius qui eum tutorem ordinavit fuerit relicta liberatio à tutelæ redditione. Firmatur ibid.*

11. *Ratio-*

11. *Rationes tamen tutor non nisi finita tutela reddere cogi potest de jure civili.*
12. *Secus est de jure Saxonico.*
13. *Tutor tenetur de dolo, lata atque levi culpa: præterquam duobus casibus ubi de levi non tenetur.*
14. *Pupillus ad quæ vicissim tutori obligetur.*
15. *Substantialia tutelæ quæ.*
16. *Et quæ naturalia.*
17. *Ex tutela quæ oriatur actio & quotuplex illa sit: quæq; directa & quæ contraria dicatur.*
18. *Alia actionis tutelæ divisio: & cui; contra quem, & cui contra quem utilis competat.*
19. *Actio ex tutela oriens, quæ vocatur de tutelis & rationibus distrahendi cui contra quem & quapropter detur.*
20. *Tutor quando etiam furti actione conveniri possit: & falsi insimulari.*
21. *Actio tutelæ tàm directa quàm contraria: nec non & illa quæ de rationibus distrahendis datur, quando demum pupillo nascatur.*
22. *Et quid sit in furti actione.*
23. *Tutelæ actio propter quid contra heredem tutoris detur.*
24. *Et propter quid & quando actio de tutelis & rationibus distrahendis: itemq; furti actio vel falsi accusatio.*
25. *Quasi contractui tutelæ accedens quasi contractus quasi tutela quando oriatur, & quid de hoc juris.*

IN hoc §. Imperator tractat materiam secundæ speciei quasi contractus tutelæ nempe. Est autem tutela 1 quasi contractus nominatus, bonæ fidei, in quo quasi contractu, is qui quolibet modo legitimè tutor constitutus est, nec ab officio tutelæ intra tempora legitima, justa de causa excusatus, obligatur, atq; bona sua omnia tacitè obligata habet, & personam pupilli gubernare, & res illius constante tutela, secundùm legum dispositionem administrare, atq; de administratis rationem unà

cum reliquis reddere, habita ratione doli, latæ atque levis culpæ: atque è converso pupillum obliga[illegible] omnia ipsius pupilli negotia ab ipso utiliter & legitimè gesta, constante tutela ratum habere, omnesque impensas utiles vel necessarias, moderatas tamen ipsi restituere, atq; ab obligationibus pro quibus vel ipse tutor, ratione tutelæ obligatus est, aut res suas obligavit, ipsum tutorem liberare.
2 Cùm enim tutela habeat nomen speciale alijs contractibus non communicabile, dubium non est, tutelam nominatum contractum esse, *arg. glos. rubr. & ibi Bart. & Bald. C. de rer. perm.* Simili modo certum est, tutelam esse contractum bonæ fidei, *§. actionum. infr. de*
3 *action.* Et tutorem quolibet modo legitimè constitutum, si se intra tempora constituta non excuset legitimis de causis, ad tutelam administrandam obligari, *l. 1. in*
4 *prin. ff. de administ. tutor.* Sub hac administrationis obligatione comprehenditur primò, ut tutor non propria autoritate res pupilli administrare præsumat, sed hoc ei à judice decernatur, *glos. & Bart. l. legitimos. in prin. ff. de legit. tutel. arg. l. 4. ff. de auct. tutor.* Secundò, ut ipse antequam res pupilli administrare incipiat, inventarium de rebus pupilli conscribat, *l. tutor qui repertorium. in prin. & ibi Bart. ff. de administ. tutor. l. tutores. la. 2. C. eod. tit. l. fin. §. fin. C. Arbitr. tutel.* Tertiò ut ipse juret utilia pupillo facere, & inutilia prætermittere, *§. fin. Auth. ut hic qui se obligat &c.* Quartò, ut ipse expressè promittat defensionem pupilli, *l. fin. §. omnem. C. de administ. tutor.*
5 Neq; tantùm res pupilli administrare, sed etiam personam pupilli regere gubernareq; obligatus est tutor, *arg. l. quia persona. ff. de tutel.* Ideoque ipse tutor pupillo, auctoritatem in contractibus suis præstare, *supr. de auth. tutor. ff.*

tor. ff. & C. eod. tit. per tot. illum honestis artibus imbui 6
curare, *l. cum plures.* §. *cum tutor. ff. de administ. tutor.* eique & alimenta præbere & mercedes præceptoribus illius constituere, secundùm vires patrimonij & natalium dignitatem ipsius pupilli, obligatus est, *l. 2. l. 3. & l. fin. ff. ubi pupill. educ. deb. l. 1. & l. 2. C. de aliment. pupill. præstand.* Constante autem tutela tantùm, non autem fi- 7
nita, res pupilli administrare obligatus est tutor, nisi ipse rationes tutelæ pupillo nondum reddiderit: tunc enim ipse negotia pupilli ab ipso incœpta constante tutela, item & ijs connexa explicare cogitur, *l. ita autem.* §. *fin. & ibi Bart. ff. de administ. tutor. l. tutor. ff. de appell. Ang. hic.* Item, etiam finita tutela obligatur tutor pupillum admonere, ut sibi curatorem petat: alioquin ipse tutelæ judicio conveniri à pupillo potest, *d. l. ita autem.* §. *pen.*
Et pro hac administratione, tutoris omnia bona ipsius 8
pupillo tacitè obligata sunt, *l. pro offic. C. de administ. tutor.*
Neq; tantùm tutor tutelam administrare, sed etiam de 9
administratis librum rationum conscribere & exhibere, *l. 1.* §. *officio. & ibi Bart. & Bald. ff. de administ. tutor.* atque de administratis rationes cum reliquis reddere obligatus est, *l. tutorem. C. Arbitr. tut. Petr. de Anchor. cons. 330. incip. visis facti narratione. Socin. cons. 2. lib. 1. cons. 159. lib. 2. & cons. 92. lib. 4. Dec. cons. 178. & cons. 192.*
Quod procedit etiamsi tutor in testamento illius qui 10
eum tutorem ordinavit, fuerit relicta liberatio à tutelæ redditione: namq; licet per hoc ipsi scrupulosa inquisitio rationum reddendarum, atq; culpa circa administrationem commissa, remissa intelligatur: tamen ipse nihilominus rationes reddere, atq; reliqua restituere, habita doli & latæ culpæ ratione, obligatus est, *Socin. cons.*

201, cons.

201. conf. 282. lib. 2. & conf. 73. lib. 3. Dec. conf. 178. conf. 192. & conf. 349. n. 11. arg. l. quidam decedens. in prin. ff. de adminift. tutor. l. non folum. §. fin. l. fi quis rationes. l. Aurelius. §. Mævia. l. Aurelio. §. Cajus. & ibi Bart. ff. de liber.
11 *legat. Iaf. l. actione. in prin. C. de tranfact.* Has tamen rationes adminiftrationis, tutor, non nifi finita tutela reddere cogi poteft, fecundùm juris civilis difpofitionem, *l. 2. & ibi glof. Bart. & Bald. C. de adminift. tutor. Ang. §. fin. inftit. de Attil. tutor. facit l. nifi finita. & l. tutor reipublicæ.*
12 *§. fin. ff. de tutel. & ratim. diftrah.* In hoc tamen jus Saxonicum à jure civili difcrepat: namq; fecundùm quod jure Saxonico cautum eft, fi contingat alium effe tutorem pupilli: ad alium verò fucceffionem pupilli ab inteftato pertinere, illi ad quem pertinet fucceffio pupilli ab inteftato tutor fingulis annis rationes tutelæ adminiftratæ reddere cogitur, *art. 23. ibi* Wer aber des Bruders erbe
13 ift. Landrecht. *lib.* 1. Porrò tutor tenetur de dolo, lata atque levi culpa, *l. quicquid. C. Arbitr. tutel. l. tutori. C. de negot. geft. l. 3. §. tutores. & ibi glof. ver. confideranter. ff. de fufcept. tutorib. Bart. l. quod Nerva. n. 33. ff. depof. Ang. hic. & §. actionum. n. 40. infr. de actionibus. Dec. l. contractus. n. 32. ff. de reg. jur.* præterquam in duobus cafibus, in quibus tutor tantùm de dolo & culpa lata, non autem levi tenetur, qui ponuntur in l. 2. *C. Arbitr. tutel. & l. tutor*
14 *qui. §. competit. ff. de adminift. tutor.* E converfo verò pupillus obligatur tutori omnia ab ipfo conftante tutela utiliter & legitimè gefta ratum habere, *arg. l. Pomponius. la. 1. ff. de negot. geft.* omnes impenfas utiles vel neceffarias moderatas in negotia ipfius factas ipfi reftituere, atque ab obligationibus pro quibus vel ipfe tutor ratione tutelæ obligatus eft, aut res fuas obligavit, ipfum tutorem li-

rem liberare, *ut hic.* Substantialia hujus contractus 15
sunt, primò, quod quis legitimè tutor constitutus fuit:
Secundò quod ipse se à tutela justis de caussis non ex-
cusavit intra tempora legitima. Naturalia hujus con- 16
tractus sunt, primò, quod tutor personam pupilli guber-
nare, & res illius administrare cogitur: Secundò, quod
ipse de administratis rationes unà cum reliquis reddere
obligatus est. Tertiò quod ipse obligatur de dolo, lata
atque levi culpa. Quartò, quod è converso pupillus ob-
ligatur omnia negotia ipsius pupilli, ab ipso tutore gesta
utiliter & legitimè, ratum habere. Quintò, quod pupil-
lus cogitur tutori omnes impensas utiles & necessarias,
moderatas tamen, ab ipso tutore in suas res factas resti-
tuere. Sextò, quod pupillus obligatur, tutorem ab o-
mnibus obligationibus, pro quibus vel ipse obligatus
est, aut res suas obligavit, ratione tutelæ liberare. Ex 17
tutela oritur actio tutelæ; quæ duplex est: Directa &
contraria. Directa actio illa dicitur, qua pupillus contra
tutorem agit: Contraria actio illa dicitur, qua tutor
contra pupillum experitur, *ut hic.* Rursus hæc actio 18
tutelæ dividitur in actionem directam & utilem. Actio
directa illa dicitur, quæ datur contra eum qui tutelam
administravit: Vtilis actio illa dicitur, quæ datur contra
eum, qui cum tutelam administrare debuit, se à tutela
abstinuit, ***l. ita autem.* §. *gessisse. & ibi glos. & Bart. ff. de***
admin. tutor. Præterea ex tutela oritur & alia actio, quæ 19
vocatur de tutelis, & rationibus distrahendis: quæ actio
datur pupillo contra tutorem, ob res ipsius pupilli, do-
lo verò vel præsumpto tutoris destructas, interceptas,
vel in alium usum collatas: item & propter rationes tur-
batas, ***Bart. & Bald. Rubr. ff. de tutel. & ration. distrah. l. 1.***

§. in tutela. & ibi Bald. l. 2. & ibi gloſ. ff. eod. tit. gloſ. & Ang. §. fin. ſupra de Attilin. tutor. & in duplum compe-tit, *d. l. 1. §. conſiderandum. ff. de tutel. & rationib. diſtrah.* Quin & falſi inſimulari poteſt tutor ſi rationes non red-dat, *Bart. l. 1. §. tutores. arg. ill. text. ff. ad leg. Corn. de falſ.*
20 *Ang. §. fin. ſupra de Attilian. tutor.* Furti etiam actione tutor conveniri poteſt, ſi tanquam extraneus rem pupil-li contrectavit, *d. l. 1. §. in tutela. & l. 2. ff. de tutel. & rat. diſt.* Quin & falſi inſimulari poteſt ſi rationes non red-dat, *Bart. l. 1. §. tutores. arg. ill. text. ff. ad leg. Cor. de falſ.*
21 *Ang. §. fin. ſupra de attil. tut.* Porrò licet conſtante tu-tela inter pupillum & tutorem utrinq; naturalis & civi-lis actio oriatur: actio tamen tutelæ tàm directa, *l. niſi finita. & ibi gloſ. & Bart. & l. ſi tutor reipublicæ. §. fin. cum l. ſeq. ff. de tutel. & ration. diſtrah. Bart. l. tutorem qui. ff. de adminiſt. tutor.* quàm contraria, *l. 1. §. finito. ff. de contrar. & util. tutel. judic.* nec non & illa quæ de rationibus dis-trahendis datur, non, niſi finita tutela naſcitur, *gloſ. d. l. ſi tutor reipublicæ. §. fin. arg. l. 1. §. fin. ff. de tutel. & ration.*
22 *diſtr.* Furti autem actio contra tutorem naſcitur, et-iam conſtante tutela, ſed non, niſi finita tutela intentari
23 poteſt, *d. l. ſi tutor reipublicæ. §. fin. cum l. ſeq.* Præterea tutelæ actio etiam contra hæredem tutoris datur, *l. 1. §. hanc actionem. la. 1. ff. de tutel. & ration. diſtrah. l. tutela. C. Arbitr. tutel.* propter dolum tamen & latam, non etiam levem culpam defuncti, *l. fin. ff. de fidejuſſ. & hæred. tu-tor. l. non ſimiliter. ff. de magiſtrat. conveniend. l. curatoris.*
24 *& ibi gloſ. C. de negot. geſt. l. 1. C. de hered. tut.* Actio ve-rò de tutelis & rationibus diſtrahendis, *l. 1. §. hanc actio-nem. la. 2. ff. de tut. & rat. diſtr.* Item & furti actio, vel fal-ſi accuſatio, propter tutoris delictum contra heredem
tutoris

tutoris non datur, nisi lite cum defuncto contestata, §. *non autem omnes. & ibi Ang. infra de perpet. & tempor. action. l. 1. & ibi glos. & Bald. C. ne ex delict. defunct. l. 1. & ibi Bart. ff. de privat. delict. l. pen. §. fin. & ibi Ias. ff. ne quis eum qui in jus vocat. l. ex judiciorum. & ibi Bart. ff. de accusat. glos. & Abb. c. fin. extra de sepultur. Ias. l. si eum.* §. *qui injuriarum. ff. si quis cautionibus.* Huic quasi contra- 25
ctui tutelæ accedit etiam quasi contractus, quasi tutelæ, qui quasi contractus tunc oritur, quando is, qui tutor non est, credens se tutorem alterius, pupilli nempe, tutelam administrat, *l. 1. & tot. tit. ff. pro tutor.* De qua, quasi tutela, omnia fere dicenda sunt, quæ de tutela diximus, *glos. hic, ver. actionem. & ibi Ang.*

IN §.

Item si inter aliquos.

SUMMARIA.

1. *Communio rerum tertia, quasi contractuum, species quotupliciter contingere possit.*
2. *Communionis contingentis ex alia causa quàm hereditate, descriptio, & ejus confirmatio & explanatio, n. seq. usque ad n. 16.*
3. *Firmatur hunc quasi contractum bonæ fidei esse neque ratione rei incorporalis, quæ partem dominij non repræsentat, iniri posse, nisi hæc sit accessoria rei corporali communi.*
4. *Respectu autem rei corporalis qualiter indistinctè celebretur.*
5. *Et qualiter sive uterque sive neuter sive alteruter tantùm possessionem rei communis habeat.*
6. *Res hic inter duos pluresve citra societatem communis esse debet.*
7. *Is autem qui cum alio rem communem citra societatem habet, quos fructus & quæ lucra ex re communi vel ejus ratione quæsita quatenus restituat.*
8. *Quid verò si aliquis rem communem nomine proprio vendiderit,*

vel ex pecunia communi rem aliquam proprio nomine comparaverit? num hæc pecunia, vel res ex pecunia redacta, ut & lucrum communicabitur?

9. *Et quid in lucro, quod is, qui cum pecunia communi solus negotiatus est, suo nomine ex hac negotiatione consecutus est?*

10. *Quæ & qualia damna & quæ impensæ, & quando demum, & qua actione repeti ab eo, cum quo res communis est, possint, & n. 13. 15.*

11. *Rem cum alio communem habens obligatur huic alio, ut patiatur illum vel secundùm pacta conventa, vel naturam rei communis, re communi uti fruique.*

12. *Alter ex duobus domum communem habentibus, si domum inhabitaverit altero forsan absente, cur huic reverso mercedem pro rata ad ipsum spectante solvere non cogatur.*

14. *Is quoque cum quo res communis est, cogitur socium ab omnibus obligationib. ratione rei communis contractis pro rata ipsum tangente liberare.*

16. *In hoc quasi contractu uterque contrahentium de dolo, lata atque levi culpa obligatur.*

17. *Substantialia hujus quasi contractus quæ.*

18. *Et quæ naturalia.*

19. *Quæ qualisque ex hoc quasi contractu oriatur actio.*

1 IN hoc §. ponit Imperator tertiam speciem quasi contractus, communionem rerum nempè: quæ communio dupliciter contingere potest; Aut enim hæc communio contingit inter illos, quibus hereditas aliqua simul delata est, aut inter illos, inter quos res aliqua ex alia causa communis est. Quæ secunda species communio-
2 nis ita describi potest: Communio est quasi contractus bonæ fidei, in quo is rem aliquam sive mobilem sive immobilem, corporalem tamen, ratione pleni, directi, utilis vel quasi dominij vel pignoris ususfructus sive possessionis justæ cum titulo aut alterius juris rea-

ris realis, non vi, clam vel precario, absq; societate, communem habet; obligatur illi, cum quo rem communem habet, omnes fructus ex re communi vel ejus ratione quæsitos, pro rata portione ad ipsum spectante, restituere; omniaque damna rei communi, vel ab ipso vel ab alio illius culpa data resarcire: atque è converso obligat illum, cum quo rem communem habet, ut is patiatur ipsum re communi secundùm naturam illius, vel pacta inter ipsos conventa uti frui, eiq; omnes impensas probabiles atq; moderatas quas ipse ex necessitate communionis, in rem communem vel ejus contemplatione necessariò vel utiliter, sciens se hanc rem cum alio communem habere, fecit, pro rata ad ipsum spectante restituere, ac ab omnibus obligationibus ratione communionis contractis ipsum liberare, habita utrinque ratione doli, latæ & levis culpæ. Certùm namq; est, hunc quasi con- 3
tractum bonæ fidei esse, *l. per hoc judicium. §. in hoc judicium. ff. commun. divid. §. actionum. infr. de act.* neq; hunc quasi contractum ratione rei incorporalis quæ partem dominij nõ repræsentat; quales sunt servitutes prædiorũ tàm urbanorum, quàm rusticorum, iniri posse, *d. l. per hoc judicium. in prin. & l. arbor. §. si per eundem. ff. commun. divid. facit l. qui aliena. §. fin. ff. de negot. gest.* nisi hæc res incorporalis sit accessoria rei corporali communi, *d. l. per hoc judicium. §. 1. d. l. arbor. §. fin.* Cæterùm respe- 4
ctu rei corporalis indistinctè hic quasi contractus celebrari potest, sive illa res sit mobilis sive immobilis, *l. commun. dividundo. §. cum de usufructu. ff. commun. divid.* Item sive illa res sit communis ratione pleni, directi, utilis vel quasi dominij, *d. l. communi dividundo. in prin. & §. 1. & 2. glos. d. l. per hoc judicium. §. 1.* sive etiam pignoris

vel usufructus, *d. l. communi dividundo. §. si duo. § sed et si de usufructu.* vel alterius juris realis, quale est illud, quod habent hi, qui vel neutris nomine legatorum fideicommissorumve servandorum gratia, *d. l. communi dividundo. §. sed et si de usufructu*, aut causa damni infecti ex secundo decreto, in possessionem alicujus rei missi sunt, *l. sed si res. ff. commun. divid. l. si finita. §. cum autem plures. vers. sed si quis. & ibi Bart. ff. de damn. infect.* Sive possessionis justæ cum titulo, *d. l. communi dividundo. §. 2. vers. ex quibusdam. Card. Paris. cons. 71. n. 59. lib. 3.* Licet secus sit in illis, qui solam nudam detentionem communem alicujus rei habent, quales sunt plures depositarij, commodatarij, & conductores unius ejusdemque rei, *d. l. communi dividundo. §. neq. colonis.* item & plures in possessionem unius ejusdemque rei damni infecti causa ex primo decreto missi: inter hos enim hic quasi contractus celebrari nequit, *d. l. communi dividundo. §. sed et si de usufructu. Bart. d. ver. sed si quis. Ang. §. quædam. n. 9. infra de*
5 *action.* Præterea hic quasi contractus celebratur, sive contrahentium uterq; sive neuter, sive alteruter tantùm possessionem rei communis habeat, *l. pen. ff. comm. divid.* Dummodò tamen hanc rem vel unus vel uterq; contrahentium non possideat vi, clam vel precario, *d. l. com-*
6 *muni dividundo. §. inter prædones.* Requiritur etiam ad hunc quasi contractum celebrandum, ut inter duos pluresve citra societatem communis sit res aliqua, *ut hic.*
7 Is verò qui cum alio rem communem citra societatem habet, obligatur illi cum quo rem communem habet, omnes fructus, omniaque lucra ex re communi, *ut hic. l. per hoc judicium. §. sicut autem. l. si quis putans. §. sive locando. ff. commun. divid. l. si major. C. eod. tit.* vel ejus ratione quæ-

ne quæsita, pro rata, eum, cum quo res communis est tangenta, restituere, *l. communis servus. in prin. ff. commun. divid.* Dummodò tamen meminerimus, quod si is, qui 8
vel communem rem nomine non communi, sed proprio vendiderit, vel ex pecunia communi rem aliquam proprio nomine comparaverit, hanc tàm pecuniam ex rei communis venditione redactam, *Bart. l. si patruus. C. commun. utr. judic. Alex. cons. 30. n. 7. lib. 2. Card. Paris. cons. 80. n. 11. lib. 1. arg. l. qui vas. §. fin. ff. de furt.* quàm rem emptam ex pecunia communi, neque communem effici, neque illum qui hunc contractum emptionis vel venditionis cum eo, vel pecunia communi celebravit, cogi lucrum ex hoc contractu redactum communicare, *d. l. si patruus. & ibi Bart. & Bald.* Idem est & in lucro, quod 9
is, qui cum pecunia communi solus negotiatus est, suo nomine ex hac negotiatione consecutus est: namq; & illud præcipuum retinet, *l. Titium & Mævium. §. altero. & ibi Bart. ff. de administ. tutor. Dec. cons. 21. cons. 213. & cons. 255. Card. Paris. cons. 86. lib. 1.* Damna etiam omnia 10
quæ is, cum quo res communis est, rei communi intulit, socio suo pro rata ad ipsum spectante, resarcire cogitur, *l. in communi dividundo judicio. in prin. l. etsi non. §. venit. l. communis servus. la. 2. ff. comm. divid.* Quinimò, etsi non ipse cum quo res communis est, sed alius culpa illius, rei communi nocuerit, hoc is, cujus culpa rei communi nocitum est, illi cum quo rem communem habet, resarcire cogitur, *l. si is cum quo. cum l. seq. ff. com. divid. facit l. si merces. §. culpæ, & ibi Bart. ff. locat. l. pen. in prin. & ibi Bart. Bald. & Alex. ff. solut. matrim. Bart. l. Nam & Servius. in prin. ff. de negot. gest. Bart. l. cotem ferro. §. quos maximos. ff. de publican.* Dummodò hæc culpa illius cum quo res com-

res communis eſt, ad hoc factum tertij rei communi dammum inferens, ordinatum fuerit, aliâs verò ſecus eſt, *Bart. d. l. Nam & Servius. in prin. arg. l. non omne. ff. de Stat. liber. l. ſi alius* §. *eſt & alia. ff. Quod vi aut claw. Bart. l.*
11 *ſi ut certo.* §. *ſed interdum. ff. commod.* Præterea is qui cum alio rem communem habet, obligatur illi, cum quo hæc res communis eſt, ut patiatur iſtum vel ſecundùm pacta conventa, *l. ſi convenit ff. commun. divid.* vel ſecundùm naturam rei communis, re communi uti atque frui, *l. ſi ædes communes. ff. comm. divid. l. ſi fratres. item Mela. ff. pro ſoc. gloſ. l. Sabinus. ff. comm. divid. Iaſ. l. ſervi electione.* §. *Labeo. ff. de legat. 1. idemq; Iaſ. lib. 1. C. qui teſtam. facer. poſſ. Pract. Ferrarienſ. in form. libel. pro hereditat. vel ſingular. re divid. ver. & in futurum. Felin. c. cum omnes. n. 13. extr. de conſtitut.* non autem præter vel contra conventionem vel uſum ad quem hæc res deſtinata eſt, *d. l. Sabinus. Dyn. c. in re communi, de reg. jur. lib. 6. Alex. conſ.*
12 *103. lib. 1.* Et ſi unus ex illis inter quos domus communis eſt, inhabitaverit domum communem, altero forſan abſente: is, quia utitur re communi ad uſum deſtinatum, illi cum quo hæc res communis eſt reverſo, mercedem pro rata ad ipſum ſpectante, ſolvere non cogitur, *Bald. l. duo fratres. ff. de adquir. heredit. Idemq; Bald. c. 1.* §. *præterea ducatus. de prohibit. feud. alienat. per Frieder. Iaſ. d. l. ſervi*
13 *electione.* §. *Labeo.* Impenſas quoq; factas in rem communem, is cum quo res communis eſt, pro indiviſo reſtituere illi, qui has impenſas fecit, obligatus eſt ex hoc contractu, *ut hic. l. In communi dividundo. & l. per hoc judicium.* §. *ſicut autem. ff. commun. divid. l. ſi major. C. eod. tit.* Dummodò tamen hæ impenſæ & moderatæ ſint, *arg. l. ſervos. ff. de pignorat. act.* & utiliter nel neceſſariò, non

non autem voluptatis gratia factæ, *l. ex duobus. in prin. ff.*
de negot. geſt. Quinimò, licet neceſſarias impenſas, et-
jam invito ſocio factas quis repetere poſſit, utiles tamen
impenſas in rem communem invito ſocio factas, repeti
non poſſe, receptum eſt, *Bald. l. parietem. arg. ill. text. ff.*
de ſervit. urb. præd. Iaſ. l. quominus. n. 109. ff. de fluminib.
facit l. ſi ædibus. ff. de damn. infect. Deinde etiam is, cum 14
quo res communis eſt, cogitur ſocium ab omnibus ob-
ligationibus ratione rei communis, contractis, pro rata
ipſum tangente, liberare, *l. ſi ſocius ſervi. ff. comm. divid.*
Hoc tamen quod de fructibus, damnis & impenſis, per 15
actionem communi dividundo repetendis diximus, tunc
demum locum habet, quando vel fructus ex re commu-
ni percepti, vel impenſæ in rem communem factæ, vel
damnum rei communi datum fuit conſtante communi-
one: ſecus autem eſt, ſi quid horum contigerit vel ante
communionem contractam, vel poſt communionem fi-
nitam: tunc enim præfata actio vel obligatio, ex hoc
quaſi contractu deſcendens locum non habet, *l. per hoc*
judicium. §. planè. ff. Comm. divid. Similiter is cum quo
res communis eſt, propter quæſita ab ipſo ex re commu-
ni, vel impenſas factas in rem communem ab alio ſocio,
item propter obligationes, quibus ſocius ſuus ratione
rei communis, nexus fuit, ex hoc contractu obligatur,
ſi hoc ex neceſſitate communionis evenerit : non au-
tem mera voluntate ſocij, aut ſuapte ſponte; tunc enim
non hic contractus, ſed negotiorum geſtio oritur, *l. ſi*
quis putans. §. hoc autem. & §. ſi damni infect. ff. Commun.
divid. l. ſi communes. & ibi gloſ. ff. de negot. geſt. l. heredes.
§. ſi unus. ff. Famil. herciſ. Denique ita damna, & impen-
ſas in rem communem factas, is qui eas fecit, repetere

potest, si ipse sciverit hanc rem sibi cum alio communem esse, licet ignoraverit eum quo hæc res sibi communis sit: Secus verò est, si ipse has impensas in rem communem, quam propriam esse putat, fecit, *l. in hoc*
16 *judicium. l. si quis cum existimaret. ff. Comm. divid.* In hoc quasi contractu uterque contrahentium de dolo, lata atque levi culpa obligatur, *l. pen. C. Commun. divid. l. con-*
17 *tractus. & ibi Dec. n. 35. ff. de reg. jur.* Substantialia hujus quasi contractus sunt, primò, ut inter duos pluresúe res aliqua sit communis: Secundò ut sit communis absque societate. Tertiò, ut sit communis vel respectu dominij, vel respectu possessionis justæ: non autem nudæ detentionis. Quartò, ut neuter hanc rem possideat vi,
18 clam vel precario. Naturalia hujus contractus sunt, primò, quod is, qui rem aliquam cum alio communem habet, obligatur omnes fructus ex illa re, vel illius rei ratione quæsitos illi, cum quo hanc rem communem habet, pro parte ad ipsum spectante restituere. Secundò, quod ipse obligatur omnia damna, vel ab ipso vel ab alio rei communi culpa ipsius illata, resarcire. Tertiò, quod ipse obligatur pati eum cum quo res communis est, secundùm naturam illius rei, vel pacta conventa uti atq; frui. Quartò, quod ipse obligatur omnes impensas probabiles & moderatas, quas socius sciens se hanc rem cum alio communem habere, ex necessitate communionis in rem communem vel ejus contemplatione necessariò vel utiliter fecit, socio pro rata ad ipsum spectante restituere. Quintò, quod ipse obligatur, socium ab omnibus obligationibus ratione communionis, contractis liberare. Sextò, quod in hoc contractu, ex utraq;
19 parte præstatur dolus, lata atque levis culpa. Ex hoc quasi

quasi contractu oritur actio, quæ vocatur communi dividundo, ut hic, quæ actio ex utraque parte directa est, *arg. glos. l. consensu. ff. de action. & oblig. Bart. l. in commodato. §. contraria. ff. Commod.* De secunda communionis specie, quæ videlicet ex eo oritur, quod duobus eadem hereditas delata est, dicemus in §. quædam, infra de actionibus.

In §.

Heres quoque.

SUMMARIA.

1. *Aditionis hereditatis descriptio ejusque explicatio, n. seq. usque ad n. 16.*
2. *Firmatur hunc quasi contractum nominatum stricti juris esse præterquam in tribus casibus ibi relatis, in quibus tantùm bonæ fidei est.*
3. *Hic q. contractus celebrari dicitur eo ipso, quod quis hereditatem alterius adit vel illi se immiscet:*
4. *Non solùm inter heredem & legatarios: sed etiam inter heredem & creditores defuncti.*
5. *Ratio cur hic quasi contractus celebretur sive quis ex testamento, sive ab intestato hereditatem alicujus adeat.*
6. *Heres adeundo hereditatem obligatur legatarijs & fideicommissarijs legata non tantùm in testamento, sed etiam in codicillis relicta præstare.*

   Modò testamentum & codicilli legitimè sint conscripti, & validi, n. 10.
7. *At quando in solidum.*
8. *Quando verò pro viribus hereditatis tantùm.*
9. *Et utrum heres hoc casu simul detrahere possit, & quartam jure naturæ, & quartam ex SC^to. Trebell. vel lege falcidia debitam. remiss.*
10. *Quibus casibus ex testamento & codicillis nullis legatum vel fideicommissum peti possit, remiss.*

11. *Obligationi descendenti ex hoc quasi contractu aditionis hereditatis, juncta est tacita pignoris obligatio omnium bonorum quæ defunctus reliquit.*
12. *In hoc quasi contractu quando heres de dolo & lata culpa tantùm teneatur.*
Et quando etiam de levissima.
Itemque quando præter dolum, & latam culpam etiam levem duntaxat præstet.
13. *Heres ex hoc quasi contractu ad quid teneatur creditoribus defuncti, si inventarium non conscripserit. Et quid si conscripserit. Quidque de jure Saxon. n. seq.*
14. *Heres de jure Saxonico ad inventarij confectionem non tenetur.*
15. *Cur in terris Saxonicis heres inventarium non conscribens quartam vel ex SCto. Trebell. vel ex lege Falcidia debitam, detrahere possit. & n. seq.*
16. *Statutum vel consvetudo etiam iniqua à pœna excusat.*
17. *Substantialia hujus q. contractus quæ.*
18. *Et quæ naturalia.*
19. *Ex hoc q. contractu quæ, quando & quotuplex legatarijs & fideicommissarijs detur actio?*
20. *Et quæ creditoribus?*
21. *Bonorum possessionem alicujus de purè prætorio agnoscens, ut & is cui hereditas ex SCto. Trebell. restituitur, ex quasi contractu obligatur.*
22. *Nullus est quasi contractus præter illos qui specialiter in jure expressi sunt.*

IN hoc §. Imperator ponit quartam speciem quasi con-
1 tractus, aditionem nempè hereditatis. Est autem aditio hereditatis quasi contractus nominatus, stricti juris, in quo is, qui vel ex testamento vel ab intestato alterius heres existit, adeundo illius hereditatem vel immiscendo se hereditati obligatur ijs, quibus legata vel fideicommissa, atque etiam omnia bona defuncti, tacito pignoris titulo obligata sunt ab eo cujus hereditatem adijt, vel in testa-

testamento solenni & valido, vel in codicillis legitimè conscriptis, relicta sunt, hæc legata vel fideicommissa, detractis secundùm legum dispositionem quartis, vel pro viribus substantiæ defuncti, si inventarium legitimè conscripserit; vel in solidum, si hæc facere neglexerit, præstare, habita ratione doli & latæ culpæ, si ipse maximam partem hereditatis restituere gravatus fuerit; vel doli, latæ, levis atque levissimæ culpæ, si ipse maximam partem hereditatis retineat; vel doli, latæ atque levis culpæ, si ipse dimidiam hereditatis partem, retenta dimidia, restituere gravatus fuit: Simili modo obligatur creditoribus hereditarijs debita, quibus defunctus obligatus fuit, solvere, vel in solidum, si inventarium legitimè conscriptum non sit: vel pro viribus hereditatis defuncti, si inventarium legitimè conscriptũ sit.
Cùm enim hereditatis aditio nomen speciale sit alijs 2
contractibus non communicabile, certum est, aditionem hereditatis quasi contractum nominatum esse, *arg. glos. rubr. & ibi Bart. & Bald. C. de rer. permut.* Similiter certum est, aditionem hereditatis esse quasi contractum stricti juris, *arg. l. alias. & ibi Bart. ff. de in lit. jurand. l. si heres. & ibi Bart. & Ias. ff. de eo quod cert. loc. junct. l. in bona fidei. ff. eod. tit. Ias. l. in actionibus. n. 1. ff. de in lit. jurand.* præterquam quo ad usuras & fructus ex mora præstandos, *l. in minorum. C. in quib. caus. in integr. rest. necess. non est.* item quo ad hoc, ut re debita non perfectè soluta actio prima ad huc intentari possit, *l. hujusmodi. §. si heres. ff. de legat. 1.* item etiam, quod obligatio ex hoc quasi contractu descendens, propter angustiam temporis non vitiatur: In hisce enim casibus tribus tantùm hic quasi contractus bonæ fidei est, *l. si mihi & tibi. §. si quis servos.*

 & ibi

3 *& ibi Bart. Alex. Iaſ. & Dd. ff. de legat. 1.* Et hic quaſi contractus celebrari dicitur, eo ipſo, quod quis hereditatem alterius adit, *l. apud Iulianum. §. fin. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eat.* vel illi ſe immiſcet, *l. ſed & is. ff. eod. tit.*
4 non tantùm inter heredem & legatarios ſive fideicommiſſarios, *ut hic. & l. ex maleficijs. §. heres quoq;. ff. de act. & oblig. Card. Pariſ. conſ. 33. n. 83. lib. 3.* ſed etiam inter heredem & creditores defuncti, *d. l. apud Iulianum. §. fin. & ibi Bart. & Alex. Ang. hic. in ſumm. Bald. rubr. n.*
5 *22. C. qui admit. gloſ. de eo. ff. de judic.* Et cum textus indiſtinctè dicat heredem adeundo hereditatem, vel ſe immiſcendo hereditati quaſi contrahere, *d. l. apud Iulianum. §. fin. cum l. ſeq.* ſequitur, hunc quaſi contractum celebrari, ſive quis ex teſtamento, ſive ab inteſtato hereditatem alicujus adeat, *arg. l. 1. ff. de legat. præſt. l. de pre-*
6 *cio. ff. de publ. in rem act.* Præterea heres adeundo hereditatem, obligatur legatarijs & fideicommiſſarijs legata non tantùm in teſtamento, *l. 1. C. comm. de legat.* ſed etiam in codicillis relicta, præſtare, *l. 2. & ibi gloſ. ver. perſonales. & ibi Bart. Iaſ. & Dd. C. commun. de legat.*
7 Et quidem in ſolidum, ſi ipſe inventarium non conſcripſerit, *§. ſi verò non fecerit. Auth. de hered. & falcid.* non detracta etiam quarta ex lege falcidia, *l. fin. §. etſi præfatum. C. de jur. delib.* vel ex SC^to^. Trebelliano, heredi debita, *Iaſ. d. l. fin. §. Sin autem aliquis. n. 2. C. de jur. delib.* Quamvis tamen ipſe quartam jure naturæ ſibi debitam propter hoc, quod inventarium non conſcripſit, non amittat, *gloſ. Auth. Hoc amplius. & ibi Dd. C. de fideicommiſſ. gloſ. d. l. fin. §. ſin autem aliquis. ver. Sacramento. C. de jur. delib.*
8 *gloſ. d. §. ſi verò non fecerit. ver. lucrari.* Sin autem heres inventarium conſcripſerit, ipſe legata & fideicommiſſa, non

non nisi pro viribus hereditatis defuncti solvere cogitur, §. *hinc autem nobis. Auth. de hered. & falcid.* & insuper quartam ipsi tàm ex lege falcidia, quàm ex SC^to. Trebelliano debitam detrahere potest, *d. §. etsi præfatum. & d. §. hinc nobis.* nisi hoc testator fieri expresse prohibuerit, *Auth. sed cum testator. C. ad leg. Falcid. Bart. Alex. & Iaf. l. Marcellus. in prin. ff. ad SC^tum. Trebell.* Vtrum au- 9
tem hoc casu heres simul detrahere possit, & quartam debitam jure naturæ, & quartam debitam ex SC^to. Trebelljano, vel lege falcidia, *vid. c. Raynucius. & ibi Abb. & Dd. extr. de testament. Iaf. l. filium quem. C. famil. hercisc.* Requiritur tamen ad hoc, ut heres obligatus 10
sit legata vel fideicommissa relicta præstare, ut hæc legata vel fideicommissa sint relicta in testamento vel codicillis legitimè conscriptis & validis: Namq; ex testamento vel codicillis nullis legatum vel fideicommissum peti non potest, *l. si veritas. l. ex testamento. C. de fideicommiss.* præterquam in casibus notat. *per gloss. Bart. & Dd. in l. eam quam. C. de fideicommiss.* Prætèrea huic obligationi 11
descendenti ex quasi contractu aditionis hereditatis est juncta tacita pignoris obligatio omnium bonorum, quæ defunctus cujus hereditas adita est, reliquit, *l. 1. C. commun. de legat. Ang. hic. Bart. Alex. & Iaf. l. 1. ff. de legat. 1.* Et in hoc quasi contractu heres maximam hereditatis 12
partem restituere rogatus, tenetur de dolo & lata culpa, *l. mulier. §. si heres. & ibi Alex. ff. ad SC^tm. Trebell. Bart. l. quod Nerva. n. 38. ff. depos.* Heres verò, qui maximam hereditatis partem retinet, obligatur de dolo, lata, levi & levissima culpa, *l. cum res. §. culpa. & ibi Bart. Alex. & Iaf. ff. de legat. 1.* Sin autem heres retineat aut omninò aut ferè æqualem partem hereditatis, illi parti ad quam

lega-

legatarijs vel fidei commissarijs, obligatus est, ipse tenetur de dolo, lata atque levi culpa tantùm, *l. si servus legatus. §. cum quid. ff. de legat. 1. junct. l. si ut certo. §. nunc vi-*
13 *dendum. ff. commod.* Neque tantùm ex hoc quasi contractu heres obligatur legatarijs & fidei commissarijs: sed etiam creditoribus defuncti, & quidem in solidum, etiam ultra vires hereditatis, si ipse inventarium non conscripserit, *d. l. fin. §. sin verò postquam. C. de jur. delib.* Sin autem ipse inventarium conscripserit, tantùm pro viribus hereditatis creditoribus obligatur, *d. §. etsi præfatam.*
14 Circa hoc tamen advertendum, quod secundùm dispositionem juris Saxonici, in terris Saxonicis heres inventarium conscribere non teneatur: Ideoque ipse, perinde non conscripto inventario, tàm legatarijs vel fidei commissarijs, quàm creditoribus hereditarijs, ultra vires hereditatis non tenetur, atque si inventarium legitimè
15 conscripsisset, *Henning. cons. 15. lib. 1.* Simili modo ego ex hoc infero: quod in terris Saxonicis heres, inventarium non conscribens, non prohibeatur quartam vel ex lege Falcidia vel ex SCto. Trebelliano debitam, detrahere: eô, quia hoc, quod heres, non conscribens inventarium, quartam ex lege Falcidia vel SCto. Trebelliano debitam, prohibetur detrahere, in pœnam non conscribentis inventarium introductum est, *d. §. etsi præfatam. d.*
16 *§. si verò non fecerit.* Et consvetudo vel statutum etiam iniqua à pœna excusant, *glos. 1. c. cum venerabilis. & ibi Abb. extr. de consvetud. glos. c. sanè. ver. antiqua consvetudo. extr. de temp. ordinat. Ias. l. de quibus. n. 8. ff. de legibus. Idemq. Ias. l. singularia. col. antepen. ff. si cert. petat. & in l.*
17 *qui jurasse. in prin. ff. de jurejur.* Substantialia hujus contractus sunt; primò, quod quis sit heres alterius vel ex

testamen-

testamento, vel ab intestato. Secundò, quod quis hereditatem illius adeat, vel sese hereditati illius immisceat. Tertiò quod ipse, cujus hereditas adita est, vel reliquerit aliquibus legata, vel fideicommissa, vel creditores aliquos habeat. Naturalia hujus q. contractus sunt, quod 18
heres obligatur legatarijs & fidei comissarijs relicta præstare. Secundò quod ipse hæc relicta obligatur præstare vel in solidum, si inventarium non conscripsit, vel pro viribus hereditatis, si ipse inventarium conscripsit. Tertiò, quod heres de relictis detrahere potest quartam, tàm ex lege Falcidia, quàm ex SCto. Trebelliano debitam, si ipse inventarium conscripsit: alioquin verò non. Quartò, quod heres obligatur vel de dolo & lata culpa tantùm, si ipse maximam partem hereditatis restituere gravatus fuerit, vel de dolo, lata, levi & levissima culpa, si ipse maximam partem hereditatis retineat, vel de dolo & lata ac levi culpa, si ipse retenta dimidia parte, dimidiam partem alijs restituere gravatus fuit. Quintò, quod heres obligatur creditoribus hereditarijs vel in solidum, inventario non conscripto, vel pro viribus hereditatis, inventario conscripto. Ex hoc quasi contractu 19
datur legatarijs & fideicommissarijs actio ex testamento, vel directa, si ipsis legata & fideicommissa in testamento, aut codicillis, testamento confirmatis, relicta fuerint; vel utilis si ipsis legata vel fideicomissa in codicillis testamento non confirmatis relicta fuerint, *glos. Bart. Ias. & Dd. l. 2. C. Comm. de legat. glos. l. fin. ver. agnitis. C. de codicill. Bart. l. 1. n. 11. & ibi Ias. & Dd. ff. de legat. 1.* Creditoribus autem ex hoc quasi contractu contra he- 20
redem ex lege condictionem competere judico. Cùm enim hic quasi contractus, aditio nempè hereditatis ex

 legibus

legibus civilibus originem trahat, *Cardin. Parif. conf. 1. n. 60. lib. 2. arg. l. obvenire. ff. de verb. fignif. glof. c. Ius naturale. ver. fucceffio. Dift. 1. Alex. & Iaf. l. galius. §. & quid fi tantùm. ff. de liber. & pofthum.* atque legibus civilibus cautum non fit, quo actionis genere creditores ex hoc quafi contractu contra heredem experiantur: certum eft, ex hoc quafi contractu, ficut & ex alijs contractibus à legibus civilibus inventis condictionem ex le-
21 ge oriri, *l. 1. ff. de condict. ex leg.* Circa hunc quafi contractum annotandum, quod, ficut is qui hereditatem alicujus adit cum legatarijs, fideicommiffarijs & creditoribus hereditarijs quafi contrahere dicitur: ita quoque & cum qui bonorum poffeffionem alicujus, fecundùm difpofitionem juris prætorij agnofcit, vel, cui hereditas ex SC[to]. Trebellijano reftituitur, ex quafi contractu obligari, *Bald. rubr. n. 22. C. qui admitt.* In duobus fequentibus §§. Imperator tractat materiam quintæ fpeciei q. contractus, condictionis indebiti nempè,
22 de qua diximus fupra, *in tit. quib. mod. re &c.* Iuxta hos quafi contractus & id advertendum, quod nullus fit quafi contractus, præter illos qui fpecialiter in jure expreffi funt, *Bald. Rubr. n. 22. C. qui admitti &c.*

IN TIT.

IN TIT. XXIX.

Per qvas personas nobis adqviratur obligatio.

SUMMARIA.

1. *Continuatio & argumentum hujus tit.*
2. *Hominum divisio in liberos & servos: & quomodo ex facto servorum dominis adquiratur obligatio. remissivè.*
3. *Liberorum subdivisio in servientes bona fide, & non servientes bona fide; & quibus casibus bona fide servientes nobis obligationem adquirant.*
4. *Bona fide non servientium hominum quotuplex rursus conditio.*
5. *Filiifamilias ex contractu patris nomine celebrato quomodo patri obligationem adquirant.*
6. *Et quomodo ac quatenus sine nomine suo contrahant filiifamilias.*
7. *Ex contractu à patrefamilias alterius potestati non subjecto, proprio nomine celebrato, alteri regulariter nulla obligatio adquiritur.*
8. *Quod secus est si alterius nomine contractum aliquem celebraverit.*
9. *Modò tamen contractus celebratus non sit talis qui consensu, verbis vel literis celebratur, ex hoc enim illi, cujus nomine celebratus est, obligatio non oritur.*

HActenus Imperator declaravit naturam atque proprietates obligationum, tàm ex contractu, quàm ex quasi contractu descendentium: Nunc in hoc §. docet, per quas personas nobis adquiratur obligatio, ex contractibus vel quasi descendens. Ad cujus rei cognitionem præmittendum, omnes homines aut esse servos, aut liberos, *supra de jur. pers. in prin.* Et ex facto servorum quomodo dominis suis adquiratur obligatio, quoniam ea materia non admodum frequens est, videte text. *hic, in prin. & §. 1. & 2.* item & ea quæ diximus, 1 2

3 quæque tradi solent supra, *in tit. de servor. stipulat.* Rursus liberi homines aut nobis bona fide serviunt, qui quando & quibus casibus nobis obligationem adquirant, videte §. pen. hic, aut non serviunt nobis bona fi-
4 de. Et horum conditio iterum duplex est: Namque quidam eorum sunt filijfamilias & patriæ potestati sub-
5 jecti; Quidam verò sunt patresfamilias. Et filijfamilias quidem ex omni contractu, patris nomine celebrato, patri obligationem adquirunt, sive id, quod in contractum deductum est, consistat in jure sive in facto, *arg. l. quod dicitur. la. 2. ff. de verb. oblig.* item sive contractus sit interpositus super re patris, aut super eo quod est peculij profectitij, sive super eo, quod est peculij adventitij, castrensis vel quasi, *Bart. Alex. & Zas. l. quodcumq. in prin. ff. de verb. oblig.* item etiamsi verba & obligativa & executiva contractus patris personam respiciant, *arg. d. l. quodcumq. in prin. & ibi Alex. l. stipulatio ista. §. hi qui. & §. alteri. ff. de verb. oblig. Bart. d. §. stipulatio ista. §. si stipuler.*
6 *n. 1.* Sin autem nomine suo contrahat filiusfamilias: si quidem hic contractus celebretur ratione rei, quæ est vel patris illius vel peculij profectitij, patri regulariter obligatio quæritur, *§. 1. supra per quas pers. nob. adq.* Sed si contractus quem filiusfamilias nomine suo proprio celebravit, contineat vel factum cohærens personæ filij, *§. sed cum factum. supra de stipulat. servor.* vel id, quod est peculij castrensis vel quasi, ipsi filio non autem patri, ex hoc contractu obligatio quæritur, *§. 1. supra per quas pers. nob. adquir.* idem ego juris statuendum judico, in contractu respectu adventitij peculij à filiofamilias celebrato, in ijs casibus, in quibus hujus peculij ususfructus patri non acquiritur, qui enumerantur per glos. *Auth. item est*

C. de

C. de bon. quæ liber. Sin verò contractus fuerit celebratus super re peculij adventitij, eo casu, quo hujus peculij ususfructus ad patrem spectat, obligatio ex hoc contractu descendens, quo ad proprietatem filio, quo ad usum fructum verò patri quæritur, *ut hic. in prin. & ibi glos. & Ang.* cuius ususfructus ratione patri, non autem filio actionem ex hac obligatione descendentem in judicium deducere permittitur, *l. 1. C. de bon. patern.* Ex 7
contractu autem à patrefamilias, qui alterius potestati subjectus non est, nomine proprio celebrato, alteri obligatio nulla regulariter adquiritur, *l. mater. C. de rei vind. l. non nudè. l. eum qui. l. mutua. & l. adversus. C. si cert. petat.* Sin autem alterius nomine paterfamilias contra- 8
ctum aliquem celebraverit, ei, cujus nomine hic contractus celebratus est, ex hoc contractu vel actu indistinctè obligatio acquiritur, illi, cuius nomine hic contractus vel actus celebratus, sive hic contractus vel actus sit commodatum, pignus, depositum, *l. 1. §. si te rogavero. ff. depos. sive mutuum. l. cert. condictio. §. si nummos. ff. si cert. petat.* sive donatio, *l. quoties. & ibi Bald. C. de donat. quæ sub mod.* sive dos, *l. licet. §. 1. ff. de jur. dot. l. 1. §. accedit. C. de rei uxor. act.* sive indebiti solutio, *l. si per ignorantiam. C. de cond. indeb.* sive negotiorum gestio, *arg. l. si pupilli. §. si Titij servum. & §. quid ergo. & ibi glos. & Bart. ff. de negot. gest.* cum similib. supra circ. contractum negotior. gestionis, dictis. Sive alius actus vel contractus per quem obligatio re ipsa contrahitur, *Alex. & Ias. §. d. si nummos. arg. l. si quis ab aliquo. in prin. ff. de calumniatoribus. l. si donaturus. in prin. ff. de condict. ob caus.*
Si autem hic contractus alterius nomine celebratus à 9
patrefamilias, sit talis, qui consensu, verbis vel literis ce-

lebratur, ex hoc contractu illi, cujus nomine celebratus est, obligatio non quæritur, *l. multum. C. si quis alter. vel sib. l. 1. C. per quas perf. nob. adquir. oblig.* §. *alteri.* & §. *si stipuler. supr. de inutilib. stip.* præterquam in casibus enumeratis per Dd. *in d. l. stipulatio ista.* §. *alteri.* & §. *si stipuler. ff. de verb. oblig.* & *d.* §. *alteri.* & *d.* §. *si stipuler. supr. de inutilib. stipulat.*

IN TIT. XXX.

Quibus modis tollitur obligatio.

SUMMARIA.

1. *Continuatio, & argumentum hujus tit.*
2. *Distractus qui dicantur, quodque secundùm propriam vocabuli significationem appellatione contractus, distractus nunquam comprehendantur.*
3. *Ideoque dispositio de contractu loquens ad distractum extendi non debet, nisi forsan identitatis ratio aliud suadeat.*
4. *In multis tamen casibus idem jus statuitur de distractu, quod de contractu statutum est: In quib. id fiat, n. seqq. usque ad n. 14. exclus.*
5. *Ut quis sortitur forum contrahendo, ita & distrahendo; utq; consuetudo loci in quo actus celebratur, inspicitur in contrahendo; ita & in distrahendo.*
6. *Et sicut contractus ita & distractus præscriptioni causam præbent.*
7. *Prohibito contractu censentur etiam prohibita illa, per quæ ad ipsum contractum pervenitur: Idem est in distractu.*
8. *Qui contrahere, idem & contractu recedere potest. Et, solennitas requisita in contractu, etiam in distractu requiritur.*
9. *Distractus contractuum bonæ fidei, perinde b. f. judicantur, sicut ipsi contractus.*
10. *Dolus dans causam bonæ fidei contractui contractum ipso jure*

nullum

nullum reddit: ita & dolus dans causam b. f. distractui.

11. *Privatio cum habitum praesupponat, probato distractu, probatur simul contractum praecessisse:*

12. *Is tamen qui ex contractu conventus, de solutione aliavè distractus specie excipit, contractum praecessisse fateri non intelligitur.*

13. *Sicut contractus aliqui sunt nominati, alij verò innominati: Ita & distractus.*

14. *Distractus sive privatio ut natura; ita & tempore posterior esse praesumitur quàm est contractus sive habitus.*

14. *Quot species distractuum Imper. in tit. hoc ponat.*

16. *Solutionis descriptio ejusque declaratio n. seq. usq; ad n. 44. exclusivè.*

17. *Solutio cur contractus sit nominatus, & bonae fidei, vel stricti juris, diverso respectu.*

18. *Debitor sive is ipse, sive alius ejus nomine, etiamsi ipse alius invito & reluctante debitore debitum solverit, liberatur:*

19. *Requiritur tamen ad hoc, ut quis solutione liberetur, solutionem realem esse.*

20. *Limitatur id nonnullis casibus, in quibus oblatio verbalis idem operatur, quod aliàs realis oblatio operari solet.*

21. *Hi tamen effectus oblationis verbalis impediuntur si creditor dicat se paratum esse solutionem recipere.*

22. *At debitor realiter si offerat creditori recusanti solutionem debiti, nulla depositione & consignatione rei debitae interveniente, reus regulariter non liberatur.*

23. *Limitatur id republica notabiliter.*

24. *Realis oblationis varij effectus.*

25. *Depositio & consignatio debiti quomodo & apud quem fieri debeat, ut debitor liberari possit, eo casu, quo creditor debitum accipere recusat.*

26. *Oblatio haec sive ab ipso debitore sive à quodam tertio debitoris nomine fiat, eundem effectum operatur.*

27. *Fallit.*

28. *Oblatio item ut debitori prosit, idoneo loco & tempore fieri debet.*

29. Nec

29. *Nec solutione quis liberatur, nisi quod debet plenè & integrè solvat.*

30. *Utrum autem hoc casu quo debitor integrè vel plenè debitum non solvit, ipse à creditore prima actione conveniri possit.*
Et utrum hoc casu creditor totum debitum, vel id tantùm petere possit, quod residuum est. remiss.

31. *Item, utrum, & quo casu creditor particularem solutionem recipere cogatur. remiss.*

32. *An & quibus casibus etiam creditore non consentiente aliud pro alio solvi possit.*

33. *Utrum eo casu, quo una re pro alia soluta, illa res evicta fuit, actio prima an verò de evictione competat. remiss.*

34. *Per solutionem omnes obligationes tolluntur, sive illæ ex debito sive ex contractu descendant.*

35. *Solutio cui fieri debeat, ut debitori liberationem pariat n. seqq.*

36. *Utrum solutio facta procuratori revocato vel falso debitorem liberet.*
Item, utrum debitor civitatis solvens debitum tyranno, qui per vim istam civitatem occupavit, liberetur. remiss. ibid.

37. *Solutio facta ei, qui ad recipiendam eam mandatum non habet, debitorem non liberat.*
Quod ampliatur aliquot modis ibid.

38. *Et limitatur aliquibus casibus.*

39. *Solutione autem facta qualiter & quomodo non debitor solum, sed & omnes res atque personæ hujus debiti ratione nexæ liberentur.*

40. *Solutione quando debitor ipse jure & quando ope saltem obligationis liberetur.*

41. *Omnis debitum aliquod solvens, intelligitur illud de sua pecunia solvere, etiamsi non pro se, sed pro alio solvat.*

42. *Qui ex pluribus causis alteri obligatus est, si simpliciter debitum solverit, nulla causa expressa: in quam causam solutio facta censeatur. remiss.*

43. *Ex hoc distractu quæ oriatur exceptio, qualis illa sit, & quo tempore & ad quid opponi possit.*

44. Sta-

44. *Statutum simpliciter excludens omnem exceptionem, solutionis exceptionem excludere non censetur.*

IN præcedentibus tit. nostr. Imperator de contracti- 1
bus atque obligationibus ex illis descendentibus: In hoc verò tit. Imperator tractat materiam distractus; quomodo videlicet semel contracta dissolvi atque ab ea recedi possit. Dicuntur enim distractus omnes illi mo- 2
di, per quos ab obligatione quolibet modo contracta disceditur. Circa quos distractus advertendum, quod secundùm propriam vocabuli significationem, appellatione contractus, distractus nunquam comprehendatur, *Bald. l. fin. arg. ill. text. C. si tutor vel curat. interven. Bald. & Alex. l. sive apud acta. C. de transact. Ang. & Alex. l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. Alex. l. more. ff. de adquir. heredit.* Ideoque dispositio de contractu loquens 3
ad distractum minimè extendi debet, *arg. l. non aliter. in prin ff. de legat. 3. l. 1. §. si is qui navem. ff. de exercit. act.* nisi forsan identitatis ratio aliud svadeat, *Bart. & Ias. d. §. pactus ne peteret. Ias. l. Barbarius. col. 2. ff. de offic. prator. Ias. d. l. sive apud acta. arg. l. illud. in prin. ff. ad leg. Aquil. glos. c. 1. de temporib. ordination. lib. 6. Ias. Auth. quas actiones. C. de SS. Ecclesijs. Bart. Alex. & Ias. l. si constante. in prin. ff. Solut. matrim.* In multis tamen casibus idem jus 4
statuitur de distractu, quod de contractu statutum est. Ideoque sicut quis in aliquo loco sortitur forum contra- 5
hendo, *l. heres. §. 1. & 2. & ibi glos. ff. de judic. c. fin. & ibi Abb. & Dd. extra de for. competent. c. Romana. §. contrahentes de for. comp. lib. 6.* Ita quoque & distrahendo, *Ias. Auth. Sacramenta puberum. n. 73. C. si advers. vendit. arg. l. qui loco. & ibi Ias. ff. de condict. indeb.* Et sicut consvetudo loci in quo actus celebratur, in-

ſpicitur in contrahendo: ita quoque & in diſtrahendo, *l. ſi fundus. ff. de evictionib. Bart. & Dd. l. cunctos populos. C. de ſum. trinit. & fid. cathol. Abb. & Dd. c. quod clericis. extra de for. competent.* ita quoque & in diſtrahendo, *arg. l.*
6 *exigere. ff. de judic.* Item ſicut contractus, *l. Celſus. & ibi gloſ. & Bart. ff. de uſucapion.* ita & diſtractus quoque præſcriptioni cauſſam præbet, *l. Pomponius. §. ſi is qui precario.*
7 *& ibi Dd. ff. de adquir. poſſeſſ.* Et ſicut prohibito contractu cenſentur etiam prohibita illa per quæ ad iſtum contractum pervenitur, *l. oratio. ff. de ſponſal. Iaſ. & Dec. l. 2. ff. de jurisd. omn. judic.* Ita & prohibito diſtractu, cenſentur etiam prohibita alia omnia, per quæ ad iſtum diſtractum pervenitur, *arg. l. ſi ad reſolvendam. C. de præd. mi-*
8 *nor.* Præterea, is qui poteſt contrahere, ab eodem contractu recedendi poteſtatem habet, *l. fin. C. pro ſoc. c. cum ex juncto. extra de hæredit.* Et ſolennitas requiſita in contractu, requiritur etiam in diſtractu, *Auth. E contra ſi filijfamilias. C. de repud. l. ſi ad reſolvendam. l. non ſolùm. C. de præd. minor. l. ſi conſenſit. in prin. junct. gloſ. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolv. Iaſ. d. l. ſive apud acta. facit l. pro ut quiſq. ff.*
9 *de ſolutionib.* Deinde quoque diſtractus contractuum bonæ fidei perinde bonæ fidei judicantur, ſicut ipſi contractus bonæ fidei ſunt, *l. ab emptione. & ibi Bart. & Iaſ. ff. de pact. l. 1. & ibi Bald. C. Quand. liceat ab empt. reced.*
10 Ideoque ſicut dolus dans cauſam contractui bonæ fidei, contractum ipſo jure nullum reddit, *l. eleganter. in prin. & ibi gloſ. & Bart. ff. de dol. l. in cauſſa. la. 2. in prin. ff. de minorib. gloſ. & Dd. §. actionum. infra de actionib. Bart. & Dd. l. ſi quis cum aliter. in prin. ff. de verb. oblig.* Ita quoque & dolus dans cauſſam diſtractui contractus bonæ fidei, diſtractum ipſo jure nullum reddit, *gloſ. & Bart. l. de tutela.*

tela. C. de in integ. rest. minor. glos. l. sub praetextu. la. 1. in prin. & ibi Bart. & Dd. C. de transact. Ias. d. l. ab emptione. n. 2. Et cum omnis privatio habitum praesupponat, *l.* 11
manumissiones. & ibi Ias. n. 12. ff. de iustit. & iur. l. 1. in prin. ff. quib. mod. usus. l. remittit. ff. de iureiur. c. ad dissolvendum. extra de de spons. impub. Bart. cons. 138. lib. 1. probato distractu probatur simul & contractum praecessisse, *arg. §. quoniam. Auth. quib. mod natur. effic. sui & legit. l. Iulianus. in fin. ff. de repud. Bald. l. semel. C. de Apoch. publ. lib. 10. glos. & Bart. l. si mihi. & tibi. §. fin. ff. de legat. 1. Bart. l. legata inutiliter. ff. de adimend. legat.* Sicut & per instrumentum pacis bellum, *Bart. l. legata inutiliter. ff. de adimend. legat. Bald. l. cum tale. §. fin. ff. de condit. & demonst.* & per instrumentum emancipationis patriam potestatem praecessisse, *Bald. l fin. §. fin. arg. ill. text. verb. testem habeant. C. de sentent. pass.* & per instrumentum legitimationis quem illegitimè natum probatur, *Bald. l. 2. arg. ill. text. C. de iur. aureor. ann. Alex. & Ias. l. decem. ff. de verb. oblig.* Is tamen qui ex contractu conventus, de 12
solutione, vel alia distractus specie excipit, contractum praecessisse fateri non intelligitur, *l. non utiq. & ibi Bart. ff. de exception. c. cum venerabilis. & ibi Abb. extra eod. tit. Bart. Alex. & Ias. d. l. decem.* Caeterùm sicut contra- 13
ctus aliqui sunt nominati, alij verò innominati: Ita & distractus aliqui nominati, aliqui verò innominati sunt, *Bald. Rubr. extra de treug. & pac.* Vltimò circa 14
hos distractus advertendum, quod distractus sive privatio ut naturâ, ita quoque & tempore posterior esse praesumitur, quàm est contractus sive habitus, *Bald. l. fin. q. 5. C. de edict. D. Adrian. toll. Ias. d. l. decem. n. 18.* His 15
praemissis in hoc tit. nostro Imper. ponit quatuor species

 distra-

distractus, solutionem nempe, acceptilationem, novationem & consensum, de quibus singulis secundùm ordinem Imperatoris separatim dicemus: sicut illas quo-
16 que Imperator separatim tractat. Est autem Solutio distractus nominatus, vel bonæ fidei, si fuerit facta respectu bonæ fidei contractus; vel stricti juris, si fuerit facta respectu contractus stricti juris præcedentis, in quo distractu debitor per solutionem realem plenam atque integram illius, quod ex quacumque caussa debetur, vel ab ipso debitore vel ab alio, quocumque nomine debitoris creditori vel alij ab eo mandatum habenti factam, ipso jure liberatur, atque omnes res vel personas pro
17 ipso accessoriè nexas liberat. Cùm enim solutio sit nomen speciale, neque acceptilationi, neque novationi, neque alijs distractuum speciebus communicabile, *glos. l. liberationis. ff. de verb. signif.* dubium non est solutionem distractum nominatum esse, *arg. glos. & ibi Bart. & Bald. C. de rer. permutat.* Simili modo certum est solutionem esse distractum vel bonæ fidei, si ratione contractus bonæ fidei facta fuerit, vel stricti juris, si ratione contractus stricti juris factus fuerit, *arg. l. ab emptione. & ibi Bart. & Ias. ff. de pact. Bart. l. & ideo. ff. de condict.*
18 *furt.* Et sive is ipse debitor vel alius ejus nomine debitum solverit, debitor liberatur, *l. 1. §. pen. ff. de exercit. act. facit l. si Stichum. §. fin. ff. de Novation. Ias. l. 2. n. 68. C. de jur. emphyt. Corn. cons. 130. n. 14. lib. 3. cons. 79. n. 16. lib. 2. & cons. 115. n. 12. lib. 1.* sive ille alius mandatum à debitore habeat sive non, *l. si pro me. ff. de solutionib.* Quinimò alius solvens debitum pro debitore invito & reluctante ipsum liberat, *l. solvendo. ff. de negot. gest. l. solutio-*
19 *nem. & l. si debitor tuus. ff. de solut.* Requiritur tamen ad hoc,

ad hoc, ut quis solutione liberetur, ut hæc solutio sit rea-
lis, *Bald. l. acceptam. n. 15. C. de usur.* Namque si quis ver-
bo tantùm se offerat ad debitum solvendum, hæc verba-
lis oblatio ad solvendum nihil operatur, *Bart. & Bald. d.*
l. acceptam. Bart. l. pen. ff. de distract. pignor. Bart. Alex. &
Ias. l. si mora. ff. solut. matrim. Nisi vel res debita sit im- 20
mobilis: tunc enim hæc oblatio verbalis idem opera-
tur, quod in rebus mobilibus præstat realis oblatio, de-
positio & consignatio, *Bart. d. l. acceptam. Bald. l. 1. C. an*
lic. ter provoc. Bart. d. l. pen. ff. de distract. pignor. arg. l. ser-
vus. & l. statu liber. ff. de stat. lib. vel, nisi, quo ad hoc, ut
pignus venditum post hanc oblationem verbalem solu-
to postea debito, à debitore repeti possit, *glos. l. si residu-*
um. C. de distract. pignor. arg. l. fundus qui Lucij Titij. ff. de
rescind. vel, nisi creditor cui debitor verbo tantùm offert
se debitum solvere velle, expresè dicat se debiti solu-
tionem recipere nolle, *Bald. l. 1. C. Ne lic. tert. provoc.*
Raph. Cuman. Paul. de Castr. & Alex. l. qui Romæ. in prin. ff.
de verb. oblig. vel, nisi debitor interpellatus non in loco
destinatæ solutionis, solo verbo diceret, se debitum in
loco destinatæ solutionis solvere velle: Hisce enim casi-
bus eundem effectum operatur verbalis oblatio, quem
realis oblatio aliàs operari solet. *Bald. d. l. acceptam.* Hi 21
tamen omnes effectus oblationis verbalis impediuntur,
si creditor cui hæc oblatio fit, dicat, se paratum solutio-
nem recipere, *Bart. l. pen. ff. de pignor. act. Ioan. de Immol.*
& Alex. d. l. si mora. Si verò debitor realiter offerret 22
creditori recusanti solutionem debiti, nulla depositione
& consignatione rei debitæ interveniente, per hanc ob-
lationem realem reus regulariter quidem non liberatur,
l. qui decem. in prin. ff. de solut. Bart. l. 1. C. de suscept. lib. 10.

 Præ-

Præterquam in militibus, consiliarijs principum, doctoribus, professoribus & similibus quibus ex publico stipendia debentur: Namque si illi tempore congruo illis oblata stipendia recipere noluerint, respublica omnino ab hoc debito liberatur, neque permittitur præfatis personis ulterius hæc stipendia debita petere, *l. fortissimi. & ibi Bart. l. nulli. & ibi Bart. & Alex. C. de erogat. milit. annon. lib. 12. Bald. d. l. acceptam. 16. quæst. Alex. l. semel mo-*
24 *ra. ff. solut. matrim.* Tamen hæc realis oblatio cursum usurarum non quidem cæptum, *arg. d. l. acceptam.* sed incipiendum, *l. si perte. C. de usur.* item & pœnam committi impedit, *Alex. in addit. ad Bart. d. l. acceptam*, moram præcedentem debitoris purgat, & creditorem in mora constituit, *l. illud. ff. de peric. & commod. rei vend. l. si per emptorem. in prin. ff. de act. empt. l. semel mora. ff. solut. matrim. l. si servum. §. sequitur. & ibi Dd. ff. de verb. oblig.* & operatur, ut debitor teneatur in illis casibus, in quibus ipse antea casum præstare obligatus fuit, de levissima culpa tantùm, *d. l. qui decem. in prin. & ibi Dd.* in illis autem casibus in quibus ipse antea levissimam culpam præstare debebat, de levi culpa: in illis autem in quibus ipse obstrictus fuit levem culpam præstare, de dolo & lata
25 culpa tantùm, *d. l. si mora. & ibi Bart. Alex. & Ias.* Sin verò debitor non tantùm obtulerit debitum, sed etiam renuente creditore hoc accipere, deposuerit & consignaverit debitum, ipse ab omni obligatione liberatur, *d. l. obsignatione. d. l. acceptam. & ibi Bart Bald. & Dd. d. l. si mora.* adeò, ut etiam apocham debiti soluti à creditore petere possit, *l. 1. & ibi Bart. C. de susceptor. & area. lib. 10.* Dummodò tamen hæc depositio & consignatio debiti fiat vel auctoritate judicis, vel in loco publico, *d. l. acce-*

l. acceptam. & ibi Bart. & Bald. vel apud mercatorem opulentum & fidelem, *Bart. l. si soluturus. ff. de solutionib. Bald. l. acceptam. n. 20.* Cæterùm sive hæc oblatio fiat 26
ab ipso debitore, sive à quodam tertio debitoris nomine, eundemque effectum operatur, *Bart. d. l. qui decem. §. 1. Bart. & Bald. l. cum postliminij. arg. ill. text. C. de captiv. & postlimin. reverʃ.* nisi solutio debiti ad quod debi- 27
tor obligatus est, fieri debebat non tantùm ut debitor liberetur ab obligatione; sed etiam ut is jus creditoris recognoscat: qualis est solutio canonis, ad quem obligatus est emphytevta vel vasallus, quæ fit non tantùm ad hoc, ut emphytevta vel vasallus à canone debito per solutionem liberetur, sed etiam, ut emphytevta vel vasallus recognoscat jus directi dominij, quod ipse in emphytevsi vel feudo habet: hoc enim casu oblatio debiti ab alio quàm à debitore absque mandato debitoris facta, debitorem non juvat, *Bald. d. l. acceptam. n. 37. Iaʃ. l. 2. n. 70. C. de jur. emphytevt.* Præterea semper adhoc, ut 28
oblatio debiti à debitore creditori facta debitori prosit, requiritur, ut hæc oblatio fiat idoneo loco & tempore, *l. si soluturus. ff. de solutionib.* Requiritur etiam ad hoc ut 29
per solutionem debitor liberetur, ut ipse id, quod debet, plenè atque integrè solvat Nam quamdiu ipse non integrè vel non plenè debitum solvit, ipse non liberatur, *arg. l. 3. §. si reddita. ff. commod. l. hujusmodi. §. si ades. ff. de legat. 1. l. etiam. ff. de solutionib.* Vtrum autem hoc 30
casu quo debitor integrè vel plenè debitum non solvit, ipse à creditore prima actione conveniri possit, videte glos. *& Bart. l. eleganter. §. non solum. ff. de dol.* Et, utrum hoc casu, quo debitum integrè solutum non est, creditor totum debitum vel id tantùm petere possit, quod residuum

ſiduum eſt, videte Bart. Alex. & Iaſ. *l. Iulianus.* §. *qui*
31 *fundum. ff. de verb. oblig.* Item, utrum & quo caſu cre-
ditor particularem ſolutionem recipere cogatur, vide-
te text. *in l. tutor.* §. *Lucius. ff. de uſur. Alex. Iaſ. & Dd. l.*
32 *quidam exiſtimaverunt. ff. ſi cert. petat.* Præterea hæc libe-
ratio contingit, etſi non illud, quod debetur, ſed aliud
ejus nomine conſentiente creditore ſolvatur, *ut hîc, in
prin.* Creditore autem non conſentiente aliud pro alio
ſolvi non poteſt, *l. 2.* §. *mutui datio. ff. ſi cert. petat. l. pro-
miſſor.* §. *fin. ff. de conſtit. pecun.* præterquam in caſibus
enumeratis per Bart. Bald. Alex. Iaſ. & Dec. *d.* §. *mutui.*
33 Et utrum eo caſu, quo una re pro alia ſoluta illa res evi-
cta fuit, actio prima, an verò actio de evictione compe-
34 tat videte Bart. *l. ſi rem aliquam. ff. de ſolut.* Et per hanc
diſtractus ſpeciem omnes obligationes tolluntur, ſive
illæ obligationes ex delicto, ſive ex contractu deſcen-
dant: item ſive ille contractus re, verbis, literis vel con-
ſenſu initus fuerit: item ſive illa obligatio habeat utrum-
que tàm naturale quàm civile vinculum, ſive ſit civilis
vel naturalis tantùm, *ut hîc. in prin. ver. omnes obligatio-*
35 *nes. & ibi gloſ.* Requiritur tamen ad hoc, ut hæc ſolutio
debitori liberationem pariat, ut hæc ſolutio fiat vel ipſi
creditori, vel illi, qui ab eo mandatum ad hoc habet, *l.
ſolutum.* §. *ſolutam. ff. de pignor. act.* Cæterùm ſive pro-
curator mandatum ſpeciale habeat ad ſolutionem reci-
piendam, ſive ſit procurator omnium bonorum credito-
ris, rectè ei debiti ſolutio fieri poteſt, *l. vero procuratori.*
36 *in prin. & ibi Bart. ff. de ſolutionib.* Et utrum ſolutio
facta procuratori revocato vel falſo, debitorem liberet,
videte text. *l. cum quis.* §. *1. ff. de ſolutionib. Bart. Bald.
Iaſ. & Dd. l. eius qui. ff. ſi cert. petat. Bald. l. falſus. C. de pro-
curat.*

curat. Item utrum debitor civitatis solvens debitum tyranno, qui per vim istam civitatem occupavit, liberetur, videte *Bart. in tract. de tyrannia.* Illi verò qui ad recipi- 37
endam solutionem mandatum non habet, solutio facta debitorem non liberat, *l. qui hominem. §. nullo. ff. de solut. l. invito. C. eod. tit. l. solvendo. ff. de negot. gest.* etiamsi ille sit creditori sangvine, *l. non solum. & ibi Bart. Alex. & Ias. ff. solut. matrim. glos. & Bart. d. l. vero procuratori. in prin.* vel affinitate conjunctus, *l. cum maritum. & ibi Bald. C. de solut.* item etiamsi ille habeat à creditore mandatum vel simplex ad interpellandum debitorem extra judicium, *Bart. l. eum qui. §. fin. ff. commod.* vel ad agendum contra debitorem in judicio, *l. hoc jure. & ibi Bart. ff. de solut. Bart. & Alex. l. si servum. §. nunc videamus. ff. de verb. oblig. Corn. cons. 209. n. 4. lib. 4.* vel literas commendatitias, *Bart. l. Lucius. ff. de fidejuss.* Hoc tamen fallit, 38
si vel hanc solutionem alteri factam creditor ratam habeat, *d. l. invito*, vel si creditor ei, cui hæc solutio facta est, heres extiterit, *d. §. solutam*, vel si hæc solutio fuerit facta adjecto ad solutionem in contractu, *d. l. vero procuratori. §. 1.* vel illi, cum quo debitor putans hoc negotium ad ipsum spectare, contraxit, *l. si urbana. & ibi Bart. & Ias. ff. de condict. indeb.* vel creditori creditoris eo casu, quo vel obligatio debitoris & creditoris ex eadem causa descendit, *l. si liber homo. & ibi glos. Bart. & Bald. ff. de negot. gest.* vel persona aut bona debitoris pro hoc debito creditori creditoris obligata sunt, *l. solutum. §. solutam. & ibi Bart. ff. de pignor. act. facit l. nomen. C. quæ res pignor. junct. l. utrum. ff. de constit. pecun.* Extra hos casus si debitor creditori creditoris, ipso non consentiente debitum solverit, per hanc solutionem debitor creditorem suum

Xxx quidem

quidem ipso jure liberat, à solvendo, sed ipse debitor vel omninò non liberatur, si ipse creditore suo prohibente debitum creditori creditoris sui solverit, *Bart. d. §. solutam. Corn. cons. 257. n. 7. lib. 3. arg. l. fin. C. de negot. gest.* vel ope exceptionis tantum liberatur, si ipse ignorante creditore suo creditori creditoris hoc debitum solverit,
39 *arg. l. si opera. & ibi glos. & Bart. ff. de except. dol.* Solutione autem facta non tantùm ipse debitor liberatur, sed etiam omnes res, *§. item liberatur. in prin. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. toll.* atque personæ hujus debiti ratione nexæ liberantur, *ut hîc, in prin. facit l. exceptiones. la. 2. ff. de except.* Etiamsi hæ personæ exactæ nullum regressum, nullamve actionem contra principalem debitorem habituræ sint, *Ias. l. quod dictum. n. 6. ff. de pact.* Quinimò, solutione facta & illæ etiam personæ liberantur, quæ ratione debiti soluti non accessoriè, sed principaliter obligatæ fuerunt, *l. 2. & l. 3. ff. de duob. reis. Bart. l. ex duobus. n. 3. ff. de duob. reis. Bart. Auth. Hoc ita. n. 36. C. eod. tit. Corn. cons. 33. n. 21. lib. 2.* Etiamsi hæc obligatio non ex contractu, sed ex delicto descendat, *l. 1. §. fin. & l. perceptione. ff. de his qui rejec. vel effud. l. 1. §. pen. ff. de eo per quem fact. fuit. Bart. l. semper. §. si in sepulchro. ff. quod vi aut clam.* Dummodò tamen actio ex delicto descendens ad interesse, non autem ad meram pœnam detur, *l. si quis id quod. in fin. cum l. seq. & ibi Bart. Alex. Ias. & Dec. ff. de jurisd. omn. judic. l. Item Mela. §. si plures. ff. ad leg. Aquil. l. vul-*
40 *garis. §. si duo. ff. de furt.* Et cùm solutione ejus quod debetur, omnis obligatio tollatur, *ut hîc, in prin. Dec. cons. 562. n. 7. Card. Paris. cons. 52. n. 38. lib. 2. Corn. cons. 22. n. 33. lib. 3.* per solutionem debiti factam vel ab ipso debitore, vel ab alio debitoris nomine, debitor ipso jure liberatur,

tur, *glof. fin. hic. glof. c. 1. ver. defenfionis. de lit. conteft. lib. 6.* Per folutionem autem ab alio, quàm à debitore factam non nomine debitoris, fed nomine proprio, eo casu quo hæc folutio debitori prodeft, debitor non ipfo jure, fed ope exceptionis liberatur, *l. Papinianus. ff. Mand. l. fi quid poffeffor. ff. de petit. heredit.* Circa hunc contra- 41
ctum folutionis annotandum, quod omnis is, qui debitum aliquod folvit, intelligatur illud de pecunia fua própria folvere, *Bart. l. fi patruus. C. fi quis alter. vel fib. Bart. & Bald. l. 2. C. pro Soc. Bald. l. 2. C. fi quis alt. vel fib. Dec. conf. 99. n. 2.* Etiamfi quis non pro fe, fed pro alio debitum folverit, *Corn. conf. 79. n. 15. lib. 1.* Et is qui ex plu- 42
ribus cauffis alteri obligatus eft, fi fimpliciter debitum folverit, nulla cauffa expreffa, in quam cauffam hæc folutio facta cenfeatur, videte text. *l. 1. l. 2. l. 3. & 4. ff. de folut. l. 1. C. eod. tit. l. cum ex pluribus. & ibi Bart. ff. de folut. Corn. conf. 128. n. 1. lib. 4. conf. 295. n. 2. lib. 5. conf. 91. n. 25. lib. 1.* Ex hoc diftractu oritur exceptio folutio- 43
nis, quæ exceptio propriè exceptio dicitur, *Iaf. l. qui fe debere. ff. de cond. ob cauff.* & perpetua & peremptoria eft: Et cum ipfo jure per folutioné actio creditoris tollatur, *glof. d. c. 1. ver. defenfionis de lit. conteft. lib. 6.* hæc exceptio tàm ante litem conteftatam ad impediendum litis ingreffum, quàm poft litem conteftatam ad merita cauffæ opponi poteft, *Bart. Alex. & Iaf. l. nam & poftea. in prin. ff. de jurejur.* Præterea ftatutum fimpliciter excludens vel 44
removens omnem exceptionem, non cenfetur excludere vel removere folutionis exceptionem, *Petr. de Anchor. conf. 259. incip. Ex verbis d. fententia. in fin. Alex. conf. 113. lib. 5. Dec. conf. 562. n. 7. Idem Dec. l. Bona fides. arg. ill. text. ff. de reg jur.*

IN §.

Item per acceptilationem.

SUMMARIA.

1. *Acceptilationis descriptio ejusque exploratio, n. seq. usque ad n. 13. incl.*
2. *Acceptilatio cur sit distractus nominatus & stricti juris: quaq; sit causa formalis acceptilationis.*
3. *Acceptilatio ut & stipulatio quando naturam contractus bonæ fidei sortiatur.*
4. *Acceptilatio neque à creditoris neque à debitoris parte fieri potest per alium, nisi is ad hoc speciale mandatum habeat.*
5. *Quid verò si ipse sit curator, tutor vel procurator debitoris vel creditoris generale mandatum etiam cum libera habens?*
6. *Principalis debitor etiamsi is pupillus sit, sine tutoris auctoritate liberatur: aut alium per acceptilationem nisi tutoris auctoritate interveniente, non liberat.*
7. *Acceptilatio rata non est, nisi quis id ipsum quod debetur, non aliud pro eo acceptum tulerit: fallit ibid.*
8. *Cujusmodi debitum in stipulationem deduci possit: & quatenus pars rei debita.*
9. *Acceptilatio etiam rata non est nisi stipulatione legitima interveniente facta fuerit.*
10. *Acceptilatio, quo casu non purè solùm, sed & in diem & sub conditione fieri possit.*
11. *Quod, qualeque debitum per acceptilationem ipso jure tollatur.*
12. *Et quæ obligatio per eam, exceptione tantùm.*
13. *Et cur hoc casu acceptilatio in ijs demum casibus ad alios extendatur, in quibus pactum de non petendo debitori factum ad alios porrigeretur.*
14. *Creditor debitori pluribus obligationibus verbis contractis sibi obligato acceptilationem debiti simpliciter faciens, ipsum ab omnibus hisce obligationibus liberat.*
15. *Non, ut contra confessionem solutionis exceptio non numeratæ pecuniæ objici potest: Sic & contra acceptilationem.*

16. *An*

16. *An dispositio de solutione loquens ad acceptilationem porrigatur.*
17. *Ex hoc distractu quæ qualisque oriatur exceptio & quando illa & ad quid opponi possit.*

1 IN hoc §. Imperator ponit secundam speciem distractus acceptilationem nempe. Est autem acceptilatio distractus nominatus, stricti juris, in quo distractu eo ipso, quod creditor vel alius, mandato speciali creditoris, debitori vel illi qui ad hoc à debitore speciale mandatum habet, ipsum debitum, purum, in diem vel sub conditione, vel partem quotam debiti dividui, stipulatione interveniente, purè acceptum fert, in debito verbis contracto; vel in verborum obligationem per Aquilianam stipulationem deducto, debitor, omnesque hujus debiti ratione quoquo modo obligati, ipso jure liberantur: in debito verò contracto, re, literis vel consensu, nec in Aquilianam stipulationem deducto, ipse quidem debitor, quasi in modum conventionis ope exceptionis liberatur, alij verò ratione hujus debiti quoquo modo obligati, non aliter liberantur, quàm ipsi liberarentur, si debitori pactum de non petendo factum fuisset. 2 Cùm enim acceptilatio nomen speciale, neque solutioni, neque novationi, neque alijs distractuum speciebus communicabile habeat, dubium non est, acceptilationem distractum nominatum esse, *arg. glos. & ibi Bart. & Bald. Rubr. C. de rer. permut.* Simili modo certum est, acceptilationem distractum stricti juris esse: Namq; cum causa formalis acceptilationis sit stipulatio, *ut hic. l. 1. ff. de accept. l. 1. C. eod. tit.* & stipulatio sit stricti juris contractus, *l. alias. ff. de in lit. jurand. l. in bonæ fidei. ff. de eo quod cert. loc.* certum est, acceptilationem stricti juris distractum esse: Eô quia forma sive causa formalis dat esse rei,

3 *Bald. l. cum quis. n. 5. C. de jur. & fact. ignor.* Si tamen hæc Acceptilatio fuerit facta respectu debiti ex bonæ fidei contractu descendentis, illa naturam contractus bonæ fidei sortitur: Sicut & stipulationem quamcunq; super contractu bonæ fidei interpositam, bonæ fidei contractus naturam sortiri placuit, *glos. Bart. Alex. & Ias. l. si quis cum aliter. in prin. ff. de verb. oblig. Bald. l. 1. C. de inutil. stipul. Ias. Rubr. ff. de verb. oblig. arg. l. 1. § si quis sub*
4 *conditione. ff. uti legator. sive fideic. nom. caveat.* Et hæc acceptilatio, neque à parte creditoris, neque à parte debitoris fieri potest per alium, nisi is ad hoc speciale mandatum habeat, *l. per procuratorem. & ibi glos. & Bart. ff. de accept.* Alius verò ad hoc speciale mandatum non habens, neque acceptum ferre, neque acceptum recipere
5 potest. Etiamsi ipse sit curator, tutor vel procurator debitoris vel creditoris, generale mandatum etiam cum libera habens, *glos. & Bart. d. l. per procuratorem,* nisi ipsi debitum vel creditum illius cujus negotia gerunt, novatione facta in se susceperint, *l. & per jusjurandum. §. tutor.*
6 *ff. de acceptilat.* Ipse autem principalis debitor per acceptilationem liberari potest, licet ipse sit pupillus, etjam tutoris auctoritate non interveniente, *l. 2. ff. de acceptilation.* pupillus autem alium per acceptilationem liberare non potest: nisi tutoris auctoritate accedente,
7 *glos. l. 1. C. de acceptilat.* Non aliter autem acceptilatio rata est, nisi quis id ipsum quod debetur, non autem aliud pro eo acceptum tulerit, *l. pluribus. in fin. l. & per jusjurandum. §. cum qui. & l. nisi consentiat. ff. de acceptilat.* nisi hoc quod pro re debita acceptum fertur, creditori invito à debitore pro re debita solvi possit, *Bart. l. & per jusjurandum. §. si id quod in stipulationem. n. 3. ff. de acceptil.*

arg. d.

arg. d. l. & per jusjurandum. §. si is qui hominem. Cæterùm 8
sive debitum sit purum, sive in diem, sive sub conditione, in acceptilationem deduci potest, *l. quod in diem. ff. de acceptil.* Neque tantùm totum debitum, sed & pars rei debitæ in acceptilationem deduci potest, sive res debita sit genus vel quantitas, *l. pars. ff. de acceptilationibus.* sive sit species, *l. sed etsi. ff. d. tit.* Dummodò tamen & res debita sit dividua, *d. l. & per jusjurandum. §. si id quod.* & pars quæ per acceptilationem remittitur, non sit pars essentialis rei debitæ, *d. l. & per jusjurandum. §. si tamen viam. & §. illud certum:* nisi forsan illa pars essentialis nominatim expressa fuerit in contractu, per quem hæc res debita esse cœpit, *d. l. & per jusjurandum. §. si quis usumfructum*; sed si pars integralis non quælibet, *d. §. illud certum*, sed quota tantùm, *d. l. pars.* Præterea accepti- 9
latio non aliter rata est, nisi stipulatione legitima interveniente facta fuerit, *ut hic. & l. 1. ff. de acceptilat. & l. 1. C. eod. tit.* Requiritur etiam ut acceptilatio purè, non 10
autem in diem vel sub conditione fiat, *l. acceptilatio. cum l. seq. ff. de acceptilat.* Nisi dies aut conditio verbis non obligativis, sed executivis acceptilationis sit adjecta, *Bart. d. l. in diem.* Neque aliud debitum per acceptilationem ipso jure tollitur, nisi quod vel verbis ab initio 11
contractum est, *l. an inutilis. §. acceptum fieri. ff. de acceptilat.* vel in verborum obligationem mediante Aquiliana stipulatione deductum, *ut hic. & l. & uno. §. 1. ff. de acceptilat.* Cæterùm debitum vel verbis contractum, vel in verborum obligationem interveniente stipulatione deductum per acceptilationem ipso jure, *arg. l. penul. & fin. C. de accept.* sublata, & civili & naturali obligatione tollitur, *Bald. l. 1. C. de acceptilat.* Etiamsi hoc debitum jureju-

jurejurando confirmatum fuerit, *l. & per jusjurandum. in prin. ff. de acceptil.* adeò, ut per eam non tantùm ipse cui acceptilatio facta est, sed etiam omnes principaliter, *l. si ex plurib. ff. de acceptil. glos. l. si unus. in prin. verb. alteri. ff. de pact. glos. l. qui hominem. §. fin. ff. de solut. Bart. l. ex duobus. n. 5. ff. de duob. reis. Bart. Auth. Hoc ita. C. eod. tit.* vel accessoriè ratione rei debitæ obligati, liberentur, *l. an inutilis. §. fin. ff. de accept.* sive illi verbis, sive re vel alio modo obligati fuerint, *d. l. an inutilis. §. fin. d. l. & per jusjurandum. §. & si fidejussori.* item etiamsi illi debito ab ipsis exacto, nullum regressum contra eum, cui acceptilatio facta est, habituri fuissent, *Ias. l. quod dictum. ff. de pact.* Hoc tamen ita demum verum est, nisi in acceptilatione facta expressè actum fuerit, ne hæc acceptilatio personam illius, cui acceptilatio facta, egrediatur; tunc enim extra personam illius non extenditur, *glos. & Bart. d. l.*
12 *per jusjurandum. §. si legatorum.* Alijs autem modis quàm verbis contracta obligatio, neque per Aquilianam stipulationem in verborum obligationem deducta, non ipso jure, sed exceptione tantùm, per acceptilationem tollitur, *l. si accepto latum. in prin. ff. de acceptilat.* sive illa obligatio sit jurisgentium, sive sit juris civilis, *glos. hic.*
13 *verb. cætera.* Et cùm hoc casu acceptilatio non tanquam acceptilatio, sed tanquam pactum sive conventio valeat, *l. cum emptor. ff. de rescind. vend. glos. & Bart. l. fin. ff. de acceptil.* hæc acceptilatio in illis demum casibus ad alios extenditur, in quibus pactum de non petendo, debitori factum, ad alios porrigeretur, in alijs verò non, *Bart. l. ex duobus. n. 29. ff. de duob. reis. Bart. Auth. Hoc ita. n. 54. C.*
14 *eod. tit.* Circa hanc acceptilationem advertendum, si creditor ei, qui ipsi pluribus obligationibus verbis contractis

tractis

tractis tenetur, ſimpliciter acceptilationem debiti fecerit, ipſum debitorem ab omnibus hiſce obligationibus liberari, *l. pluribus. ff. de acceptilat.* Et licet contra con- 15
feſſionem ſolutionis, exceptio non numeratæ pecuniæ obijci poſſit, *l. in contractibus.* §. *2. C. de non numerat. pecun.* contra acceptilationem tamen exceptio non numeratæ pecuniæ obijci non poteſt, *Bart. d. l. ſi acceptolatum. Ang. hic.* Præterea etſi acceptilatio ſolutioni æqui- 16
paretur, *l. ſi ex pluribus. ff. de acceptilat.* cum tamen non ſit proprie ſolutio, ſed imaginaria, *ut hic.* ſtatutum vel alia diſpoſitio de ſolutione loquens ad acceptilationem non porrigitur, *Ang. hic.* Ex hoc diſtractu oritur ex- 17
ceptio acceptilationis, quæ & peremptoria & perpetua eſt, & tàm ante litem conteſtatam ad impediendum ingreſſum litis, quàm poſt litem conteſtatam ad merita cauſæ opponi poteſt, *Bart. l. nam & poſtea. in prin. ff. de jurejurand.*

IN §.

Præterea.

SUMMARIA.

1. *Argum. hujus §. & de materia novationis. remiſſ.*
2. *Novationis deſcriptio ejusque enodatio. n. ſeqq. uſque ad n. 16. excluſ.*
3. *Comprobatur novationem diſtractum nominatum eſſe.*
4. *Item novationem non aliter fieri, niſi ſubſit debitum aliquod quod in novationem deducatur: quod tamen unico caſu limitatur. ibid.*
5. *Quod, qualeque debitum, & quomodo in novationem deduci poſſit.*
6. *Ad novationem inducendam requiritur, ut debitum præcedens in*

aliam obligationem vel utroque vel altero jure tantùm, efficaci tamen subnixam, transfundatur, confirmatur ibid.

7. Obligatio conditionalis pracedens, debitum, non nisi conditione existente novatur.

8. Novatio ex quo olim sit facta, & quod aliter nunc non fiat, nisi hoc à contrahentibus actum fuerit.

9. Novatio, quando per litis contestationem vel stipulationem voluntariam fit, quomodo inducatur.

10. Et qualiter si per alios contractus novationem partes facere velint.

11. Et quid si per stipulationem.

12. Pracedens obligatio per sequentem nunquam novatur si id partes nec tacitè nec expressè egerint, etiamsi sequens obligatio plus vel minus contineat: vel in ea nova persona interveniat; secund. commun.

13. Quod tamen limitatur quatuor casibus.

14. Per novationem quando pracedens obligatio ipso jure, & quando demum ope exceptionis tollatur.

15. Per novationem qua praterea cum ipsa principali obligatione sublata censeantur.

16. Novare quis creditor possit: ac quatenus pupillus & is cui bonis interdictum est.

17. Alius nomine creditoris, id, quod ipsi debetur, in novationem deducere non potest.
Quod ampliatur & declaratur ibid.

18. At respectu debitoris debitum non solùm ab ipso aut alio ejus mandato rectè novatur: sed alius etiam penitus extraneus debitorem invitum per novationem liberare potest.
Declaratur ibid.

19. Novationis divisio, &
Necessaria novationis subdivisio:
Quaque per sententiam fiat, deque hujus effectu.

20. Et qua per quamlibet litis contestationem: & quid illa operetur.

21. Novationis necessaria species impropria sunt novationes, neque in illis locum habent jura, qua volunt, novationem nunquam fieri, nisi hoc à partibus sit actum.

Nova

22. *Novationis voluntariæ subdivisio:*
Et quando per litis contestationem voluntaria novatio fieri dicatur.

23. *Novationis, quæ fit per contractum, subdivisio:*
Et quæ dicatur quasi novatio: quando illa fiat, & quibus casibus locum habeat.

24. *Vera & propria novatio rursus quotupliciter fiat: & ejus quæ per stipulationem fit subdivisio; in novationem proprie sic dictam & delegationem.*

25. *Delegatio quæ dicatur.*

26. *Ad hanc, ut sit delegatio, quæ requirantur; deque hujus delegationis materia, remiss. ibid.*

27. *Ex hoc distractu quæ qualisq; oriatur exceptio. Et quando, & ad quid illa opponi possit.*

IN hoc §. Imperator ponit tertiam speciem distractus, 1
novationem nempe: De qua materia novationis videte Cravett. *Cons. 167. lib. 1.* Laurent. Sylv. *Cons. 24. n. 12. cons. 62. n. 20. 21. & 22. & cons. 102. n. 24.* Hieron. Grat. *cons. 89. & cons. 126. lib. 1.* Est autem novatio di- 2
stractus nominatus, per quem distractum eo ipso, quod debitum vel utroq; jure vel uno efficaci tamen, aut etiam officio judicis, aut actione reali, quoquo modo contractum, in aliam obligationem vel utroq; jure vel uno tantùm, efficaci tamen, subnixam, partibus hoc agentib. tacitè vel expresè, si litis contestatio vel stipulatio voluntaria interveniat, vel expressè tantùm, si vel stipulatio necessaria vel alius contractus interveniat, transfunditur atque transfertur, prius debitum, cum omnibus obligationibus accessorijs, omnibus privilegijs odium debitoris respicientibus tollitur, vel ipso jure, si hæc transfusio atque translatio partibus expresè agentibus facta fuerit, vel ope exceptionis, si hæc transfusio atque

 transla-

3 translatio partibus tacitè id agentibus facta fuerit. Cùm enim novatio sit nomen speciale alijs distractibus non communicabile, dubium non est, novationem esse distractum nominatum, *arg. glos. & ibi Bart. & Bald. Rubr.*
4 *C. de rer. perm.* Et cum omnis privatio habitum præsupponat, *l. decem. & ibi Alex. & Ias. ff. de verb. oblig. l. manumissiones. & ibi Ias. ff. de justit. & jur.* & non entis nullæ sint qualitates, *l. ejus qui. ff. si cert. petat. Ias. in rubr. infra de action.* certum est novationem non aliter fieri, nisi subsit aliquod debitum, quod in novationem deducatur, *Card. Paris. cons. 110. n. 68. lib. 1.* Nisi non existente debito, novatio in eum eventum conferatur, quo debitum subesse cœperit: tunc enim, licet tempore novationis conceptæ debitum nullum extiterit: si tamen postea debitum aliquod subesse cœperit, novatio rite fit, *l. si*
5 *Stichum. §. si quis ita stipulatus. ff. de novationib.* Cæterùm si debitum subsit, illud indistinctè in novationem deduci potest, sive hoc debitum utroq; jure, sive jure uno, naturali nempe vel civili, efficaci tamen subnixum fuerit, *l. 1. ff. de novat.* item etiam hoc, quod quis in novationem deducere intendit tantùm, vel actione in rem peti, vel officio judicis persequi possit, *Bart. l. 2. & l. emptor. ff. de novat. arg. supra. §. praced. & l. & uno. §. 1. ff. de acceptilat.* Nec illud quidem refert ad novationem inducendam, unde hoc debitum, quod quis novare intendit descendat, vel quomodo hoc debitum contractum fuerit: ideoq; sive debitum descendat ex delicto sive ex contractu, sive re, verbis, literis vel consensu contractum fuerit, indistinctè in novationem deduci potest, *l. 1. ff. de novation.* quin & in diem vel sub conditione debitum in novationem deduci potest, *l. in diem. & l. si Stichum. §. 1.*

ff. de

ff. de novationib. Dummodò tamen meminerimus debitum in diem ſtatim quidem, *d. l. in diem*, debitum autem ſub conditione, non niſi exiſtente conditione, novari, *d. l. Stichum.* §.*1.* Requiritur etiam ad novationem in- 6
ducendam, ut debitum præcedens in aliam obligationem vel utroq; vel uno jure tantùm, efficaci tamen ſubnixam, transfundatur, *l. 1. & ibi gloſ. & Bart. ff. de novat.* Namq; ſi ſequens obligatio, per quam contrahentes debitum præcedens novare volunt, nullo jure teneat, novatio non fit, *ut hic. ver. non idem juris.* ſed ſive ſequens obligatio quæ aliquo jure tenet, ſit pura, ſive in diem vel ſub conditione, novatio rata eſt, *ut hic. Bart. l. pen. ff. de pratorijs ſtipul. Alex. l. qui uſumfructum. ff. de verb. oblig. Iaſ. l. eum qui ita.* §.*fin. ff. eod. tit. Dec. Conſ. 400. n. 2.* Dum- 7
modò tamen meminerimus per obligationem conditionalem, præcedens debitum non niſi conditione exiſtente novari, *ut hic. l. quoties. l. ſi rem aliquam. ff. de novat.* Præterea ſecundùm leges antiquas novatio fiebat ſem- 8
per ex eo, quod in ſequenti obligatione aliquid novi adijciebatur, vel nova perſona interveniebat, *ut hic. ver. ſed ſi eadem. & gloſ. hic. verb. introducebant.* tamen ſecundùm quod hodiè legibus cautum eſt, novatio non aliter fieri poteſt, niſi hoc à contrahentibus actum fuerit, *ut hic. & l. fin. C. de novation. Alex. d. l. qui uſumfructum. Iaſ. l. ſingularia. ff. ſi cert. petat. Idemq; Iaſ. d. l. eum qui ita.* §. *fin. Alex. conſ. 13. & ibi addit. Caroli Molin. lib. 2. Socin. conſ. 267. n. 2. Card. Pariſ. conſ. 78. n. 25. lib. 3. Dec. conſ. 400.* Cæterùm quando novatio fit vel per litis conte- 9
ſtationem, vel per ſtipulationem voluntariam, novatio inducitur, non tantùm ſi hoc expreſsè, *l. fin. C. de novat. Bart. l. ſolutionem. n. 8. ff. de ſolution.* ſed etiam tacitè ma-

nifestis conjecturis intervenientibus à partibus actum fuerit, *glos. l. 2. ff. de novation. glos. fin. d. l. fin. C. eod. tit. Alex. d. l. qui usumfructum. Corn. cons. 33. n. 26. lib. 2. Carol. Molin. in addit. ad Alex. cons. 13. lib. 2. Alex. cons. 73. lib. 2. & cons. 173. lib. 7. Socin. cons. 27. lib. 4. Matth. de Afflict. Decis. Neapol. 44. num. 15.* Ideoque novatio tacitè inducitur, si ex una causa debitum ab alia persona ex alia causa promittatur, *Ias. d. l. singularia. n. 40.* vel si alius dicat, se nomine, loco atque vice debitoris creditori debitum promittere, *Bald. l. 2. C. de execut. rei judic. Alex. l. qui usumfructum. Socin. cons. 64. lib. 3. Alex. d. cons. 173. lib. 7. Card. Paris. cons. 107. n. 18. lib. 3.* vel, si creditor eo casu, quo alius pro debitore debitum ipsi creditori promisit, creditori instrumentum debiti reddiderit, *Ias. d. l. singularia. n. 40. arg. l. Labeo. ff. de pact.* vel, si quis ita stipuletur: pro centum, quæ mihi debes, quindecim dare spondes, *Salic. d. l. fin. C. de novation.* vel si debitor 20. creditori pro resto promittat quinque vel 10. tunc enim ab alijs decem vel 15. ipse quodammodo quasi jure novationis liberatur, *Corn. d. cons.*
10 *33. lib. 2.* Sin autem non per stipulationem voluntariam, sed per alios contractus, novationem partes facere velint, quod ipsis permittitur, *l. si mandato meo. §. fin. ff. Mand. glos. l. ubi quis. ff. de constit. pecun.* novatio non aliter fit, nisi hoc à partibus expressè actum fuerit, *Bart. l. singularia. n. 11. ff. si cert. petat. idemq; Bart. l. item illa. §. fin. & d. l. ubi quis. arg. ill. text. ff. de constit. pecun. Bart. l.*
11 *1. ff. de novat. Socin. cons. 21. n. 9. lib. 1.* Idem juris est & in stipulatione necessaria: namque & per eam novatio non aliter nisi hoc à partibus expressè actum fuerit, inducitur, *Bart. l. 1. §. 1. n. 6. ff. de prætor. stipulat. Socin. cons.*

89. n.

89. n. 5. lib. 3. Sin autem neque tacitè neque expresse 12
actum fuerit inter partes, ut præcedens obligatio, per obligationem sequentem novetur, per sequentem obligationem præcedens obligatio nunquam novatur, neque ipso jure, neque ope exceptionis, etiamsi sequens obligatio plus vel minus re, loco, tempore, causa, vel propter pacta accessoria, contineat: vel in sequenti obligatione nova persona interveniat, secundùm communem sententiam Dd. *Ias. d. l. singularia. n. 37. idemq; Ias. d. l. eum qui ita. §. fin. cum similibus. supr. allegat.* Sed prior obligatio durat & secunda illi accedit, *l. fin. C. de novat.* Hoc 13
tamen fallit primò in novatione per delegationem facta, *glos. 1. l. 3. C. de novat. Bart. l. delegare. ff. eod. tit. Bald. l. pecuniam quam. ff. si cert. petat. Ias. d. l. singularia. n. 37. Dec. cons. 107.* Secundò, quando actus vel contractus sequens est omninò incompatibilis cum contractu præcedenti, *Bald. l. fin. C. de novation. Dec. cons. 564. n. 14.* qualis est transactio, quæ super contractu aliquo interposita: namque illa cum præcedenti contractu se compati non potest: cùm per eam præcedens contractus penitus enervatur, *c. 1. & ibi Bald. extr. de transact.* Tertiò hoc fallit in quasi novatione, quæ fit per pœnalem stipulationem contractui adjectam, quæ quibus casibus locum habeat, tradit Bart. & Dd. *l. ita stipulatus. ff. de verb. oblig.* Quartò, si consvetudine, vel statuto loci contrarium fuerit: Hisce enim casibus novatio fit, licet hoc à partibus neque tacitè, neq; expresse actum fit, *Matth. de Afflict. Decis. Neapol. 354. addit. ad Bart. d. l. singularia. arg. §. sed naturalia. supr. de jur. nat. gent. & civil.* Et 14
per hanc novationem obligatio præcedens tollitur, vel ipso jure, si novatio partibus hoc expresse agentibus facta fu-

cta fuerit, vel ope exceptionis, si tacita conventione partium novatio facta sit, *glos. l. fin. C. de novat. Alex. d. l. qui*
15 *usumfructum.* Neque tantùm ipsa principalis obligatio per novationem tollitur, sed etiam omnes obligationes accessoriæ ad obligationem principalem, qualis est obligatio fidejussorum, pignorum, item & pœnalis stipulatio, per novationem principalis debiti tolluntur, neque in obligationem novantem transeunt, *l. si creditor. & l. novatione. ff. de novationib. Bart. l. aliam. ff. eod. tit.* nisi expresse contrarium conventum fuerit, *l. 1. etiam ob chirograph. debitum. l. novatione. C. de fidejussorib.* E converso autem accessoria obligatione per novationem sublata principalis obligatio tollitur, *arg. l. ex pupillari. & ibi Ias. ff. de vulgar. & pupill. l. quod per manus. ff. de codicill.* Simili modo & privilegia actionis sive obligationis novatæ quæ odium debitoris respiciunt, quale est illud, quod in bonæ fidei judicijs usuræ ex mora debentur & similia, in obligationem novantem non transeunt, *d. l. novatione. & l. emptor. ff. de novat.* Ea autem, quæ obligationi novatæ ad commodum debitoris etiam ex partium conventione insunt, qualis est, dies vel dilatio solvendi, in obligatione novante indistinctè repetita censentur, *arg. d. l. in diem. glos. d. l. si Stichum. §. 1.* nisi tacitè vel expressè contrarium pactum fuerit, *Bart. d. l. si Stichum. §. 1.* Eodem modo & ea, quæ ex legis dispositione obligationi novatæ insunt, respicientia favorem vel creditoris vel causæ, in obligatione novante repetita censentur, *l. ali-*
16 *am. & ibi Bart. ff. de novat.* Porrò hanc novationem facere potest, absque dubio creditor: dummodo is sit & sanæ mentis & ætatis legitimæ, illique tanquam prodigo bonis interdictum non sit. Pupillus verò & is cui bonis inter-

interdictum est, id quod ipsis debetur, novare non possunt, absque tutoris vel curatoris authoritate, *l. novare. ff. de novationib.* nisi ipsi per hoc conditionem suam meliorem, *l. 3. & ibi glos. & Bart. ff. de novat.* aut saltem non deteriorem fecerint, *glos. d. l. 3. arg. l. in pupillo. ff. de solut.* Alius nomine creditoris id, quod ipsi debetur in 17
novationem deducere non potest, sive illa novatio fiat per contractum, *d. l. si Stichum. §. fin.* sive per litis contestationem, *glos. l. non solum. in prin. ff. de procurat. Bart. l solutionem. n. 6. ff. de solution. Ias. l. 1. n. 14. C. de judic.* licet ipse in contractu ad solutionem adjectus sit, *l. cui rectè. ff. de novat.* vel à creditore habeat mandatum ad exigendum hoc debitum, *l. non abstulit. C. de novat.* nisi ipse sit tutor vel curator creditoris, addo vel procurator ipsius, habens ad hoc ab ipso mandatum vel speciale, vel generale cum libera, *d. l. novare. l. fin. in prin. & §. 1. ff. de novat. l. Procurator cui generaliter. ff. de procurat. Bart. l. cui rectè. ff. de novation.* Respectu autem debitoris debi- 18
tum non tantùm ab ipso, aut alio eius mandato novari potest, sed alius etiam penitùs extraneus invito & reluctante etiam debitore ipsum per novationem debitum in se suscipiendo liberare potest, sive hæc novatio fiat per contractum, *d. l. si Stichum. §. fin. l. si debitor tuus. ff. de solution.* sive per litis contestationem, *d. l. solutionem. & ibi Bart. ff. de solut.* Dummodò tamen meminerimus eum qui debitorem invitum per novationem liberavit, si ipse ratione hujus obligationis debitum solverit, hoc à debitore repetere non posse, *Bart. d. l. si Stichum. §. fin. arg. l. fin. C. de negot. gest.* Novatio duplex est: Quædam enim 19
est novatio necessaria: quædam est novatio voluntaria. Necessaria novatio rursus duplex est: Quædam enim fit

per sententiam, per quam actio & obligatio prima non tollitur, sed ei nova obligatio & actio ex sententia descendens adijcitur vel accumulatur, *l. fin. & ibi glos. C. de usur. rei judic. glos. Bart. Bald. & Ias. l. 1. C. de judic.*
20 Quædam novatio fit per quamlibet litis contestationem à creditore cum debitore factam, per quam actio prima quidem non tollitur, sed ei nova qualitas adijcitur, cum per litis contestationem ex actione temporali perpetua efficiatur, eique aliæ qualitates novæ adijciantur, *l. aliam. & ibi Bart. ff. de novat. glos. & Dd. l. 1. C. de judic.*
21 Et hæ novationes sunt impropriæ novationes: neque in illis locum habent jura nova quæ volunt novationem nunquam fieri, nisi hoc à partibus actum fuerit, *Bart. l.*
22 *solutionem. n. 8. ff. de solution.* Novatio voluntaria duplex est: Quædam est, quæ fit per litis contestationem: Quædam est, quæ fit per contractum. Per litis contestationem novatio voluntaria fieri dicitur, quando creditor convenit debitorem suum in judicio, & quidam tertius pro eo comparet & in se suscipit judicium, ac in se transfert omnem obligationem debitoris & promittit cum fidejussoribus de suo solvere, si fuerit condemnatus, *d. l. solutionem. 23. ff. de solut. & ibi Bart. Ias. in d. l. 1.*
23 *n. 14. C. de judicijs.* Illa autem novatio quæ fit per contractum, rursus duplex est: Quædam est quasi novatio, quædam est vera & propria novatio. Quasi novatio dicitur illa, quæ fit per pœnalem stipulationem juxta contractum adjectam, *l. obligationum ferè. §. fin. ff. de act. & oblig.* Quæ quando fiat & quibus casibus locum habeat videte Bart. Alex. Ias. & Dd. *l. ita stipulatus. ff. de verb.*
24 *oblig.* Vera autem & propria novatio aliqua fit per constitutum & alios contractus, *Bart. l. 1. n. 3. ff. de novat. arg. l. si*

manda-

mandato meo. §. *fin. ff. mandati.* aliqua fit per ſtipulationem. Et illa quæ fit per ſtipulationem, dividitur in novationem propriè ſic dictam, & delegationem. Novatio dicitur quando alio modo quàm per delegationem præcedens debitum novatur. Delegatio dicitur novatio, 25
per quam eo ipſo, quod debitor, tanquam debitor delegantis, mandato creditoris, creditori creditoris ſui, per ſolennem ſtipulationem id, quod delegans debet ſolvere promittit, delegans ipſo jure liberatur: Et hanc de- 26
legationem, ut ſit delegatio, requiritur primò, ut delegatus per ſolennem ſtipulationem ei, cui delegatus eſt, id quod delegans debet promittat, *l. 1. C. de novat.* Secundò, ut hæc promiſſio fiat mandato delegantis: Tertiò, ut is qui facit, hanc promiſſionem, ſit debitor delegantis: Quartò, ut is faciat hanc promiſſionem tanquam debitor delegantis: Quintò, ut is cui hæc promiſſio fit, ſit creditor delegantis, *Iaſ. & Dec. l. ſingularia. ff. ſi cert. petat.* Et de hac delegationis & etiam novationis materia videte omninò Bart. Iaſ. & Dec. *in d. l. ſingularia. Alex. d. l. qui uſumfructum. Alex. conſ. 172. lib. 7. Socin. conſ. 172. lib. 2.* Ex hoc diſtractu oritur novationis exceptio 27
quod & perpetua & peremptoria eſt, & eo caſu quo per eam obligatio & actio ipſo jure tollitur, tàm ante litis conteſtationem, ad impediendum litis ingreſſum, quàm poſt litem conteſtatam ad merita cauſæ opponi poteſt. Eo verò caſu quo per eam ope exceptionis tantùm actio tollitur, poſt litem conteſtatam tantùm ad merita cauſæ, non autem antè, ad impediendum litis ingreſſum opponi poteſt, *arg. eorum quæ tradit Bart. & Dd. in l. nam & poſtea. 9. pr. ff. de jurejuran.*

Zzz 2 In §.

IN §. finalem.

SUMMARIA.

1. *Consensus quatenus distractus nominatur, dicatur, deque hac distractus specie remissiones.*
2. *Quas distractus species, præter hoc titulo expressas, glossa enumeret, remissivè.*

IN hoc §. Imperator ponit quartam speciem distra-
1 ctus, consensum nempe. Dicitur autem consensus quo ad propositum nostrum, distractus nominatus, in quo, eo ipso, quod partes, consensu nudo quolibet modo declarato, conveniunt, ab obligatione consensu contractâ, rebus omnibus adhuc integris, vel in integrum restitutis, discedere, obligatio contracta ipso jure tollitur, de quo distractus specie videte *l. ab emptione. & ibi Bart. & Ias. ff. de pact. l. 1. & 2. & ibi Bald. C. quan. lic. ab*
2 *empt. disced. Angel. heic.* Præter has quatuor distractus species, alias quoque species distractus enumerat glossa final. heîc, quas ipsimet videte.

FINIS.



INDEX

INDEX RERUM ET VERBORVM MEMORABILIUM QUÆ IN HOC COMmentario continentur.

Prior numerus paginam, posterior numerum notat.

A

Zzz 3 *Actio*

Inorc-

E.

F.

Fideiuſ-

G.

M.

N.

518

S.

iuris

AD

Ad lectorem

POst folium 368. errore Typographi repetitur numerus, & ita bis ponitur à numero 329. usq; ad numerum 368. ubi agitur de emptione & venditione, item locatione & conductione, quod diligenter observandum lectori in evolvendis hisce materijs. Quicquid igitur in indice visum non reperitur in numeris prima vice positis, invenietur in ijs, qui secunda vice ponuntur.

F I N I S.

L I P S I Æ,

IMPRIMEBAT MICHAEL LANTZENBERGER.

Impensis Henningi Grosij Bibliop. Lips.